# SPECIMEN
# HISTORICO-CRITICUM
# EDITIONUM ITALICARUM
# SAECULI XV.

IN QUO PRAETER EDITIONES
AB ORLANDIO, METTARIO, DENISIO, LAERIO,
ET A NONNULLIS BIBLIOGRAPHIS RECENTIORIBUS HACTENUS RELATAS
PLURIMAE ALIAE RECENSENTUR
OMNESQUE PLENIUS UBERIUSQUE DESCRIBUNTUR:
NON PAUCAE
CONTRA EORUMDEM SENTENTIAM ELUCIDANTUR:
VARIA ITEM
AD HISTORIAM TYPOGRAPHICAM ET BIBLIOGRAPHICAM SPECTANTIA
INTERSERUNTUR:

AUTHORE
R. P. M. FR. JO. BAPT. AUDIFFREDI ORD. PRAED.
CASANATENSI BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

ACCEDUNT INDICES IV. LOCUPLETISSIMI.



ROMAE
IN TYPOGRAPHIO PALEARINIANO
MDCCXCIV.
MARIANI DE ROMANIS AERE

*PRAESIDUM PERMISSU.*

EXCELLENTISSIMO DOMINO

# THOMAE CORSINIO

SISMANI PRINCIPI, CASILIANI DUCI, CIVITELLAE, LAJATICI, ORCIATICI, CAMPETELLI MARCHIONI, ET IN S. R. I. DITIONE TRESANAE, CASTANETULI, JOVAGALLI MARCHIONI AC TOPARCHAE, HISPANIARUM PRIMI ORDINIS MAGNATI &c. &c. &c.

MARIANUS DE ROMANIS.

TUum est P. E. quod tibi offerendum praedicabat, atque animo jam nuncupaverat auctor, et parens operis Audiffredus. Negabat ille, quo erat animi candore, et ingenua morum simplicitate, debere cuiquam, te praetermisso, id offerri, quod

# SPECIMEN HISTORICO-CRITICUM EDITIONUM ITALICARUM SAECULI XV.

IN QUO PRAETER EDITIONES
AB ORLANDIO, METTARIO, DENISIO, LAERIO,
ET A NONNULLIS BIBLIOGRAPHIS RECENTIORIBUS HACTENUS RELATAS
PLURIMAE ALIAE RECENSENTUR
OMNESQUE PLENIUS UBERIUSQUE DESCRIBUNTUR:
NON PAUCAE
CONTRA EORUMDEM SENTENTIAM ELUCIDANTUR:
VARIA ITEM
AD HISTORIAM TYPOGRAPHICAM ET BIBLIOGRAPHICAM SPECTANTIA
INTERSERUNTUR:

AUTHORE
R. P. M. FR. JO. BAPT. AUDIFFREDI ORD. PRAED.
CASANATENSI BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

ACCEDUNT INDICES IV. LOCUPLETISSIMI.




ROMAE
IN TYPOGRAPHIO PALEARINIANO
MDCCXCIV.
MARIANI DE ROMANIS AERE

PRAESIDUM PERMISSU.

EXCELLENTISSIMO DOMINO

# THOMAE CORSINIO

SISMANI PRINCIPI, CASILIANI DUCI, CIVITELLAE, LAJATICI, ORCIATICI, CAMPETELLI MARCHIONI, ET IN S. R. I. DITIONE TRESANAE, CASTANETULI, JOVAGALLI MARCHIONI AC TOPARCHAE, HISPANIARUM PRIMI ORDINIS MAGNATI &c. &c. &c.

MARIANUS DE ROMANIS.

TUum est P. E. quod tibi offerendum praedicabat, atque animo jam nuncupaverat auctor, et parens operis Audiffredus. Negabat ille, quo erat animi candore, et ingenua morum simplicitate, debere cuiquam, te praetermisso, id offerri, quod

sine te a nemine aut componi, aut confici potuisset. A qua enim instructa adeo vel insigni bibliotheca tot Italicae Typographiae Saec. XV. monumenta proferri, et eorum illustratoribus conspicienda permitti uspiam potuissent, quot ille ab una Corsinia Domo, per summam humanitatem tuam, acceperat expendenda? Qua quidem in re vetus mirari licet gentis tuae literarum, bonarumque artium studium, et in earum cultores profusam munificentiam. Tanta enim librorum, codicum, tabularum aere celatarum, linearium adumbrationum copia ad communem utilitatem parata, ac tanta facilitate cum artium, et literarum studiosis viris communicata, dum homines in admirationem rapit, beneficum et illustrem familiae genium ostentat. Neque vero ab hac Patrum tuorum semita te recessurum timemus, nam scientiis innutritus, et ingenii acumine praestans, et probe noscis quam id ad veram assequendam laudem conducat, et quidquid praesidii literis conferatur non potes non

magni facere. Inde equidem factum arbitror, quod haec ipsa codicum librorumque collectio, quae ingenti parentis tui sumptu ex Nicolai De Rossi bibliothecae accessione tantum acceperat incrementum, nova in dies literaria supellectile augeatur, tuque ipse principes aliquas editiones privata cura acquisitas in eam contuleris, ac de signatis aere cartis, quae adjici jam adunatis mereantur, moneri jusseris, ut in iis colligendis ingenuo gratoque studio detinearis.

Si tamen haec omnia defuissent, quae summa sunt, et majora fortassis inutili labore alibi conquisissem, unum certe fuit quod vel invitum ad hanc obsequii in te mei significationem impulisset. Est vero parentis atque adeo familiae meae, quae in honestissima Corsiniorum Magnatum clientela fuit, atque esse in aevum peroptat, vetus observantia. Illi comparandorum et compingendorum Domus tuae codicum cura fuit donec et gravior aetas, et negotiorum succrescens moles in id eum

non sivit incumbere. Verum quod tempus detraxit operi, voluntati reservarunt accepta beneficia. Ejus ego et animi, et obsequentissimae voluntatis haeres, non poteram occasioni deesse dum illud ederetur opus, ex quo tanta amplissimae bibliothecae tuae laus addebatur. Aequi igitur, pro more tuo, bonique consulas, quod unum poteram in mea tenuitate te dignum offerre, meque in veterem fidem et clientelam restitue.

# AD LECTOREM.

*Absoluta hac operis parte Clariss. Auctor, cum in eo jam esset, ut lectores de consilio, quod in opere sequutus esset, certiores faceret, jamque paucos de ea re versus exaraverat, ecce tibi, quae rerum humanarum instabilitas est, et ut cogitationes mortalium timidae, et incertae sunt, paucorum dierum spatio, non tam senio confectus, quam assidua laborum; et meditandi contentione fractus, vir immortalitate dignissimus cessit e vita. Doluerunt in ejus obitu boni omnes quicumque ipsum noverant, cui autem non cognitus, ac carissimus fuit? Nobis autem multo ejus interitus ad animi moerorem acerbissimus accidit, qui, illo amisso, et consuetudine jucunda hominis humanissimi, et exemplo virtutum clarissimarum viri religiosissimi nos privatos videbamus. Praecipue autem, caetera ut taceam, Bibliotheca nostra, cui tot jam annos praeerat, magnam ejus amissione jacturam passa est, magnoque praesidio, et ornamento destituta. Sed sic humana sunt, et nos humanos casus fortiter oportet feramus.*

*Natus erat Audiffredius satis honesto genere Saurgii prope Nicaeam ad Varum, cumque per aetatem licuit, Praedicatorum familiae nomen dedit. Perfecto studiorum cursu, ad profitendas, quibus institutus erat, facultates, omnium judicio idoneus est judicatus; sed cum unus omnium inter aequales maxime excelleret, et praeter graecas, latinasque litteras, quas insigniter callebat, in mathematicis disciplinis non mediocriter profecisset, adhuc juvenis praeter omnium expectationem Bibliothecae Casanatensi praefectus est. In aedem sapientiae receptus nullum patiebatur abire diem, quin totum, postquam religiosi hominis partibus satisfecisset, aut legendo, aut scribendo impende-*

*ret. Cujus rei testes sunt non paucae quantivis pretii lucubrationes, quas pro re, et tempore publici juris fecit (a). Harum postrema Catalogus fuit historico-criticus Romanarum Editionum saeculi XV., quo in opere praeter editiones a Maettario, Orlandio, ac P. Laerio relatas, plurimas alias, quae eosdem fugerant, recensuit, tum nonnullas ab eodem P. Laerio aliisque memoratas explosit. Opus sane ea eruditione, judicio, eaque diligentia elaboratum est, qualia, dicam enim praefidenter, ab uno Audiffredio expectari poterant, praeterea ab nemine.*

(*a*) Anno 1753. typis Palearinianis vulgavit opus, cui titulus: *Mercurius in sole visus. Observatio habita Romae in Aedibus Sanctae Mariae supra Minervam VI. Maji ejusdem anni*: Ex Typographia Salomonii 1754. *Phaenomena caelestia observata Romae*: Ex Officina praelaudati Palearinii *Otia astronomica* 1755.: Typis Salvioni 1756. *Novissimus Mercurii Transitus sub sole observatus Romae VII. Novembris* 1756.: Iisdem Typis *Transitus Veneris ante solem observati Romae apud S. M. supra Minervam VI. Junii 1761. Expositio historico-astronomica: Accedit Descriptio aurei nummi Cnei Domitii Abenobarbi. Romae* 1761.: Praelo Hermathenaeo *Romae* 1765. *De solis Parallaxi ad V. Cl. Grandjean de Fouchy*: Ex eodem 1765. *Investigatio Parallaxis solaris ex selectis aliquot observationibus. Transitus Veneris ante solem, qui accidit die VI. Junii 1761. collatis cum ejusdem transitu Romana observatione habita apud PP. S. Mariae supra Minervam.*: Articuli III. *De meridiana et specula Ducis Sermonetae* in Anthologia Romana 1778.: Articuli duo *super transitum Mercurii sub sole mense Novembris* in eadem Anthologia 1789. sine auctoris nomine: *Catalogus librorum typis impressorum bibliothecae Casanatensis, praefationibus, notis, et observationibus illustratus* tomi IV. *priores a Litt. A usque ad K operam suam conferentibus AA. RR. PP. Magistris Gabriele Fabricy, et Xaverio Francisco Timoni*, quorum alter Theologus Casanatensis, alter Bibliothecae praeest. Italice quoque: *Lettere Tipografiche dell' Ab. Nicola Ugolini Folignate al Padre Francesco Saverio Laire Autore del Saggio Istorico della Romana Tipografia del secolo XV. stampata in Magonza nella casa detta Zum Jungen per l' erede del primo inventore della stampa nell' anno* 1778. Nimia acrimonia scriptae sunt haec epistolae, quas idcirco Auctor eas edidit sub nomine Nicolai Ugolini ejus amicissimi, viri typographiae non ignari, et in loquendo de rebus typographicis promptissimi. Confer praef. Catalogo Roman. editionum saec. XV. praemissam. *Saggio di osservazioni di Giulio Cesare Bottone* (sub hoc nomine latere voluit Auctor) *da Monte Toraggio sopra il discorso premesso all' ordine della vita Cristiana del B. Simone da Cascia stampato in Torino l' anno 1779. nel quale si pretende provare che la massima parte dell' opere, che vanno sotto il nome del P. Domenico Cavalca dell' ordine de' Predicatori sieno del detto Beato, e Confutazione di un tale divisamento. Cosmopoli* 1780. (sed Romae Typis Salomonii).

*Quanto litteratorum hominum favore ingenii, et laboris Audiffrediani hic foetus fuerit exceptus, non est necesse hic pluribus verbis commemorare. Illud satis sit, quod eo degustato, et quantus in re bibliographica Audiffredius esset, experti, certatim amici plerique, nec pauci etiam genere et dignitate praestantes viri, urgere hominem coeperunt, ut omnia quaecumque de italicis editionibus domi collecta habebat typis committeret. Excusabat bonus senex aetatem, quae se ut receptui caneret, admonebat, excusabat valetudinem afflictam, ac ferme deploratam; in primis autem illud causabatur esse sibi in manibus duplicem catalogum musei nostri, alterum, qui ad rem numariam, alterum, qui ad naturalem historiam spectabat, quibus in rebus erat apprime versatus, cujus utriusque perficiendi, si alii operi manus admoveret, spes omnis esset deponenda. Quid quaeris? verissima quidem, eaque justissima senis erat defensio; tamen ut erat comis et indulgens, cessit postulatis amicorum, et huic conficiendo syntagmati se totum impendit.*

*Quid autem in eo secutus sit, quove spectarit, liber ipse in manibus est, qui docere lectores poterit. Unum hic addere nobis liceat: non videri consilium Auctori singulos libros, qui saeculo XV. in Italia lucem aspexere, recensendos suscipere. Temerarium id quidem foret, et vix a societate doctorum, et aetate florentium bibliographorum tentandum, nec unquam fortasse ad exitum adducendum. Itaque hoc unum sibi voluit, Italiam tum multitudine, tum praestantia, tum pulchritudine, et varietate editionum, quas saeculo XV. protulit, caeteris omnibus Europae regionibus praeferendam esse. In hac enim poetarum principis opera omnia eximio charactere graeco felicissime in lucem vidimus: In hac graecam Anthologiam, Apollonii Rhodii, Euripidis, Musaei, et Callimachi* literis ca-

pitalibus, *aliaque plurima graecorum opera excusa primitus fuisse non ignoramus; sed non solum graeci characteris usu contenta fuit Italia, cum ipsis conjunxit latinos et hebraicos typos, idque mature satis, et antequam in aliis Europae locis simile quidquam in ea re tentatum fuisset.*

*Haec illum cogitasse non dubitamus. Restat modo ut de claris viris, qui ipsi ad opus perficiendum adjumento fuerunt, pauca proferamus. Primum omnium satis constat plurimum debuisse Eminentissimo Cardinali Valentio Gonzagae, qui non modo bibliothecam, quam Romae habet, numero, et praestantia librorum cum paucis insignem, patere omnibus horis ipsi voluit; sed ut hominem quaerendi labore, et miscellaneorum voluminum, quibus bibliotheca abundat, evolvendorum molestia levaret, in quibus voluminibus non paucas editiones italas contineri certo sciebat, id negotii dedit uni ex suis familiaribus veteris bibliographiae peritissimo; Nec liberalitate hac contentus vir majoribus suis dignissimus, curavit praeterea ut Cajetanus frater militiae Melitensis Bailivus, qui Mediolani locupletissimam bibliothecam possidet, Romam ejus accuratos catalogos mitteret; quod sane Audiffredio non modico adjumento fuit. Nec minus interea adjutus est Nicolai Rossii opibus, qui dum in vivis agebat, nihil quod ab se postulabatur, Audiffredio non commodabat. Alios quidem nominare hic possem, nisi eos longe superaret Clariss. Bibliographus Antonius Amoretti Oneliensis ex Congregatione Matris Dei, sine cujus ope primum hoc volumen ad exitum adduci nunquam potuisset. Vix enim dici potest, quoties humanissimus hic vir vel sua sponte, vel Auctore flagitante Corsinianam bibliothecam, aliasque Urbanas adierit, veteris alicujus editionis examinandae vel describendae gratia, quae sine illius auxilio aut descripta, non perin-*

*de, ut opus erat, fuisset, aut omnino omissa. Ut nihil dicam de perraris quibusdam editionibus, quas penes se habet, quarum notitiam, descriptionemque uni ipsi Audiffredius acceptas referebat.*

*Denique rogatum volumus B. L. ut si quid interdum Clariss. Auctor adversus quosdam disputavit, id unius veritatis demonstrandae causa studio factum arbitretur. Cum enim contra, atque ipse de aliquot bibliographiae capitibus sensuerat, extitisse non neminem animadvertisset, qui de iisdem patuisset, necessarium duxit exponere, quae revera ipse sentiret, non omissis, quae contra opponi posse videbantur. Quod si, ut fit inter disputandum, aliquod aliquando verbum ipsi excidit non satis dignitati personae, qui cum contendit, accommodatum, rogandus est aequus Lector, ut in mitiorem partem interpretetur, et aestu disputationis imprudenti elapsum, quam ab infesto et irato animo profectum existimet. Fuit enim Audiffredius, si quisquam alius, comis et mitis: Nec senectus caeteroquin ad iracundiam proclivior ejus mores ulla ex parte immutaverat.*

*Optandum postremo foret ut universum opus perficeretur; Verum neque nobis cupientibus, atque exoptantibus tantum otii, et facultatis datum est, ut manum extremam operi imponeremus; sed quantum auguramur conjectura, quantaque ingenia in nostris hominibus esse videmus, non desperamus fore aliquem, qui et studio acriori, quam nos sumus, et fuimus, et facultate scribendi majore, et industria totum opus perficere studeat.*

## ITALIAE URBES ET LOCA IN HOC VOLUMINE RELATA, IN QUIBUS SAECULO XV. ARS TYPOGRAPHICA EST EXERCITA.


AESIUM . . . . Pag. 1. — 3.

AQUILA . . . . p. 4. — 8. Add. p. 402.

ARIMINUM (O) . p. 9.

ASCULUM . . . p. 403.

BERGOMUM . . p. 9. — 11.

BONONIA . . . p. 12. — 135. Add. p. 405. 407. 411. 413. 414. 415. 426. 427.

BRIXIA . . . . p. 136. — 205. Add. p. 415. 416. 420.

CAJETA . . . . p. 206.

CALLIUM . . . p. 207. — 208.

CAMBERIUM . . p. 209.

CARMANIOLA . . p. 209.

CASALE S. EVASII p. 209.

CASALE MAJUS . p. 210.

CASELLAE . . . p. 210.

CIVITAS AUSTRIAE p. 211. — 212.

CLAVASIUM . . p. 213.

COLLIS . . . . p. 215. — 216.

COMUM . . . . p. 217. — 218.

CONSENTIA . . p. 219. — 220.

CREMONA . . . p. 220. — 228. Add. p. 420.

FERRARIA . . . p. 228. — 256. Add. p. 421. 422.

(FIVIZANI) . . . p. 422.

FLORENTIA . . p. 257. — 396. Add. p. 423. 424. 427.

FORUM LIVII . . p. 396.

FULGINIUM . . . p. 396. — 397.

GENUA, vel JANUA p. 399. — 400. Add. 426.


SPE-

# SPECIMEN
# HISTORICO-CRITICUM
# EDITIONUM ITALICARUM
# SAEC. XV.

## AESII.

### MCCCCLXXIII.

### I.

LIBER constitutionū sancte matris ecclesie editarꝝ p reverendissimum ī Christo patrē dominū Egidiū epm Sabinensem apostolice sedis legatū & domini nostri pape uicarium.

*In calce:*

MCCCCLxxiii. indictione sexta tēpore divine ꝓuidētie sanctissimi do mini nostri domini pape Sistti (*sic*) pape quarti Die uero quarta mēsis octobris in civitate exii finite fuerunt su prascripte cōstitutiones a magistro Federico ueronēsi earū impressore (*in fol. par.*)

Librum hunc habendum esse inter illustriora veteris typographiae monumenta, ultro fatebitur quisquis oculos in eum conjecerit. Charta candidissima est, character rotundus, sive Romanus, isque pulcherrimus ac paulo major eo, quem typographi *Silvium* appellant: vocum compendia non multa. Duabus columnis linearum

AESII 33. impressus est, sine signaturis, numeris, custodibus, & quantum observare licuit, sine ulla prorsus diphthongo. Praecedit tabula singulorum capitulorum cujuslibet libri (qui sunt omnino sex), cujus prima inscriptio sic habet:

Tabula primi libri cõstitutionũ marchie anconitane

Post recensionem capitulorum sex librorum & additionum *Domini Sabinensis*, sequuntur capitula constitutionum aliorum quinque Legatorum (quorum nomina recitantur), quibus terminatur tota tabula, quae VII. folia occupat. Inter quintum & sextum librum (in exemplo mox nominando) occurrit folium ex utraque parte album: ultimum versum libri primi, & primum rectum secundi omnino vacant. In calce primae columnae ultimae paginae libri primi charactere majusculo legitur:

EXPLICIT LIBER PRI
MVS. INCIPIT SECV
NDVS.

Exstat rarissima haec editio in Bibliotheca Aracaelitana. (1)

MCCCCLXXV.

I.

Lectura BALDI de Perusio super secunda parte ff. veteris.
*In fine:*

EXPLICIT LECTVRA BAL.
SVPER SECVNDA PARTE
FF. V. MIRIFICE NOn CALAmo
Sȝ Caratere (*sic*) impssa. In civitate exii ꝓuin
cie marchie ꝑ me federicũ natioñ Veroné
seȝ dicte ciuitatis exii ciueȝ numero alioꝶ
aggregatũ ut hãc mirabilé arté scirꝰ cupié
tibꝰ (*sic*) erudire (*sic*) sub añis dñi m° cccc° lxxv° die
tertia aplis
(*in fol. magno.*)

Insignis hujus voluminis notitia debetur solertissimo veterum editionum indagatori R. P. Antonio Amoretti ex familia Clericorum Regularium Matris Dei, qui illud vidit tractavitque Lucae in celebri Bibliotheca Felini M. Sandei: ac rotundo charactere, sine numeris, signaturis, & custodibus, sed cum foliorum registro in fine excusum esse nobis significavit.

Ex

(1) Scripta haec a me fuerunt sex vel septem abhinc annis, quo ex tempore nonnullae ex Romanis Bibliothecis multo locupletiores, quam tunc erant, selectissimorum librorum acquisitione factae sunt. In his primo loco certe habenda est privata Bibliotheca S. D. N. PII PP. SEXTI, in quam quotidie rarissimorum omnis generis librorum thesauri ingeruntur: inter quos & optimum hujus editionis exemplum eidem nuper accessisse significatum mihi fuit.

Ex iis vero, quae narrat Federicus in ejusdem subscriptione, conjicere licet, alios quosdam typographos ex ejus schola prodiisse, qui vel Aesii, vel alibi ante saeculi finem typographicam exercuere, ex quorum numero forsitan fuere Robertus de Fano & Bernardinus de Bergamo, qui hoc eodem anno Maffei Veggii opusculum Callii impressere, suo loco referendum; etsi tempora non satis convenire videantur. AESII

II.

NICOLAI de AVXIMO Spiritualis Quadriga, *Italice.*
*In operis calce:*
EXPLICIT OPVS NVMCVPATVM (*sic*)
Spūalis Quadriga cōpositū p uenerabilē pr̄e ꝫ fr̄e ꝫ
Nicolaū de auximo ordīs minoꝝ de osseruantia (*sic*) ī
prexū (*sic*) per magistrum Phedericum de comitibus
de Verona ī civitate Esii Anno ab incarnatōe dn̄i
nr̄i Iesu Christi M. CCCC. lxxv.° sext.° Kl̄s. nouēbris
(*in 4° par.*)

Enuntiatur in hac editione typographi agnomen, quod in duabus superioribus siletur: ideoque vel ob hanc unam causam non parvi aestimandam esse puto. Etsi vero eodem charactere ac constitutiones excusa sit; tantis tamen vocum syncopis deformata est, ut solum post diligens utriusque examen, nil plane inter se (ni forte in paucis quibusdam compendiariis notis) differre appareat. Adducta subscriptio *Explicit*, &c. legitur ad calcem operis, quod desinit folio recto. Eodem verso incipit tabula singulorum capitulorum ejusdem, quae duas alias integras implet plagulas; & ex qua tabula liquet summam plagularum voluminis esse 177. praeter unam albam. Signaturis, numeris, reclamantibus ac registro caret. Exstat in Bibliotheca Casanatensi, apud cl. Can. Albertum Devoti, in collectione Abb. Nicolai de Rossi, &c.

Federici Veronensis nomen, quod in tribus recensitis editionibus legitur, desideratur in Annalibus Maettarii, & Originibus Orlandii (1); nec hucusque liber aliquis ab eodem typographo impressus, alteriusque loci, praeter quam *Aesii*, nomine notatus, a quoquam, quod sciam, in lucem prolatus est. Quamobrem donec monumenta typographica, non Aesii modo, sed & alibi, Federicum impressisse, non produnt, & insignem quamdam DANTIS Comoediae editionem, in qua ejus nomen, nullo designato loco, inscriptum est, sine temeritatis nota eidem civitati adscribi posse crediderim. Est haec forma quarta majori (non folii, uti quidam scripsere), & ad ejus calcem haec majusculis litteris apposita fuit subscriptio:

EXPLICIT. LIBER. DANTIS. IMPRESSVS. A. MAGISTRO. FEDERICO. VERONENSI. M. CCCC. LXXII. QVINTODECIMO. A. LENDAS. (*sic*) AVGVSTI.

a 2 Ra-

(1) Desideratur etiam in locupletiss. Supplemento Annalium Maettarii cl. Denis an. 1789. Viennae vulgato.

AQUILAE Rarissimam autem eam esse, & longe rariorem editione Mantuana, & Fulginatensi ejusdem anni 1472., ex eo intelligi potest, quod in omnibus fere catalogis cum generalibus, tum specialibus deest. Deest certe (ut insigniores aliquot, exempli causa, nominem, ex quibus de caeteris conjecturam facere licebit) in Notitia librorum rariorum Haymi, in Bibliographia instructiva Deburii, in Catalogo selectissimae ditissimaeque Bibliothecae Ducis de la Valliere (in quibus tamen tribus catalogis utraque editio ante memorata comparet), in Catalogo Bibliothecae Harlejanae, in Catalogo Boziano, Capponiano, Smithiano, Jacksoniano, librorum Italicorum D. Floncel, ac denique in Catalogo plus quam mille editionum saeculi XV. Abb. Nic. de Rossi. Primus, qui ejus meminit, quantum mihi constat, est cl. Jo. Ant. Vulpius, qui in Catalogo editionum hujus poëmatis, praemisso editioni Patavinae anni 1727. pag. XXXIII. & seq. primi voluminis, eam refert his verbis:,, Edizione, in fine di cui si legge a caratteri ,, majuscoli: *Explicit liber Dantis impressus a Magistro Federico Veronensi* ,, *MCCCCLXXII. quintodecimo Kal. Augusti*. E' in foglio di forma non molto ,, *grande*. ,, Ex quo quidem apparet volumen ab Auctore tractatum fuisse, non expensa tamen satis accurate ejusdem forma, quae est *quarta*, & non *folii*, ut ipse ait. Post Vulpium a cl. Quadrio eam referri inveni in opere *Della Storia e Ragione di ogni Poesia* vol. VI. pag. 249. Sed hic scriptor verisimiliter ex praecedenti Catalogo ejusdem notitiam hausit (1): repetit enim errorem Vulpii circa formam voluminis, *in foglio* pure, ma non *molto grande*, eam appellans. Mihi hucusque unum tantum ejus exemplum, illudque quatuor plagulis in principio mutilum penes Canonic. Albertum Devoti videre contigit. Editio est sine signaturis, numeris ac reclamantibus, charactere rotundo non ineleganti, alio tamen a charactere praecedentium.

# AQUILAE.

## MCCCCLXXXII.

### I.

VITE DE PLVTARCHO TRADVCTE DE LATINO IN VVLGA
RE IN AQVILA AL MAGNIFICO LODOVICHO TORTO PER
BAPTISTA ALEXANDRO IACONELLO DE RIETE:·

*Ad calcem vitae* Catonis:

Finisce la prima parte delle uite de Plutarcho traducte per
Baptista Alexando Iaconello de Riete: & stampate
in Aquila adi .xvi. de septembro. M. cccc. lxxxii.
per maestro Adam de Rotuuil Alamano
stampatore excellente: cō dispesa (*sic*) del
magnificho signore Lodouicho
Torto: & delli spectabili ho

mini

(1) Hoc idem dicendum videtur de Auctore edit. Mediolan. Bibliothecae Haymi, an. 1771. qui tomo I. pag. 183., Vulpii errorem circa voluminis formam repetit: *in f. non molto grande*.

AQUILAE

mini Ser Dominicho de
Montorio: & de Ser
Lodovicho de Camillis de Asculo
ciptadino de
Aquila.

LAVS DEO AMEN:

(*in fol.*)

Aquilanae typographiae antiqua monumenta notiora multo sunt quam Aesinae; haec in primis (quae praecipua est) Vitarum Plutarchi Itala editio. Ejus enim meminerunt Orlandius, Maettarius in utraque suorum Annalium editione, Deburius uterque, Haymus, Zenus, Argelatus, Paitonus, aliique non pauci. Etsi autem cum praestantioribus saeculi XV. editionibus, quae ex diversis Italiae officinis prodiere, conferenda non sit; certum tamen est, charactere cumprimis, qui Romanus est, quamplurimas cum anteriores, tum posteriores longe superare. Dolendum vero est, nonnisi priorem ejus partem, quae 26. tantum vitas complectitur, detegi hactenus potuisse, & Argelatum, Paitonum, aliosque in perquirenda parte altera frustra operam consumpsisse. Haec quidem in disticho, quod antepenultimo folio legitur, uti non multo post proditura annuntiatur:

Or cresce in herba el resto de Plutarco
Tal che integro verra nel volgar varcho.

Sed credibile est, alteram hanc partem, ob causas nobis ignotas, lucem nunquam vidisse. Ea certe, ut modo dicebam, a nemine hactenus visa fuit: & Gregorius de Rusconibus, qui anno 1518. Jaconelli versionem recudit, primam tantum ejus partem, quae in omnibus, annotante Paitono, Aquilanae conformis est, publici juris fecit.

Solis Signaturis instructa est, ejusque primum folium rectum, in exemplo Casanatensi, indicem vitarum in volumine contentarum exhibet; penultimum pariter rectum, registrum quinternionum; ex quo colligitur, voluminis plagulas esse 334. Merito porro Paitonus pag. 148. hanc esse primam ejusmodi versionis editionem existimat, & chimericam esse antiquiorem anni 1472. ex fide Roberti Friban ab Orlandio memoratam, aliamque hujuscemet anni 1482. a Maffejo relatam. Miror autem quomodo idem Paitonus inter editiones versionis Italae Ludovici de Dominicis, quae ex praelo Gabr. Joliti de Ferrariis prodiere, non retulerit editionem anni 1569., quam & ipsam non differre puto ab editione anni 1566., sicuti non differunt anteriores duae, prima anni 1567., altera anni 1568. ab ipso recensitae. Alterum, & quidem optimum, editionis exemplum vidimus in Chisiana.

II.

„ JACOBI de BANGIO Minoritæ Tractatus de Censuris & „ Poenis Ecclesiasticis. Impress. Aquilæ 1482.

Ex

AQUILAE Ex fide Catalogi Antonii Augustini editionem refert cl. Mercier in suo Supplemento *à l'Histoire de l'Imprimerie de Prosper Marchand*, pag. 94.

## MCCCCLXXXIII.

### I.

IO. SVLPITII Verulani de arte gram
matica opusculum compédiosum.
*In fine*:
Sulpitianum opusculum grãmatices
Aquilę impressum. M. ccccIxxxiii
die xviiii Martii. Finit fęliciter.
LAVS DEO.
AMEN.
(*in* 4°)

Aquilanam hanc Sulpitianae grammaticae editionem magno in pretio habendam esse annotavit cl. Pater Amoretti in superioribus laudatus, qui eam commodatam habuit a cl. Abb. Ferdinando Joannutio, & a nullo ex tot scriptoribus, qui in veteribus editionibus ad studiosorum notitiam deducendis operam posuere, ne excepto quidem Annalium typographicorum continuatore Denisio, memoratam fuisse invenire potuit. Puto autem hac Aquilana editione nonnihil rariorem esse Romanam (1) anni 1481., cujus mera repetitio est haec Aquilana. Nil enim plus aut minus continet quam illa: immo, uti suspicor, & errata Romanae editionis, quo perfectior conformitas existeret, in hanc religiose translata fuere. Certe vocabulum *Liberarii*, quod legitur linea prima *Erratorum* Romanae editionis, idem omnino occurrit & in hac Aquilana. Fortasse autem & alia errata admisit typographus Aquilanus, quae subinde incorrecta reliquit. Conjicere id licet ex prima Grammatices linea, quae in Romana editione sic habet:

Fundamenta cupis latię qui noscere linguę

In Aquilana autem sic:

Fundamenta cupis latinę qui noscere linguę

Quam Parnassiae legis violationem iniquo animo ferent Bibliographi poëtae.

Caeterum quaecumque sit sive incorrectio, sive correctio Aquilanae editionis (quod grammaticis, qui ipsam diligenter evolverint, definiendum relinquo); certum est pulchritudine sua non paucas saeculi editiones antecellere, & proximo loco post Romanam anni 1481. haberi posse. Est enim Romano nitidoque charactere, eique, quo Adam Rotwilius Plutarchi vitas anno superiore impres-
se-

(1) Desideratur & in nostro Catalogo Romanarum editionum. Ea est charactere rotundo usitatiore Steph. Planck, qui tamen suum nomen in ipsa non inscripsit. In calce ultimi folii recti majusculis literis legitur: ROMAE MCCCCLXXXI. NONIS AVGVSTI. Desunt signaturae, numeri, & custodes. Ultimo folio verso habetur registrum.

ferat, simillimo: ut a vero non abhorreat, utrumque opus ex eadem officina prodiisse. Signaturis, numeris, & custodibus caret. Ex registro autem, quod est in fine, inscripto, *Registrum quinternorum præsentis opusculi*, apparet ipsum constare ex 12. quaternionibus & uno quinternione, sive ex chartis 106. AQUILAE

Allatus titulus, *Jo. Sulpitii Verulani de Arte grammatica* &c. tam in hac Aquilana, quam in Romana anni 1481. occurrit decimo folio recto, quod est secundum secundi quaternionis. Primum ejusdem quaternionis in utraque editione, anteriore facie sistit priorem Epist. dedicat. Sulpitii ad Falconem Sinibaldum, quam sic exorditur: *Secundam horum librorum editionem* &c., quae verba vera quidem sunt de editione Romana, falsa autem de Aquilana: multo autem falsiora de editione Romana 1490.; & longe adhuc falsiora, accepta de quadam editione (Veneta, ut puto) saeculi superioris, in quibus, non secus ac in hisce duabus, utraque epistola dedicatoria Sulpitii occurrit. In secunda Epist. ad eumdem Sinibaldum, primam suae grammaticae editionem, *Perusinam* vocat: quae editio, uti liquet ex exemplo Casanat., jam exstabat anno 1475., uti suo loco demonstrabitur. Primus autem quaternio tam Rom. edit. 1481., quam hujus Aquilanae complectitur: I. Auctoris *Praeludia sui libelli*, sive Grammatices; II. ejusdem *De moribus puerorum carmen juvenile*. Prima totius voluminis incriptio sic habet:

Sulpitianum opusculũ lege foeliciter.

MCCCCLXXXXIII.

## I.

„ FRANC. del TVPPO in vitam Aesopi fabulatoris traductio „ sermone Italico, & in eius fabulas Allegoriæ. fol. Aquilæ 1493.

Negat omnino cl. Paitonus in sua Bibliotheca *de' Traduttori Italiani* tom. 2. pag. 31. 32. contineri in hac editione, aliisque quibusdam Venetis, quas citat, Aesopi fabulas ex versione Francisci Tuppii, sicuti scripsere Haymus & Taffurius: immo (quod multo magis est) nullam esse ejusmodi Tuppii versionem, quem solam Aesopi vitam a Maximo Planude scriptam, Italico idiomate donasse ait, sine ulla dubitatione pronuntiat. Momenta ab ipso allata ad priorem suae assertionis partem demonstrandam, contemnenda certe non sunt; non tamen, mea sententia, rem extra omnem controversiam ponunt: fieri enim potest, ut quod deest in aliquibus editionibus, in aliis contineatur. In hac Aquilana (quam nunquam tractavit Paitonus, sicuti nec tractavimus nos) contineri Aesopi fabulas ex Tuppii versione, affirmare non sinit ejus titulus a Maettario ex catalogo Biblioth. Bentes. par. 2. exscriptus, & hic repetitus, in quo sola Aesopi vita ex Tuppii versione cum ejusdem Allegoriis in Fabulas laudatur, omissis prorsus fabulis ipsis. Hae tamen Allegoriae in primis demonstrant in hac Aquilana editione quidquam amplius contineri, quam in editionibus Venetis a Paitono laudatis, aliisque duabus similiter Venetis annorum 1492. & 1493., quae mihi ad manus sunt, in quibus omnibus desiderantur non modo fabulae, de quibus agitur, sed & ejusmodi Allegoriae. Deinde hac Allegoriae suspicionem ingerunt, in Aquilana editione fortasse contineri & fabulas ipsas, ad quas referuntur. Quidquid tamen sit hac de re, illud in primis pro certo haberi potest, nonnullam, vel nonnullas Tuppii lucubrationes anno 1493. Aquilanis typis fuisse vulgatas; deinde extra omnem du-

AQUILAE dubitationem positum esse debet, non omnes versiones editionesque fabularum Aesopi, quae saeculo XV. prodiere, cl. Paitono innotuisse, uti sub Consentia videbimus.

## MCCCCLXXXXIIII.

### I.

Ad Illustrissimum dñm dominum Alfonsum
Piccolomineű de Aragonia Ducem Amalfie
Comitem celani Blasius Pico Fonticula-
nus de Aquila artium ꝛ Medicine doctor de
quattuor(*sic*) partibus oratiõis declinabilibus li-
bellum utilem ꝛ subtilem:

*Ad operis calcem:*

------ Impressum Aquile
Anno salutis. M. cccc. lxxxxiiii. die vero. xvi. Augusti. Se-
dente Sanctissimo Alexandro. vi. anno eius secundo.

Nicolaus Gordianus.
Quisquis inaudita ꝛ veterum dispersa libellis
Vis lege quod Pico Blasius edit opus.

(*in* 4°.)

Haec est tertia Aquilana editio, quae ad hunc diem in manus nostras incidit, in qua tamen non secus ac in Sulpitii Grammatica, & ut videtur, etiam in aliis duabus, ex aliorum fide relatis, desideratur typographi nomen: quem fuisse Adamum de Rotwil, & si probabile censeam, affirmare tamen mihi non licet; quod ex duabus editionibus, quae ex ejus praelis cum ipsius nomine prodiere, altera Venetiis anno 1477., altera Aquilae 1482., utraque a me tractata, neutrius character cum charactere praesentis conveniat; nec alium ejus laborem suo nomine notatum, huc usque videre mihi contigerit. Editio est charactere Gothico cum signaturis tantum, quae pertinent usque ad g. III., f. & g. sunt terniones, alii quaterniones. Primo folio verso legitur Auctoris epigramma versuum 12., quorum priores duo sic habent:

Qui sophie cupiat doctis florescere chartis:.
Primum grammatices aggrediatur iter.

Exstat apud Canonicum Devoti.

ARI-

# ARIMINI.

O

„ IOSEPHI ALBO philosophi Arbor plantata Hebraice, scilicet Li-
„ ber fundamentorum Iudaicae religionis contra Christianos 4°
„ Arimini 1486.

Ex fide Beughemii, Caillii, & Orlandii, bibliographorum non satis accuratorum, editionem hanc Ariminensem anni 1486. refert Maettarius, tom. 1. Annal. edit. II. pag. 481. Sed quamdiu non aliud suppetet typographicum monumentum, quod ante finem saeculi XV. Arimini excusum fuisse liquido pateat, illustris haec urbs inter eas numerari non poterit, ad quas, eo vertente saeculo, typographia pervenit.

*Arbor plantata* est Commentarius R. Gedaliae fil. Salomonis in librum *Ikkarim*, seu fundamentorum religionis Judaicae Jos. Albonis, scriptus anno 1517., & sequenti anno cum ipso textu apud Bragadinos Venetiis impressus. Liber vero *Ikkarim* primo Hebraicis typis excusus fuit Soncini anno 1486. (de qua editione suo loco), tum Venetiis & Thessalonicae anno 1521., & sequenti anno Arimini, ac alibi postea. Nullo ergo modo ejusmodi *Arbor plantata* excudi potuit anno 1486. Ac si cum Johanne Wolfio suspicari velimus, anno 1486. Arimini solum Albonis contextum impressum fuisse (qui certe impressus fuit Soncini), tum ejus editionis exemplum aliquod detegere curandum erit, quo nobis ipsis, aliisque persuadere possimus, reipsa exstare ejusmodi editionem. Confer Bernardum de Rossi, *de Hebr. Typographiae origine &c.* pag. 2. & seqq.

# BERGOMI.

O

GULIELMI PAIELLI EQUITIS VICEN
tini laudatio in funere illustris Bartholomei Colei
exercitus Venetorum imperatoris.
*In calce*:
Oratio funebris elegātissima Gulielmi Paielli eq-
tis Vicentini: & historici eloquentissimi prope
ex tēpore habita Bergomi pro Bartholomaeo Co
leo Venetoꝝ exercitus imperatore: atq; impressa
Vicentiae: quā diligentissime. Xisto summo pō-
tifice. Frederico imperatore. Andrea Vēdramino
Venetorum duce. Vale.

BERGOMI

Bergomi in foro ante aedem diuae uirginis. (1)
M. CCCC. LXXVII.
FINIS.

Post Tenebras Spero Lucem.

.M. .P. .Z. .L. .C. .L. .S.

Cl. Mercierius motus auctoritate Catalogi Biblioth. Reg. Parisiensis, in quo praesens editio refertur, omissis tamen verbis, quibus locus impressionis ejusdem designatur, existimavit, eam Bergomi revera prodiisse: neque tardius anno 1477. typographiam eam in urbem fuisse invectam. Hunc ipsum errorem admisit & cl. Tiraboschius in nova editione suae *Historiae Literariae Italiae*, tom. VI. par. 1. pag. 147., eodem argumento ductus ac Mercierius, sive postremis verbis allatae subscriptionis, *Bergomi in foro* &c. (1) quae a praecedentibus, quibus impressionis locus ostenditur, sejuncta, legentem facile in errorem inducere possunt. Uterque sane errorem cavisset, si editionem ipsam vidisset: sicuti cavit Angelus Gabriel a S. M. in Bibliotheca Vicentina, tom. 2. pag. 246., ubi eam apud Comitem Ludovicum Schium se vidisse narrat, & Vicentiae omnino adscribit, omniumque primam statuit; etsi apud cl. M. Fuscarenum mentio habeatur antiquioris editionis anni 1475.: quae editio forsitan ex mendo typographico (ut ipsemet suspicatur), quod in opus Fuscareni irrepsit, nata est.

Hujus autem editionis artifex fuit Leonardus Longus, Plebanus S. Pauli Vicentiae, qui hoc ipso anno, eodemque charactere, impressit domi suae opus Jacobi Camphorae de animae immortalitate, cui ad calcem ultimae columnae hanc apposuit notam:

Fo finito q̄sto dialogo de la in
mortalità de lanīa in caxa del Ve-
nerabele homo mis pre Zuanlu
nardo lōgo. Piouā d̄ sācto Paulo
de uicenza.
M. CCCC. LXXVII. a di ultīo
del mexe de marzo.
.: AMEN :.

.M. .P. .Z. .L. .C. .L.

Sigla ad calcem hujus libri (2) & Orationis Pajelli adjecta, unum eumdemque utriusque operis artificem denotare, nemo est, qui non facile intelligat; praesertim ubi utriusque eumdem esse characterem animadverterit. Quem quidem artificem, cum ex Camphorae opere liquido pateat, anno 1477. Vicentiae sua in domo typographiae operam dedisse; eodem anno & Bergomi, eandem artem exercuisse, etsi impossibile haud sit; tamen donec non adfertur monumentum ali-
quod

(1) Haec verba, ni fallor, aut ostendunt Orationem publice recitatam fuisse Bergomi in foro S. M., aut ibidem venalem extitisse.

(2) Nil refert, quod in fine hic desit litera S; sicuti neque quod in seq. opusc. habeatur in principio alia litera S.

quod multo illustrius, quam sit Oratio Pajelli, quae in subscriptione, Vicentiae impressa diserte dicitur, nonnisi temere id affirmare licebit. BERGOMI

Nullum quidem videtur esse dubium, quin postea Plebanus noster, relicta Vicentia, Tridentum migrarit; ibique novae ecclesiae cura suscepta, typographiae operam dare perrexerit. Id perspicue demonstrant Carmina quaedam *Jo. Matthiae Tiberini* in laudem B. Simonis Tridentini, ad quorum calcem haec leguntur:

Ecclesiam matris christi qui ritę gubernat
Pręsbiter impressit hoc leonardus opus.
Gente triuisanus nulli uirtutibus impar
Quem genuit longa semper honesta domus ·:·

:TRIDENTI:

POST TENEBRAS SPERO LUCEM:

:S: :M: :P: :Z: :L: :C: :L: :S:
Laus Deo Semper. Amen.
:M: CCCC: LXXXII: DIE: V: SEPTEMBRIS:

Tridenti nomen majusculis literis ad latus carminum, quibus opusculum a Leonardo Longo impressum fuisse declaratur, ostendere locum, in quo factum id fuit, neminem, nisi vitilitigatorem, negaturum puto: quae enim alia ejus vocabuli ibi positi potest esse significatio? Verba autem, *Post tenebras* &c. cum suppositis siglis, quae eadem occurrunt & in Pajelli Oratione, unum eundemque artificem, qui iis verbis siglisque, ceu propria quadam tessera utebatur, designare, adeo manifestum est, ut res probatione non egeat; quamvis character horum carminum alius sit & elegantior charactere dictae Orationis.

De alio quodam opere, *Sicci* nimirum *Polentonis* Comoedia, *Catinia* inscripta, hoc eodem anno 28. Martii. a Leonardo Longo Tridenti, suppresso nomine, impressa, videsis Ap. Zenum in Annott. ad Biblioth. Eloquentiae Italicae Justi Fontanini, tom. I. pag. 358.

## MCCCCLXXXXVIII.

### I.

„ Chirurgia GUIDONIS, BRUNI, THEODORICI, ROGERII,
„ ROLANDI & LANFRANCHI fol. Bergomi 1498.

Ex catalogo Bibliothecae Nic. Heinsii editionem refert Maettarius in nova suorum Annalium editione, tom. I. pag. 672.: cui cum praeiverit Orlandius in suis Originibus pag. 217. & 310., ea in dubium revocari non posse videtur. In laudato Catalogo editio enunciatur iisdem verbis, quibus hic effertur.

# BONONIAE.

## MCCCCLXII.

+

CLAVDII PTOLEMAEI COS
MOGRAPHAIE (*sic*) LIBRI PRI
MI CAPITA.
*Infra in eodem prima columna:*
CLAVDII PTOLEMAEI
COSNOGRAPHIAE (*sic*) LI
BER PRINVS. (*sic*)
*Foliö penultimo recto, columna secunda legitur:*
CLAVDII PTOLAMAEI (*sic*) ALEXAN
DRINI COSMOGRAPHIAE OCTA
VI ET VLTIMI LIBRI FINIS.
Hic finit Cosmographia Ptolemei impressa
Opa dominici de Lapis ciuis Bononiésis

ANNO. M. CCCC. LXII.
MENSE IVNII. XXIII.
BONONIAE

*In fol. max.*

Paucis hisce lemmatibus lectis, haud difficile erit sibi persuadere, notas, quibus impressionis hujus editionis annus designatur, errore implicari; & fortasse loco duarum, aut trium decadum, binas ab incurioso typographo suffectas fuisse unitates. Omnes certe hujus temporis bibliographi, quod sciam, mendum hic agnoscunt; licet in assignando anno, quo editio verisimiliter peracta fuit, non satis inter se conveniant. Non abs re esse puto, quae cl. Heineckenius de hac editione scribit in suo opere inscripto: *Idée générale d' une Collection complette d' Estampes* pag. 145. & seq. huc adferre: „ Cependant il ne sera pas hors de „ propos d' alleguer encore ici l' edition de Bologne, imprimée par Dominique „ de Lapis, & faussement datée de l' année 1462. Comme il est dit dans l' aver„ tissement à la tête des tables géographiques, que Philippus Broaldus, c' est „ Beroalde, a mis la derniere main à cette edition, & que ce savant naquit „ en 1453., il n' a pû travailler en 1462. à l' age de 9. ans à un tel ouvrage. „ Même l' année 1472. que de Bure veut etablir, ne convient pas assez bien „ à un semblable travail. Je crois que ceux qui la mettent en 1482. ont plû„ tot raison; si ce n' est, comme M. Breitkopf présume, que l' imprimeur a „ pris un I au lieu d' un L, & qu' il a voulû mettre suivant l' ancienne manie-

„ niere M. CCCC. LXLI. (1) c' est à dire 1491. Il est vrai qu' il y en a, qui BONON.
„ veulent prouver, par la déformité des caracteres (2), que cette édition est
„ antérieure aux autres. Mais on ne peut jamais tirer un argument de la mau-
„ vaise impression pour constater l' ancienneté d' un livre. Cependant les cartes
„ géographiques, au nombre de 26., ont véritablement l'air de l'antiquité, el-
„ les sont executées d'une maniere bien rude, & il est évident, par les traits
„ de Zigzag, que les orfévres mettent ordinairement sur l' argenterie, que
„ c' est l' ouvrage d' un tel artiste.

Editio est cum signaturis & registro; numeris autem & reclamantibus caret. Duplici indice (non uno tantum, ut scribit Deburius) instructa est. Primus ex his indicibus designant chartas, sive folia, in quibus regionum situs describuntur: e. c. *Iberniae Britanicae Situs*, *Albiöis īsulae Britaīcae sit. carte* (charta) 10., *Hispaniae situs car.* 11. Ubi notandum est chartarum numeros non a prima charta impressa, sed a prima alba, quae in registro vacare expresse monetur, incipere. Ad quod non advertens Deburius, primum foliorum fasciculum ex octo fosiolis constare scripsit, cum reipsa constet ex decem, ex quibus primum tantum vacat. Foliolum praeterea separatum, cujus meminit idem Deburius, quodque in registro minime indicatur, haud solitarium est, sed adjunctum habet aliud foliolum, cum quo integrum efficit folium; ita ut integra folia ipsius Geographiae sint XXXI., & foliola, seu semifolia 62. (non 59. tantum, (uti ex recensione Deburii colligitur), ex quibus 60. utique impressa sunt.

Alter index designat tabulas, in quibus regiones in superiori indice nominatae & in tabulis pictura repraesentatae, quaerendae sunt: e. c. *Iberniae insulae Albionis Britannicae tab. 2. car. 4.* Huic indici majusculis literis sequens praepositus est titulus:

TABVLAE PICTVRAE SEV FIGVRATI SITVS INFRA SCRIPTORVM V3 (*sic*) SITVS.

Observandum autem est numeros post litteras *car.* adscriptos, omnes pares esse, & in eadem arithmetica proportione constanter procedere 2. 4. 6. 8. &c., quod quidem factum fuisse videtur ad ostendendum, quamlibet tabulam ex duabus chartis constare, & ad inveniendam datam tabulam, tot numerandas esse chartas, quot exprimit numerus post dictas literas signatus.

Opus est ex versione Jacobi Angeli Florentini, cujus epistola nuncupatoria ad Alexandrum V., quae praemittitur, occupat totum secundum folium rectum. Pulcherrimum integerrimumque exemplum, quo usi sumus in hac descriptione concinnanda, possidebat cl. Abbas Nic. de Rossi.

MCCCCLXXI.

(1) Nil verisimilius videtur.

(2) Characteres hujus operis iidem plane sunt ac ii quibus Dom. de Lapis anno 1477. impressit opusc. Bened. de Nursia de Conservat. Sanitatis (& verisimiliter alia opera mihi hactenus ignota). Quos quidem characteres *deformes* esse, nemo, nisi oculorum lumine laesus, qui ejusmodi opusc. tractaverit, unquam affirmabit. Ex collatione autem duorum horum operum apparet typographicum artificium Ptolemaei longe perfectius esse quam Bened. de Nursia. In illo enim librorum omnium, ac plurimorum capitulorum lemmata, aliaque varia, majusculis literis excusa sunt; cum contra in Benedicto ne unum quidem vocabulum ita excusum occurrat. In illo singulis foliorum fasciculis suae appositae fuerunt signaturae; in Benedicto vero primus, decimus, & sex ultimi sine signaturis dimissi fuere. Quod quidem ostendit, ni fallor, Ptolemaeum impressum tum fuisse, cum signaturarum usus familiarior typographis effectus erat, Benedictum vero antiquiore tempore. Ad haec Ptolemaeus duplici indice ornatus fuit, Benedictus nullo. Deformitas autem, quae apparet in Ptolemaei characteribus, ea vetustati & detritioni ipsorum characterum adscribenda est.

BONON.

MCCCCLXXI.

I.

„ P. OVIDII NASONIS opera omnia ex recognitione Francisci Puteolani & cum eius Epistola ad Franciscum Gonzagam Card. Mantuanum. Ad calcem vitae Poetae, quae Editoris Epistolae subiicitur haec leguntur:

„ *Huius opera omnia, Medea excepta, & triumpho Caesaris, & libello illo Pontica lingua exarato, quae incuria temporum perierunt, Balthasar Azoguidus ciuis Bononiensis honestissimo loco natus primus in sua civitate artis impressoriae inventor & summa necessitudine mihi coniunctissimus ad utilitatem humani generis impressit M. CCCC. LXXI. fol.*

Exscripta haec sunt ex tomo I. Annalium Maettarii edit. II. pag. 307. ubi cl. Annalista in subjecta annot. (3) editionem se vidisse narrat in Biblioth. Pembrochiana; eamque rarissimam, & omnium Poetae operum principem esse affirmat. Quod spectat ad raritatem editionis, ultro assentior cl. Scriptori: quod autem attinet ad principatum, quem ipsi vindicat, non facile in praesentiarum in ejus sententiam concedam. Nil tamen addam ad ea, quae de Romana edit. anni 1471. scripsi in Catal. Rom. edit. Saec. XV. pag. 77. seqq.

Primam hanc Bononiensem editionem non satis exploratam habuisse videtur Orlandius, qui in utraque sui operis parte solarum Metamorphoseon meminit; neque aliam operum omnium Ovidii editionem tunc exstitisse supponit quam Romanam; cui idcirco primatum omnino tribuit.

MCCCCLXXII.

I.

IVSTI DE COMITIBVS ROMANI VTRIVSQVE IVRIS INTERPRETIS AC POETAE CLARISSIMI LIBELLVS FOELICITER INCIPIT INTITVLATVS LA BELLA MANO. §.

*In calce operis*:

PER ME SCIPIONEM MALPIGLIVM BONONIENSEM. M. CCCC. LXXII. (*in* 4°.)

Magni facienda est haec editio non tam ob ejus pulchritudinem & raritatem, quam quod ea certiores nos facit de Bononiensi typographo, quem penitus ignorarunt Maettarius & Orlandius, & de quo subdubitarunt eruditi quidam, qui ipsam editionem tractarunt.

Pri-

Primum folium anteriore sui facie vacat; altera sistit Epigramma Italum Jo. Baptistae de Reffrigeriis, Reipublicae Bononiensis a secretis, in Auctoris laudem, cujus primam stropham hic recitare placet: BONONIAE.

On cancto mai de laura: ho Beatrice
Lun toscho e laltro in si legiadro stile:
Che duna bella man iusto gentile
Cum tanta altezza: che piu dir non lice.

Quibus quidem verbis etsi fortasse de Reffrigeriis nimio plus Poëtae suo tribuisse videri possit; certum tamen est, eum poëtica facultate excelluisse; & ad Petrarchae elegantiam, quem sibi imitandum proposuerat, prope accessisse (1).

Sequenti folio recto incipit opus ipsum, cui majusculis literis praeposita est adducta Latina inscriptio: cujusmodi quoque sunt inscriptio Epigrammatis J. B. de Reffrigeriis, ipsaque subscriptio ad calcem ultimi carminis posita.

Quot foliis omnino constet volumen, adamussim definire non valeo, quod exemplo Can. Devoti, quod unum ad hanc diem vidi, desit tabula carminum in opere contentorum, quam ad calcem adjectam esse discimus ex editionis descriptione (2), quae legitur tom. XI. *delle Memorie per servire alla Storia Letteraria*, Venetiis vulgatarum per Petrum Valvasensem, pag. 155. & seq. Laudatum exemplum constat ex foliis LXX., quorum primum continet, uti jam dictum est, Jo. B. de Reffrigeriis Epigramma; reliqua LXIX. Auctoris carmina. Signaturis, numeris, reclamantibus ac capitalibus literis caret: pro quibus tamen manu vel typis inserendis congruum spatium vacuum relictum est.

SCIPIONIS MALPIGLI nomen in alia editione sive Bononiensi, sive alterius cujuscumque loci, inscriptum, hactenus, quod sciam, inventum haud fuit, exceptis fortasse GUARINI Veronensis *Regulis cum glossis, super Carmina differentialia*, in quibus mentio habetur de quodam SCIPIONE (cujus agnomen reticetur), qui libro *Quotationes*, &c. addidisse dicitur, omisso loco & anno impressionis libri: quem Scipionem Mittarellius eumdem esse conjicit, ac Scipionem Malpiglium, qui anno 1472. opus Justi de Comitibus impressit; & Bononiae utrumque opus ab eodem facile excusum fuisse opinatur. Cum de anno, quo ejusmodi Regulae impressae fuerunt, nullo modo constet, posito quod Scipio, qui easdem impressit, fuerit Scipio Malpiglius, a vero non abhorret, typographum hunc duobus exiguae molis libris sub initium typographicae professionis impressis (si tamen duos impressit) vel fato concessisse, vel susceptam professionem abdicasse, aliique cuidam typographo (forsitan HUGONI RUGERIO & socio) omnem suum typographicum apparatum vendidisse.

Haec dico, quod diligenter collato *Pulchrae manus* charactere cum characteribus *Confessionalium* S. Antonini, & *Historiarum* Diodori Siculi mox referendarum, cum charactere minori, quo Azzoguidus usus est, ac denique cum charactere, quo Hugo Rugerius & socius anno 1474. M. Manilium, Val. Flaccum, H. Manfredi librum *de Homine* impressere, cum quibus omnibus (3) *Pul-*

(1) *Fu forse quello, che più d'appresso camminò dietro al Petrarca.* Vide Quadrium tom. 2. pag. 197.

(2) Auctore P. Paitono.

(3) Omnes hi characteres, ipsiusque *Pulchrae manus*, Romani sunt, elegantes & nitidi, ex eo genere, quod typographi *Silviettum* & *Lecturam* vocant. At differentiae, quae eos diligenter examinanti sese offerunt, & speciales quaedam notae, quae in unoquoque eorum occurrunt (excepto charactere *Pulchrae manus*, & operum Hugonis & socii), eosdem esse credere vetant.

BONONIAE. *Pulchrae manus* character cum ratione magnitudinis, tum ratione formae, seu conrae conferri recte potest, cum solo charactere Rugerii & Bertochi perfecte figuvenire deprehendi: cum contra ab aliis plus minusve vel magnitudine, vel figura differre semper invenerim. Et quod praesertim animadvertendum est, quemadmodum characteres Confessionalium S. Antonini, Diodori, & Azzoguidianus differunt a caractere *Pulchrae manus*, ita & hi tres quatuorve inter se collati eodem modo ab invicem plus aut minus differre deprehensi sunt; ita ut periculosum sit, Diodori *Historias*, e. c., Azzoguido adscribere, quod facit Orlandius.

## II.

IESUS MARIA Dominicus

ncomenza uno Confessionale uulgar del reueré dissimo padre beato frate ANTONINO arziuescovo de fiorenza de lordine di frati predicatori ītitulato Spe chio de conscientia: elquale e libro degno et utile a chi desidera de saluar lanima ¿

Le rubriche de la presente opera retrouarai in fine as signate ¿

BONONIAE IMPRESSVM
MCCCCLXXZ

( *in* 4°. )

Editio haec praecedente haud dubie nitidior, eadem etiam rarior censenda videtur: deest enim in omnibus cum generalibus, tum specialibus (1) catalogis, ejus cognoscendae causa a me evolutis; cum contra de illa plures Bibliographos verba fecisse invenerim, & ex ipsis quidam, uti Auctor Catalogi critici, de quo sub eadem dictum est, & Antonius Crevenna integros propemodum commentarios scripserint.

Quae ex eadem scrupulose exscripta huc afferuntur, occurrunt omnia primo folio verso; rectum vacat. Sequenti recto incipit opus ipsum in haec verba: *Omnis mortalium cura quam multiplicium &c. Dice Sancto Severino in el libro che fece de la philosofica consolatione*. Ad calcem adjecta sunt decem Decalogi praecepta Italicis rhythmis expressa, praemisso hoc disticho:

Chi uita eterna uole acquistare
Li dieci comandamenti de dio debe obseruare

Subjunctoque hoc altero:

Chi questa lege obseruera
Vita eterna acquistera

Verso folio habentur duae Latinae orationes: I. S. Thomae Aq., quam recitare solebat ante Missae celebrationem; altera brevior innominati auctoris, dicenda post Missam. Sequenti folio recto occurrit fidei symbolum Italico carmine redditum, subjuncto hoc Latino tetrasticho:

Ne-

(1) Deest etiam in locupletissimo Catalogo operum S. Antonini a cl. P. Ballerinio adornato. Retulit autem eam cl. Denis in suo Supplem. Maettariano pag. 699.

Ne te detineat ſaeui fera regia ditis . BONONIAE.
Haec lege: quae facili sunt modo ſcripta manu.
Monſtrantur ſancto quae ſint fugienda libello:
Hoc certum eſt ſacrae religionis opus;

Eodem verſo incipiunt Rubricae, quae & aliud integrum occupant folium. Nullae ſunt ſignaturae, numeri, aut cuſtodes proprie tales. Ex octo quinternionibus conſtat, quorum ordinem deſignant reclamantes quaedam appoſitae in fine ſex priorum (1), & in fine octavi, non quidem horizontaliter infra ultimam paginae lineam, ſed perpendiculariter ad ſiniſtrum ejuſdem latus, eo loci ubi pagina ipſa terminatur. Haec eadem narrat Auctor Catalogi critici de alio S. Antonini Confeſſionali mox referendo, niſi quod ejuſmodi perpendiculares reclamantes deeſſe notat, ubi prima verba ſequentis quinternionis majusculis literis impreſſa ſunt; quae exceptio in hoc locum non habet. Exſtat pulcherrimum ejus exemplum in Corſiniana, aliudque non inferioris notae in Caſanatenſi (2).

## III.

Iesus: Maria? dominicus

PROHEMIO

Ncomenza uno tractato uulgare o ſia confeſſionale compoſto per lo Reuerendiſſimo padre Beato frate Antonino de lordine de frati predicatori arziueſchovo de fiorenza. Elquale se intitula Medicina de la nima. Et e diuiso in cinque parte principale. Ne la prima parte de li dieci comandamenti. Ne la secunda de li septe peccati mortali. Ne la terza de li sacramenti de la chiesa. Ne la quarta se tracta de le uertu exornãte lanima. Ne la quinta ſono poſte le excomunication de la leze.

Queſto libro e neceſſario ala salute de ogniuno: Ma maxime ſo facto per quelli che hanno cura de anime: azioche cognoscano et ſapiano gouernarle et inſieme cum eſſe ſaluarse et nõ per ignorantia dãnarſe

*Ad calcem partis quartae:*

BONONIE IMPRESSVM ANNO. M. CCCC. LXXII.

( *in* 4°. )

Hoc alterum Confeſſionale (3) credi poſſet ex eadem Bononienſi officina prodiiſſe, ex qua prodiit praecedens, niſi alterius cum altero collatio, vel aliter ſen-

C tien-

(1) Quinterniones ſunt octo, & praeterea adeſt unus ternio; in fine autem ſeptimi quinternionis deeſt reclamans octavi.

(2) Inter editiones Bononienſes anni nota Diſcau, carentes alia adſeretur hujus Confeſſionalis editio, perperam a quibuſdam cum hac confuſa, & eadem procul dubio, ſicuti recentior, ita etiam accuratior.

(3) Incipit: *Quia tu ſcientiam repuliſti &c. Dice Dio per lo profeta ſuo.*

BONONIAE. tiendum, aut saltem, (quod tutius est) nihil statuendum esse suaderet. Hujus enim character, etsi figura & oculo (ut ajunt typographi) a praecedenti nihil differat, & aeque pulcher & nitidus sit; alium tamen ab eo esse demonstrant linearum intervalla, quae in hoc nonnihil minora sunt quam in illo; ita ut spatium, i. e. c., linearum 23. illius, in hoc congruat integro spatio linearum 24.

Typographicum deinde artificium aliud est in uno ac in altero. Paginarum forma in hoc longior est quam in illo, lineasque 34. continet, cum illius sint 32. tantum. Primum voluminis folium in hoc prorsus vacat; operisque inscriptio posita fuit in summa pagina prima secundi; in illo vero, primo folio verso (uti sub eodem dictum est) subjecta insuper nota loci & anni, quae in hoc fine causa ad calcem partis quartae rejecta fuit.

Foliorum fasciculi in praecedenti fere omnes sunt quinterni; in hoc vero, maxima pars, quaterni. Sunt hi numero 12., quorum 10., quaterni sunt; unus ternus & unus quinternus, ex quibus conflatur summa foliorum, sive chartarum 96. Et in hac editione appositae fuerunt reclamantes perpendiculares, de quibus dictum est sub praeced., non ubique tamen; nam in 4. fasciculo deest, uti & in sequenti (qui ternus est) fortasse, quia, uti observat Auctor Catalogi critici, plus una vice jam laudatus, initia quinti & sexti fasciculi sunt charactere majusculo; quae exceptio in superiori locum non habet, uti sub eodem diximus. Ultimum folium terni ante memorati, quo finitur secunda pars operis, anteriore facie septem tantum lineas continet; reliquum ejusdem, uti & tota secunda facies vacant. Ultimum pariter versum partis quartae, & pars quaedam ejusdem recti vacant. Volumen terminatur amplo indice rerum, de quibus in opere tractatur, praefixo hoc lemmate:

Tavola utile et breue a trouare qualũque cosa se determina in questa operetta.

Quae tabula occupat folia tria cum dimidio (1). Exemplum hujus perrarae edit. capitalibus deauratis vel pictis ornatum exstat in Bibliotheca privata SS.D.D.N. Pii Papae VI.

## IV.

„ La Somma di S. Antonino tradotta da incerto. Bologna 1472.
„ in 4°.

Ex Biblioth. Ital. Nic. Haymi edit. Mediol. anni 1773. tom. II. pag. 68. Hoc idem opus hoc ipso anno prodiit Romae sub titulo *de Institutione Simplicium Confessorum* Latine. Vide autem quae de hac versione, priusquam in lucem prodiret edit. Mediol. Biblioth. Haymi, scripsit cl. Mazzuchellius, vol. 1. par. 2. pag. 868.

## V.

DIODORI siculi historiarum priscarum a poggio in la
tinum traducti liber primus incipit, in quo hec con
tinentur totius operis prohemium?

*In fine:*

BONONIAE IMPRESSVM. MCCCC7Z
FINIS

(*in fol.*)

Prae-

(1) Ad uberiorem editionis notitiam, videnda sunt quae de ea scripserunt Petrus Ballerinius in indice operum S. Archiep. praefixo summae Theolog. edit. Veronen. 1740. col. 77. et Auctor Catalogi Critici, P. Paitonus, tom. XI. *delle Memorie per servire alla Storia letter. p.* 145.

Praecedit tabula capitulorum sex operis librorum, quae totum primum folium implet, & cui majusculis literis, praepositus est allatus titulus, *Diodori* &c. Sequenti recto habetur epistola Poggii ad Nicolaum V., quae & dimidium fere versum occupat. Ad calcem operis non aliud legitur, nisi adducta subscriptio, *Bononiae* &c.

Huic editioni adjectum fuisse Cornelii Taciti libellum *de situ, moribus & populis Germaniae*, testes sunt Deburius (1) uterque, ex quibus *le jeune* ejusmodi libellum sex foliolis separatis contineri scribit; nec in omnibus exemplis reperiri monet; quod verissimum est: deest enim in exemplo caeteroquin optimo pulcherrimoque Bibliothecae Angelicae, quod unum ad hanc diem vidi. Ejusmodi defectus observatur etiam in pulcherrima editione Veneta anni 1476. per Andream Jacobi Katharensem, quae Bononiensis repetitio esse videtur: ex duobus siquidem exemplis in Casanatensi exstantibus, alterum ejusmodi libello caret, ita ut non appareat, cujus loci & temporis sit editio: nam in hac Veneta subscriptio posita fuit ad calcem Taciti; in Bononiensi vero ad calcem Diodori, ultimo folio recto (2).

## VI.

„ ANDREAE BARBATIAE Iurisconsulti opera omnia per Balthazarem Azoguidum anno 1472. in fol.

Refert hanc editionem Deburius in sua Bibliographia instructiva, *Jurisprudence* pag. 106., cumque ea conjungit duas alias ejusdem generis, Baldi scilicet de Ubaldis opera juridica impressa Parmae 1473. per Stephanum Corallum; & P. de Ancarano Consilia, Romae per Adam Rot 1474. post quae haec notat: *Tous ces Jurisconsultes n' ont de recommandable que l' antiquité de leur édition, sans pouvoir néanmoins être regardés comme des livres rares, à moins que comme nous l' avons déja dit, il ne s' en trouve quelques exemplaires imprimés sur vélin*. Haec annotatio nihil certe Bibliographiae studiosum doctiorem efficit; nec minimum ipsi satisfacere posse videtur. Jucundius profecto ipsi fuisset intelligere (quoniam id ex antiquioribus Bibliographis, qui easdem editiones memorant, intelligi non potest) quot voluminibus unaquaeque ex tribus laudatis editionibus constet; quo charactere impressae sint; aliaque ejusmodi, quae Deburius ipse non raro notat de antiquioribus editionibus a se visis; quibusque de earum exsistentia, etiam nullo nominato speciali exemplo, legenti fit fides. Bibliographica deinde raritas editionum non ex curiosorum ingenio, aut ex pergamena, sed ex paucitate exemplarium, quae ad nos pervenere, aestimanda est: & sive opera poetica sint, sive legalia, dummodo cum eorum antiquitate typographici opificii praestantia ac magnificentia (quae raro desunt in vetustioribus librorum legalium editionibus) conjuncta sint, permagni faciendas esse arbitror.

## O

„ HIERONYMI DE MANFREDIS il Perchè de Medicina ad instar Aristotelis Problematum: Liber de Homine et Conservatione Sanitatis. *Ad calcem*: Bononiae impressum per me Ugonem Ru- „ ge-



(1) Ante Deburium, hoc idem annotavit Orlandius.

(2 Hanc editionem Orlandius adscribit Balth. de Azoguidis; nec dubito quin eodem numero habiturus fuisset & Confessionalia S. Antonini, si ea cognovisset. Sed quam infelix fuerit hic Auctor in assignandis libris nullius typographi nomine signatis, genuino eorum impressori, ex consequentibus constabit. Videat interim L. quae supra annotavimus sub *Pulchra Manu J. de Comitibus*, & quae sub anno 1474. annotamus sub *M. Manilio*.

BONON. „ gerium et Dominum ( *Doninum* ) Bertochum Rugiensem ( *Regien-*
„ *sem* ) Anno Domini. M. CCCC. LXXII. die prima Iulii. *f.*

Haec cl. Denisius pag. 16. *Suppl. Maettariani*, ex cl. Beyeri *Memoriis librorum rariorum*. Displicet autem vel prima vice, qua quidpiam ex ejus laboribus ante L. oculos sistere cogor, ab ipso me dissentire debere, & ejusmodi editionem libri de homine anni 1472. inter chimaericas amandare, nihilo plane me absterrente testimonio cl. Beyeri. Nam menda typographica, *Dominum* & *Rugiensem*, quae apud Beyerum in operis subscriptione occurrunt, quaeque Denisius ipse in suo opere emendat, lectorem, non ignarum editionis anni 1474. cum nota *Diei primae Julii*, per eosdem typographos factae, non obscure monent, suspicari ipsi licere, quod sicut typographus (1) operis Beyerani in efformandis duobus vocabulis, quae nihil difficultatis continent, erravit; ita, & quidem multo facilius, in colligendis notis, quibus annus 1474. designatus fuisset, ob nimiam festinationem erraverit, postremis duabus omissis: quomodo multifarie erravit typographus Bononiensis ( ut in proposito maneamus ) operis *de Scriptoribus Bononiensibus* cl. Fantutii: in cujus tomo V. pag. 197., ubi de hoc ipso opere de Homine agitur, tres ejusdem referuntur editiones: prima anni MCCCC. LXXIII. per Ugonem Rugerium, & Doninum Bertochum *Die prima Julii*; altera per eosdem anni 1467. (2); & tertia Veneta per Simonem de *Lettere* ( Luere ) anni 1614., omissa prorsus edit. anni 1474. Et vero si primam ex duabus hisce editionibus Bononiensibus, quas exhibet opus Fantutii ( vel potius indiligentia typographi ) probare libuerit ( quidni ea probabitur, semel probata editione Beyerana anni 1472. per eosdem typographos, cum utriusque eadem omnino sit ratio? ); tunc famosi hujus operis *del Perchè* tres agnoscendae erunt editiones, tribus proxime sibi succedentibus annis ab iisdem typographis factae; & quod fidem omnem superat, singulae eadem mensis ejusdem die, *Prima* scilicet *Julii*, absolutae. Non vereatur autem Denisius ne editio anni 1474 in *Memoriis Beyeranis* aliquem ex nobilioribus locis occupare non possit; plurium enim insignium bibliothecarum catalogi inter rariores habendam esse satis aperte demonstrant. Quae autem in titulo a Denisio allato praecedunt verba, *Liber de Homine*, aut ex Annalibus typograph. exscripta sunt, aut procul dubio commentum sunt Beyeri.

## MCCCCLXXIII.

### I.

„ NICOLAI ORBELLI Andegavensis Ord. Min. de scientia Ma-
„ thematica (3) liber unus. fol. per Baldaserem de Azoguidis. Bono-
„ niae 1473.

Laudat hanc editionem Caillius pag. 29., & ex eo Maettarius tom. 1. pag. 324., cumque ipsis concordat Orlandius pag. 110. & 347. Waddingus memorat editionem Bononiensem anni 1483. nullo nominato typographo.

II.

(1) Menda numerorum, quae in libris impressis frequenter occurrunt, etsi ut plurimum a typographorum indiligentia proficiscantur; interdum tamen amanuensium, quin & ipsorum auctorum, errata esse experientia compertum est.

(2) Persuasum habeo, Fantutium scripsisse 1497., sicuti legitur apud Orlandium; sed typographum, inversa nota 9, convertisse 1497. in 1467.

(3) Diminutus valde videtur esse hic titulus. Vid. sub anno 1485.

## II.

Religiosissimi uiri fr̃is PETRI de BERGOMO õdinis p̃dicatoꝶ sacre theologie p̃fesso ris eximii sup̃ omĩa op̃a diuini doctoris Thome aquinatis tabula felicit̃ ĩcipit.

*In calce:*

Anno dñi. Mccccclxxiii. die ũdecimo martii ex officina Baldaseris azoguidi Ciuis bononiensis. Bononie.

(*In fol. par.*)

Allato titulo immediate subjicitur Auctoris commentatio, in qua rationem constructionis tabulae, quidque ad propositam materiam inveniendam, observandum sit, declarat. Huic subjungitur Catalogus operum S. Doctoris, ac doctrinae ejus approbatio per Urbanum PP. V., Universitatem Parisiensem, & Innocentium PP. VI., quorum diplomata afferuntur. Incipit deinde opus ipsum, quod desinit folio verso, ubi occurrit adducta subscriptio. Sequenti, eoque ultimo folio recto, habetur registrum foliorum omnium, quae praecedunt, quod in aliquibus exemplis desiderari adverti: hoc enim folium, sive plagula adjectitia est; ac in registro, quod exhibet, minime comprehenditur. Editio est sine signaturis, numeris, & custodibus; charactere consueto Balthasaris excusa; nimiis tamen abbreviaturis deformata. Exstat in Casanatensi, in Angelica, & apud Canon. Devoti.

## III.

ALEXANDRI Imolensis *cognomento* TARTAGNI Comment. in secundam Digesti veteris partem, *curante* Achille Tuvato *& cum* Epistola Francisci Puteolani *ad eundem. In fol. mag.* Bononiae typis Andr. Portiliae 1473.

APOSTILLE seu additĩones secũde partis. ff. ueteris ad Bar. excellẽtissimi utriusq; iuris doctoris domini Alexãdri de imola . . . . .

*Ad calcem ultimae columnae.*

Excellentissimi iuris põtificii Ce sareiq; monarce. D. Alexandri de Imola: additiones ad Barto. aenis (*sic*) formis: per Andream Portiliam Bononie diligentissime posite sũt xii. Calẽdas Ianuarias. M. CCCC. LXXIII.

FINIS.

(*in fol magno.*)

Volumen hic sese offert, praecipuis, ne dicam omnibus, Bibliographiae scriptoribus ignotum; quodque ad typographiae Bononiensis historiam amplificandam perficiendamque nonnihil conferre posse videtur. Duas complectitur partes, quarum prior, altera longe major, in calce exhibet Epistolam Francisci Puteolani (ejusdem

BONON. dem nempe viri docti, qui opera omnia Ovidii Bononiensibus typis anno 1471. vulganda curavit, uti sub eodem anno visum est) ad Achillem Tuvatum, quae nisi aliquanto prolixior foret, ob res non parvi momenti, quas continet, tota hic ante lectoris oculos sistenda foret. Brevitati autem consulentes, contenti erimus postrema ejus verba, quae propius historiam typographiae attingunt, recitare. *Praeclare igitur* (inquit Puteolanus) *factum est ab* Andrea Portilia *dedalico impressore, quod hujus* (Tartagni) *commentaria excuderit. Neque enim dubito futurum ut non damnent qui semel operis utilitatem perspexerint. Tu autem, mi Achille, cum sacris legibus vigilanter insistas, perge; & quemadmodum hujus impressionis auctor extitisti; ita ut additiones ad Bar. & reliqua Alexandri conjectanea imprimantur effice: nam spondeo iis, qui leges caesareas pontificiaque jura tecum venerantur, te magnum operae pretium facturum. Vale.*

Andreas itaque Portilia, qui hactenus inter solos Parmenses typographos numeratus est, & inter primos Bononiae civitatis impressores posthac haberi poterit. Hoc autem eodem anno 1473. invenitur impressisse Parmae Triumphos Francisci Petrarchae cum comment. Francisci Philelphi, & nota diei, *Pridie Nonas Martii*; quae editio exstabat olim in Bibliotheca Ducis de la Valliere, & accurate describitur in Catalogo ejusdem Bibliothecae, tom. 2. pag. 501.; ita ut de ejusdem veritate nullo modo dubitandum sit. Nil autem prohibet, Portiliam usque ad id tempus Parmae versatum fuisse, & post absolutam Petrarchae impressionem, Bononiam, urbem non longe dissitam, se contulisse, ibique ante ejusdem anni finem Tartagni volumen suis typis excudisse. De editione Petrarchae suo loco recurret sermo. Hic tantum annotabimus in ipsa, sicuti & in praesenti editione Portiliam, *Daedalicum* impressorem vocari.

Infra laudatam Puteolani Epistolam sequens legitur epigramma:

Sacrar͡ ītpr͡s cedas iā Bartole legū
Et tu cū Baldo: Cinna diserte tuo
Iuris Alexāder doctor legūq͡ pitus
Cornelii decorat q͡ ꝓbitate for͡
Scripsit facūdis hec cōmtaria ur͡bis
Maximus īgenio candidus eloq͡o.

Editio est sine signaturis, numeris, custodibus ac registro. Character Romanus est, *Silvio* aliquanto major; sed in quo ruditas quaedam & non modica inaequalitas apparent; ut *Daedalici* agnomen Portiliae immerito tributum fuisse videri possit. Paginae bipartitae sunt, lineae 55., margines ampli, charta nonnihil fusca, sed optima.

Altera pars, quae additiones ad Bartholum continet, quod pertinet ad typographicum artificium, nihil a praecedenti differt. Volumen exstat in Casanatensi.

## IV.

„ LVD. BOLOGNINI Repetitio Rubricae ff. de rebus creditis &c.
„ Bononiae per Ugonem Rugerium 1473.

*Eruitur* (inquit Denisius pag. 23.) *hoc ex edit. Veneta 1475., quam vide infra.* Recte sane. Rarissimam autem esse ejusmodi Bononiensem editionem, & longe rariorem Veneta anni 1475., ex qua *eruitur*, necesse est. Hujus enim exemplum possidet Dresdensis Bibliotheca; illius vero hactenus ignoratur Bibliotheca, in

in qua fortasse exstat, si tamen exstat. Cll. porro scriptores Mazzuchellius & Fantutius, non aliam hujus operis antiquiorem editionem agnovere, quam quae habetur in Auctoris *Interpretationibus ad omnes fere leges*, Bononiae impressis anno 1495., quas vide suo loco. BONON.

V.

„ L' Epistole, Vangelj et Lezioni di tutto l'anno. In Bologna 1473.

Ita Orlandius, *Origini* &c. pag. 328., & ex ipso Paitonus, *Bibliot. degli Autori Antichi Greci e Latini volgarizzati*, tom. V. pag. 147. Deest autem apud cl. Longium, *Biblioth. Sacr.* edit. Parisiensis 1723., cujus me maxime movet authoritas.

MCCCCLXXIV.

I.

LIBER . PANDECTARVM . MEDICINAE . OMNIA . MEDICINE . SIMPLICIA . CONTINENS QVEM . EX . OMNIBVS . ANTIQVORVM . LIBRIS . AGGREGAVIT . EXIMIVS . ARTIVM . ET . MEDICINAE . DOCTOR . MATTHEVS . SILVATICVS . AD . SERENISSIMVM . SICILIE REGEM . ROBERTVM .

(*In calce.*)

Opus pandectarum medicine emēdatū per eximium artiū & medicine doctorē dominū & magistrū Matheum (*sic*) moretū brixianū Bononie in medicina & astronomia legētē Et impressum p magistrū Johannem Vurster de Kampidona

ANNO . DOMINI : M : CCCC : LXXIIII

(*Ingens vol. in fol. magno*)

Praecedit Matth. Moreti Epistola nuncupatoria ad Franciscum de Gonzaga, Cardinalem Mantuanum, ac Bononiae Legatum, quam hisce verbis claudit: *nec quisquam mihi hoc munere dignior videbatur, quam tu, qui huic florentissimo Gymnasio praesis, ac philosophos praesidio tuo foveas. Felix itaque sit reverendissima D. tua, cui me humillime commendo*: quae quidem verba perspicue ostendunt, Moretum versatum fuisse Bononiae, cum ejusmodi epistolam scribebat. In subscriptione autem conjungitur emendatio voluminis cum ejusdem impressione: *Emendatum per Matthaeum Moretum Bononiae in Medicina &c. legentem, & impres-*

BONON. *pressum per Mag. Jo. Wurster de Campidona*. Quae loquendi ratio (praesertim si prae oculis habeantur quae Moretus dicit in sua epistola) legenti non obscure indicant, quod sicuti opus Bononiae emendatum fuit, ita & ibidem fuisse impressum.

Fatetur cl. Saxius, qui modis omnibus praeclaram hanc editionem urbi patriae vindicare studuit, cum primum eam evolveret Mediolani in Biblioth. S. Victoris, ancipitem se haesisse, num forte Wurster antequam Mediolanum migraret, Bononiae typorum suorum primordia collocasset; & ad dubitationem sibi subortam dispellendam ad duo confugit: quorum alterum est levissima ratiuncula ab ipso adducta initio suae orationis, quae probe expensa contrarium potius evincit; alterum est falsa (plus quam dubia certe) hypothesis, uno Orlandii testimonio nixa, nimirum ingens hoc volumen Bononiae impressum fuisse a Balthassare de Azoguidis anno 1474; & ex commentitia ejusmodi editione ortum habuisse Mediolanensem ejusdem anni. Sed ipsum loquentem audire praestat: *Quocirca congrue ad historiae fidem conciliari res potest, si dicamus, anno 1474. primo editas fuisse Neapoli hasce Pandectas die prima Aprilis* (quod certo certius est)..... *postmodum libri summe proficui novitate invitatum Moretum, manum eidem apposuisse, ac curasse, ut Bononiae emendatior prodiret; ac denique fama optimi exemplaris Mediolanum delata, arreptam cito citius* (notet Lector hoc CITO CITIUS) *fuisse a Johanne Wurster occasionem praeli sui condecorandi, tertiamque elaboratam editionem simili prorsus methodo, ac fideli verborum omnium codicis Bononiensis impressione, qui mos eo tempore typographis familiaris fuit, easdem omnino nuncupatorias Epistolas, Elogia..... recudentibus. Neque longe a vero aberrare me existimaverim si conjectando hoc quoque subjungam, videlicet ad evulgandum in hac urbe praeclarum Matthaei Silvatici laborem, nobili quodam aemulationis stimulo incitatos fuisse Mediolanenses, ut civem hunc suum* (1)..... *adeo de re medica benemeritum, patriae veluti redonarent, aegre ferentes gloriam, quam hic promeritus fuerat, alieno tantum in solo eidem deferri*. Ex hac Saxii oratione clare patet, patriae amorem etiam literatos homines nonnunquam extra se agere, tantamque mentis oculis caliginem affundere, ut ne evidentissima quidem videant. Si Mediolanenses cives, hujus operis impressione, civem suum patriae redonandum curarunt, *aegre ferentes gloriam quam promeritus erat, alieno tantum in solo eidem deferri*, Neapoli scilicet & Bononiae, cur ad exemplum duarum harum urbium, in tertia celebrati operis editione, in eorum urbe, ipsis urgentibus facta, post verbum *impressum*, addendum non curarunt, *Mediolani*, quo lectoribus exploratum fieret, reipsa apud ipsos eam prodiisse? Fatetur ipse Saxius ex Epistola dedicatoria Moreti, quae in principio legitur, colligi, editionem potius prodiisse Bononiae, quam alibi: quod idem dicere etiam potuisset de subscriptione, uti antea observatum est. Quare igitur & typographus, & ipsi Mediolani cives dubietatem de medio tollendam non curarunt, quod unius verbi *Mediolani* additione facere proclive erat?

Non ita imprudentes fuere duarum subsequentium hujusmet operis editionum (quas ad manus habui) artifices, Hermanus scil. Lichtenstein, & Johannes Coloniensis cum socio, qui cum suis editionibus eandem epistolam Moreti ad Card. Gonzagam praeposuissent, eademque subscriptionis formula, quam adhibuit Wurster, usque ad verbum, *impressum*, usi fuissent, ne quis crederet errones typographos eos fuisse, & editiones alibi quam in urbibus, in quibus praela sua fixerant, prodiisse, post verbum, *impressum*, ea addidere, quae ad erroris occasionem tollendam ne-

(1) Aeque ac Homeri, incerta videtur patria Silvatici.

necessaria erant, *Vicentiae* nimirum in prima, & *Venetiis* in altera: solus Wurster Lectori divinandum reliquit, suam editionem Mediolani prodiisse. BONON.

Sed missis, quae cl. Scriptor conjectando tantum commentus est; veniamus ad ea, quae uti certa Lectori proponit, qualis est chronologia trium editionum operis Silvatici, eodem anno 1474. factarum. Epocha editionis Neapolit., dies scilicet prima Aprilis anni 1474., certissima est: caetera ad arbitrium conficta, & veritati aperte contraria. Et primo, unde intellexit Saxius, Moretum *novitate libri summe proficui* (editionis nimirum Pandectarum Neapolitanae) *invitatum, manum eidem apposuisse, & curasse ut emendatior Bononiae prodiret?* Moretus, quo tempore editionem suam vulgavit Bononiae, verisimiliter nihil adhuc intellexerat de editione Neapolitana: ejus certe in sua praefatione ad Card. Gonzagam omnino non meminit; contra ea dicit, quae ipsum mss. codicibus tantummodo usum fuisse demonstrant. *Quocirca* (inquit)..... *non dubitavi.... tuae reverendissimae D. gratum fore, si medicinae Pandectas, quas ob transcriptorum imperitiam jam fere periisse animadvertissem, summo studio atque diligentia emendarem, & ab integro illas in lucem reducerem.* Ubi, quaeso, hic est editio Neapolitana, in cujus subscriptione Angelus Cato Supinas *magna cum diligentia & emendate imprimendas* se curasse ait, sicut ait Moretus in laud. praefat.: qui si prae oculis habuisset editionem Neapolit., non omisisset Catonem falsitatis arguere, & cum imperitia transcriptorum conjunxisset & ejusdem indiligentiam. Praeterea quis non miretur angelicum & pene divinum Moreti ingenium, incredibilem ejusdem in legendis libris, eorumque erratis notandis tollendisque celeritatem, nec minorem in iis emendate imprimendis in Balthasare promptitudinem, quorum utrumque supponere necesse est, admissa absurda Saxii hypothesi, qui Moretum post acceptam editionem Neapolit. novae editioni manum admovisse comminiscitur, atque errata, quae in illam irrepserant, ab hac sua (bona saltem ex parte) sustulisse pronunciat: *postmodum libri summe proficui novitate invitatum Moretum manum eidem apposuisse, & curasse ut Bononiae emendatior prodiret.* Editio Neapolitana ante 1. Aprilis lucem certe non vidit: supponatur eodem mense ad manum Moreti pervenisse, qui, Saxio nos docente, nullam antea ejusdem notitiam habebat: *libri enim summe proficui novitate invitatus Moretus* novae ejusdem editioni *emendatiori* adornandae *manum admovit.* Spatio itaque paucorum mensium, quinque puta, vel sex, Moretus opus Pandectarum evolvit, menda, quae in editionem Neapolitanam irrepserant, sustulit, sicque emendatum Balthasari imprimendum tradidit, & absoluta hac nova editione, adhuc ex IX. mensibus anni 1474., qui reliqui erant post absolutam editionem Neapolit. tantum temporis supererat, ut nova editio magni voluminis ante anni exitum, Mediolani adornari posset. Credet haec fortasse qui librum nunquam vidit; at certe non credet qui ipsum evolverit, & ad peregrinas voces, quibus refertus est, animadverterit. Sed quid opus est argumentatione ad refutandam hypothesim Saxii de editione Neapolitana, a Moreto visa, antequam suam adornaret, & de hac intra paucorum mensium spatium absoluta? Audiatur ipse Moretus, cujus praefationem vel non legisse vel non satis attendisse ad ea, quae Moretus de suo labore narrat, videtur Saxius. Post verba, quae ex eodem supra retulimus, subdit Moretus: *Et ego libentius hoc onus* (librum emendandi) *suscepi, ut caeteris quoque prodesse possem, qui hujus scientiae amatores existunt. In qua quidem re intelligas me eumdem fere assumpsisse laborem, quem is, qui opus istud edidit,* &c. Quae quidem verba aut putidam Moreti jactantiam continent, aut certe demonstrant, eundem per notabile temporis spatium, duos puta, aut tres annos novae huic editioni adornandae adla-

BONON. boraſſe: quod quidem etiam multo manifeſtius fit, ſi ad caetera, quae deinde addit, (quae brevitatis cauſa praetermittimus) attendatur.

Quis praeterea non miretur Saxii noſtri liberiorem ſtilum in iis verbis: *ſimili prorſus methodo, ac fideli verborum omnium codicis Bononienſis* (per Baltahaſ. Azoguidi excuſi) *impreſſione*? Vidit ergo Saxius hunc Bononienſem codicem, eumque cum Wurſterano contulit; cum tamen antea non modo eum ſe vidiſſe non dixerit, ſed ejus exſiſtentiae non alium teſtem laudarit, quam unum Orlandium, non ſecus ac caeteri Bibliographi, qui commentitiae hujus Azoguidianae editionis meminerunt.

Scire deinde velim, quo ex fonte didicerit Saxius, editionem Azoguidianam (ſi tamen ea unquam extitit) & Wurſteranam poſteriores eſſe Neapolitana. Conſtat certe Wurſteranam & Neapolitanam (de Azoguidiana nihil attinet loqui) eodem anno 1474. prodiiſſe. Sed propter defectum diei in Wurſterana, nonniſi divinando affirmari poteſt, eam poſteriorem eſſe Neapolitana. Et qui primatum Neapolitanae tribuerunt (uti Deburius uterque) nulla certa ratione ducti ita ſenſiſſe videntur; & vix dubito, quin cautiores futuri fuiſſent, ſi de praeſenti, quam penitus ignorarunt, quaeque Neapolitana rarior eſt, quidpiam ſubodorati fuiſſent (1).

Diſputationem longiorem de hac editione contra Saxium inſtitutam concludam, ingenue profitendo, me paratum eſſe eam alteri cuipiam loco tribuere, Mantuae puta, uti placet Leop. Camillo Voltae, qui & ipſe, non ſecus ac Saxius, nititur unius Orlandii teſtimonio circa Editionem Azoguidianam anni 1474., aut etiam ipſi Mediolano, ſi neceſſe foret, ſi futuris temporibus accidet, ut ejuſmodi editio e tenebris aliquando in lucem efferatur (2).

Obſervet interim B. Lector, me in ſuperioribus inter typographos *errones* tacite annumeraſſe Wurſterum noſtrum; etſi cum ea ſciberem, non alterius loci, in quo praela ſua tractaſſet, certam notitiam haberem, quam Mantuae. Ex opuſculo autem cl. Voltae (nuperrime mihi commodato ab Ill. Comite Aſtorrio) pag. 24. & 25. apparet, eum annis 1475. & 1476. Mutinae, urbe non plus quam 20. millibus paſſuum Bononia diſſita, impreſſiſſe: quo fortaſſe migravit poſt abſolutam Bononiae editionem Pandectarum, vel ſua ſponte, vel ab aliquo ejus urbis literato viro acceſſitus.

Quod ait laud. Bibliographus de chartae qualitate, quae ut ipſe ait, *dalla marca, e dalla teſſitura rilevaſi eſſer della fabbrica di Mantova*, nil omnino probat: infiniti enim ſunt libri in diverſis locis impreſſi, in quibus eadem charta adhibita fuit, uti ante nos varii ſcriptores jamdudum obſervarunt. Praeter has Pandectas mihi ad manus ſunt Ariſtotelis Problemata ex verſione Theod. Gazae, Mantuae a Wurſtero una cum Jo. Baumeiſtero ſine anno impreſſa, alio tamen charactere, qui proxime accedit ad characteres, quibus Bononiae anno 1472. impreſſa fuerunt Confeſſionalia S. Antonini. Inſigne tamen chartae horum problematum, ipſaque charta longe alia ſunt ac ea, quae in Pandectis obſervantur.

Epiſtola nuncupatoria Moreti occupat duas priores columnas voluminis, & undecim lineas tertiae: poſt quas, relicto congruo intervallo, incipit operis tabula, praefixo charactere majuſculo, hoc titulo: *Tabula Capitulorum quae in Pandectis continentur, per ordinem Alphabeti*; quae tabula implet fere columnas 14. ſive 7. paginas. Interjecto deinde folio albo, incipit opus ipſum praefixo allato titulo. Editio magnifica eſt, optimo charact. Rom., optima charta, amplis margini-

(1) Ob diem 1. Aprilis (quae longe diſtat ab anni fine adſcriptam edit. Neapolit., detur hanc praeceſſiſſe Wurſteranam, quid inde?

(2) Bononiae & alibi fruſtra quaeſita fuit haec editio.

nibus, sine signaturis, numeris, ac custodibus, sed cum registro (1) foliorum in fine, sive ultimo folio recto (2). BONON.

## II.

GVILIELMI DVRANTIS Speculum Juris cum additionibus, *partes quatuor, voll. III. in fol.*

*Ad calcem primae:*

„ Finitur prima pars speculi Guilermi durãti: cum additionib9
„ Iohañis Andree suo loco ubiq; positis: & Baldi. bonoñ impssa
„ per egregium uiꝝ Balthasaré de azoguidis ciuem bonon. Anno
„ dñi. M. ccccLxxIIII. die quinta Ianuarii.

*Ad calcem secundae:*

„ Explicit sđa ps speculi Guiller. durãti cũ additionib9 Ioãnis
„ andree suo loco positis nec nõ cũ additõib9 Baldi. Impssuꝫ Bononie
„ ĩ officĩa Baldassãis azoguidi ciuis Bonoĩe. Anno dñi M. CCCCLXX
„ IIII. die. xxI. Maii.

*Ad calcem tertiae:*

„ Finitur tertia pars speculi Guillielmi durãti cum additionib9
„ Iohannis Andree ubiq; positis Bononie impressa per egregium
„ ciuem Bononiensem Balthasareꝫ de Azzoguidis, *sine anni nota.*

*Ad calcem quartae:*

„ Explicit *&c.* Impressum Bononię in officina Baldasaris azoguidi
„ ciuis bononiensis. Anno dñi M. CCCCLXXIIII. die. XXI. Maii.

Allatae subscriptiones singularum partium rarissimae hujus editionis, diligenter exscriptae fuere ex optimo exemplo, quod possidet insignis Bibliotheca PP. Olivetanorum S. Michaëlis in Busco prope Bononiam. Et cum vererer, ne forte amanuensis in secunda, aut quarta, quae, quod spectat ad temporis notam, eaedem omnino sunt, minus accuratus fuisset, aliud earundem exemplum, scrupulosius etiam, quam primum, ex ipso originali descriptum, transmitti ad me curavi, quod usque ad minimos apices cum priori consentire inventum est: ita ut de earum accuratione dubitari nullo modo possit.

Non est autem ita insolens, ut in diversis ejusdem operis partibus, etsi diverso tempore impressis, eadem temporis nota legatur; uti non unius, vel nostra aetate vulgati operis, exemplo constat, cujus diversis partibus vel auctoris sive curatoris voluntate, aut typographi incuria, eadem temporis nota apposita fuit, etsi alio atque alio tempore excusis.

Bononiensis hujus operis typographus, vel potius opera, Latinae linguae verisimiliter ignarus, vel ipse sua sponte, vel magistri sui jussu, volens quartae ejusdem parti subscriptionem adjicere, sicuti adjecerat praecedentibus, satis esse credidit, si eadem verba, quae ad calcem secundae legebat, in hac repeteret: quod manifestum fit cuicunque alteram cum altera conferenti: non enim tantum

 men-

(1) In hoc registro omissus fuit unus quinternio.

(2) Brevis haec descriptio respicit exemplum Ill. C. Astorrii, quod ejusdem comitate per plures menses apud nos mansit. Alia longe prolixior, quae ad singula voluminis folia extenditur, eodem Comite procurante, ex exemplo Bibliothecae S. Eremi Camaldulensium in Etruria, transmissa ad nos fuit; quam in summa cum hac nostra convenire observavimus.

BONON. mensis & dies mensis in utraque iidem sunt, sed & verba ipsa & eorum collocatio; ut liquido pateat alteram ex altera descriptam esse. Quamvis non improbabile sit, technam aliquam librariam hic fortasse delitescere.

Quodlibet ex tribus operis voluminibus, cum indicibus capitulorum partis, vel partium, quas continet, tum registro foliorum per verba initialia, instructum est. De signaturis, numeris, & custodibus nil mihi specialiter significatum fuit.

Post verba, *Die V. Januarii*, quibus terminatur subscriptio primi voluminis, in editionis descriptione Bononia transmissa, haec leguntur: „ In aliis vero fo„ liis eidem volumini adjectis ( quae non esse videntur impressionis ejusdem) „ incipiunt: *Singularia dicta etiam notabilia collecta et notata in hoc brevi compendio* „ *per illustrem doctorem Dñum Matthaeum Mattesilanum Bononiensem*: In calce ve„ ro: *Expliciunt notabilia illustris Doctor. Matthaei Mattesilani Bononiensis exem*„ *plata in proprio exẽplari supradicti. d. Mathaei. Deo. Gratias. Amen.* quae non erant omittenda.

Hujusmet exempli S. Michaëlis in Busco meminit cl. Sartius in Historia Gymnasii Bononiensis par. 1, pag. 397. ubi & aliud in publicam ejusdem urbis Bibliothecam illatum fuisse se audivisse subdit.

## III.

„ Vita del nostro Signor miser Yesu christo & della sua gloriosa
„ Madre Vergine Madonna sancta Maria. (Post præfationem legitur
„ Epigramma 20. versuum). Stampata in Bologna in casa di Bal-
„ dissera de li Arciguidi (*sic*) adi dieci di decembre M. CCCC.LXXIIII.
„ in folio.

Exscripta haec sunt ex cl. Mittarellii Append. ad Codd. mss. Biblioth. S. Michaëlis Venetiarum prope Murianum, pag. 478. Editio refertur ab Orlandio & Maettario.

## IV.

MARCI MANLII POETAE CLARISSIMI AS
TRONOMICON AD CAESAREM AVGVST
VM LIBER PRIMVS. §. *&* *sequentes* IV.
ARATHVS GERMANICI AD AVGVSTVM
*Ad hujus calcem:*

?FINIS?

BONONIAE IMPRESSVM PER ME VGONEM
RVGERIVM ET DONINVM BERTOCHVM
ANNO DOMINI. M. CCCCLXXIIII. DIE VIGESI
MA MARTII ¿ LAVS DEO AMEN ¿¿.

(*in fol.*)

In fronte primae paginae legitur allatus titulus, *Marci*, &c. majusculis literis excusus. Poëma desinit folio verso: post quod sequuntur alia duo folia, in quorum primo habentur *quaedam* de ipso Manilio, ejusque opere, auctoris innominati,

cum

cum indice capitum librorum ejusdem. In secundo recto, index figurarum ponendarum sub quovis capitulo Phaenomenorum Arati, qui sic incipit: *In fine hujus primi capit. ponitur iuppiter super aquila*: pro quibus figuris ponendis sub quovis capitulo reipsa congruum spatium vacuum relictum est. Hac tamen figurae in exemplis a me visis, qualia sunt, pulcherrimum Biblioth. privatae SS. D. N. Pii PP. VI., aliudque Biblioth. Angelicae, & tertium apud Can. Devoti, omnino desunt: & vereor ne ullum exstet exemplum, in quo eas spectare liceat. Haec Phaenomena, in hac editione, in triginta sex capitula distributa sunt, & ad eorum calcem subjunctum fuit Germanici (1) Prognosticon, quod incipit: *Aetherenm venit taurus sub imbribus atrum*, & desinit: *Haec eadem tibi signa dabunt non irrita pisces*; sub quo legitur allata subscriptio. Phaenomena Arati cum adjuncto Germanici Prognostico, 14. plagulis continentur. Editio, signaturis, numeris, custodibus, ac literis initialibus librorum & capitulorum caret.

BONON.

De hac editione omnino videnda sunt, quae scribit Maettarius, tom. I. Annalium pag. 336. edit II., & quae annotavimus nos ipsi in Catal. Rom. Edit. Saec. XV., ubi inter alia ostendimus, nullos cujusquam interpretis, nedum Laur. Bonincontrii, commentarios ipsi adjectos esse (2).

## V.

C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGO
NAVTICON LIBER PRIMVS INCIPIT FELI
CITER.
*In calce*:
BONONIAE IMPRESSVM PER ME VGONEM
RVGERIVM. ET DONINVM BERTOCHVM
REGIENSES ANNO DOMINI. M. CCCC. LXX
IIII. DIE. SEPTIMA: MADII; LAVS. DEO:
: ; AMEN; :
(*in fol.*)

Quinque ad hanc diem hujus editionis exempla in manus nostras incidere: primum in Biblioth. privata SS. D. N. Pii PP. VI., duo (3) in Casanatensi, qua-

(1) Sub nomine Germanici excusum est in edit. Londinensi Poëtarum Latinorum edit. 1713. pag. 1566.

(2) Orlandius in suo opere pag. 110, ubi recenset Bononienses editiones, quae ex officina Azoguidiana prodierunt, sub anno 1474. cum Speculo Judiciali Guillelmi Durantis, Matthaei Silvatici Pandectis &c., conjungit & M. Manilii Astronomicon, quam Azoguidianam hujus poëmatis editionem repetit & in altera sui operis parte *studiosiu: elaborata*. Sub sequentibus autem typographis Hugone Rugerio et Donino Bertocho omittit praesentem editionem, quae certe ex eorum praelis prodiit, eaque eos fraudat & in altera sui operis parte. Si tam Azoguidianae quam Rugerianae &c. editionis quodammodo meminisset, credi posset, Manilii Astronomicon ab utrisque eodem anno 1474. excusum fuisse. Sed omissio editionis, in qua Rugerii & Bertochi nomina capitalibus literis impressa leguntur, ab omnibus accuratis bibliographis, qui Manilium anno 1474. Bononiae excusum fuisse noverunt, laudata, & recensio editionis, quae in nullo alio catalogo, praeter quam in suo opere legitur, me plane convincit, ipsum nonnisi unam Bononiensem editionem Manilii anni 1474 agnovisse; quam subinde vel memoria, vel inaccurato quodam commentario, vel falsa relatione deceptus, typographo, ad quem non pertinebat, adscripsit. Hoc autem exemplo docemur consimile erratum forsitan ab ipso admissum fuisse circa Silvatici Pandectas.

(3) Alterum ex ipsis, notis Mss. editioni ipsi coaevis instructum est.

BONON. quartum in Angelica, quintum apud Canon. Devoti. Nulla cujusquam editoris epistola, aut monitum in ipsa occurrit; nec foliis signaturae, aut numeri vel reclamantes appositae fuere: registro praeterea & indice caret. Editio magnifica est, amplissimo margine, eodem charactere rotundo ac praecedens, paginarum lineae 35.

## VI.

HIERONYMI de MANFREDIS liber de Homine et conseruatione sanitatis ad Iohanem Bentiuolum.

*In calce*:

BONONIAE IMPRESSVM PER ME VGONEM RVGERIVM. ET DONINVM BERTOCHVM REGIENSES ANNO DOMINI. M. CCCC. LXXIIII. DIE PRIMA IVLII.

(*in fol.*)

Liber hic vulgo appellatur *il Libro del Perchè*; quia singula ejus capitula ab eo vocabulo incipiunt. Italica lingua exaratus est, licet ejus inscriptio ac subscriptio, ipsaque Epistola ad Johannem Bentivolum Latina sint. Epistola occurrit primo folio verso; & sequenti recto incipit Index quaesitorum, qui undecim implet folia, seu exactius paginas XXI. Editio est eodem charactere ac praecedentes duae, quibus tamen pulchritudine cedit. Signaturis, numeris, reclamantibus, ac registro caret: paginarum lineae XL. Exstat in Casanatensi, in collect. Abb. Nic. de Rossi, apud Can. Devoti, &c.

## VII.

„ ANTONII de BVTRIO Repet. Capit. *Vestra* &c. per Ugonem
„ Rugerium, 1474. *in fol.*

Ex Catal. Bibl. Pinellianae, tom. I. p. 183. & tom. V. p. 219.

## VIII.

„ PETRI de ANCARANO Repet. Cap. *Postulasti* de Foro com-
„ petenti. Bononiæ per Ugonem de Rugeriis 1474. *in fol.*

Ex eod. Catal. iisd. locis.

## IX.

„ *Ejusd.* P. de Ancarano Repet. Cap. *Canonum Statuta* de Consti-
„ tutionibus. Bononiæ per Ugonem de Rugeriis 1474. *in fol.*

Tom. I. ejusd. Cat. hac edit. signatur an. 1475. (errore forsitan typogr.), tom. autem V. refertur sub anno 1474.

## X.

„ ANDREAE BARBATIAE Siculi Repetitio solemnis de fide in-
„ strumentorum. *Ad calcem*: Bononiae est impressa Cal. Februarii.
„ M. CCCC. LXXIV. *in fol.*

Ex Supplem. Maettariano Denisii, pag. 34.

MCCCCLXXV.

## MCCCCLXXV.

### I.

Iesus : Maria : dominicus .

### PROEMIO.

Ncoméza uno tractato uulgare o sia confessio nale composito p lo reuerédissimo padre Beato frate Antonino de lordine de frati predicatori arziuesch ouo de fioréza. Elquale se intitula medicia de lanima Et e diuiso in cinque parte principale. Ne la prima parte de li dieci comandamti. Ne la secúda de li sette peccati mortali. Ne la terza de li sacramti de la chiesa: Ne la quarta se tracta de le uirtu exónā te lanima. Ne la quinta sono poste le excomunicató ne de la leze.
Questo libro e necessario a la salute de ogniuno: Ma maxime fu facto per quelli che hanno cura de ani me: azioche cognoscano & sapiano gouernarle & i sieme cũ esse saluarse & nõ per ignorátia dañarse.
*Ad calcem partis quartae:*

BONONIE IMPRESSVM ANNO . M . CCCC LXXY.
(*in* 4°.)

Quae de antiquiore hujus Confessionalis editione sub anno 1472. dicta sunt, eadem pene omnia & in hanc adamussim quadrant. Plagulae, ut in illa, sunt numero *96.*, integrarum paginarum lineae 34. Subscriptio, eodem modo partita, in utraque ad partis quartae calcem posita fuit. Eaedem inanitates, quae in illa habentur, iisdem locis & in hac occurrunt. Utrique ad calcem subjunctae fuere binae latinae orationes, altera ante missam, altera post, dicendae; decem Decalogi praecepta & fidei Symbolum Italicis versibus reddita, cum ampla tabula rerum in opere contentarum. Character utriusque vel idem est, vel certe simillimus.

Loco autem reclamantium perpendicularium, quae in antiquiore illa in fine quaternionum, quae praecedunt, uti diximus, occurrunt, in recentiore hac, primo folio verso habetur registrum foliorum, quod multo evidentius quam reclamantes perpendiculares ordinem quaternionum designat, & praeterea numerum foliorum ostendit. Videndam tractandamque raram hanc editionem nobis praebuit cl. Abb. Nic. de Rossi, dum in vivis ageret.

BONON.

II.

„ Incomenciano lisonetti del BVRCHIELLO Fiorentino faceto et elo-
„ quente in dire cancione e sonetti sfogiati. *Pag.* 182. *eaque ulti-*
„ *ma vol. legitur*: Bononiæ ipssum die tercia octobris 1475. *sine*
„ *nomine typogr. in* 4°.

Actum agerem si de hac editione verba facere instituerem, postquam accuratus Auctor Catalogi critici editionum Saec. XV., qui habetur *nelle Memorie per servire alla Storia Letteraria*, Venetiis apud P. Valvasensem editis, tom. XI. pag. 406. & seqq., de ea ejusque raritate, necnon de operis Auctore ejusque Italica epigrammata pangendi ratione, ac denique de viris eruditis in ipsa nominatis, ea in medium protulit, quae vel curiosissimo lectori plane satisfacere posse videntur. Satis itaque nobis erit ex ipso, praeter ea, quibus editio designatur, monere, codicem esse sine registro, numeris, & reclamantibus, nec editionem esse ex pulchrioribus, ob characteres, qui similes sunt vetustis & exesis hujus temporis characteribus.

III.

„ BERNARDINI GLICINI medicinæ ac philosophiæ discipuli in
„ Triumph. P. Fra. Petrarchæ expositio (Italice) ad illustrissimum
„ Mutinæ ducem divum Borsum Estensem: Impress. die XXVII. men-
„ sis Aprilis fol. Bononiæ 1475.

Cui typographo tribuenda sit haec editio, quam nunquam vidi, ne conjicere quidem valeo. Balthasari de Azoguidis eam vindicat Orlandius; Maettarius vero & Deburius (1) nil omnino de typographo, qui in ipsa desideratur, pronuntiant. In calce sequentem subscriptionem capitalibus literis expressam legi scribit idem Deburius; qui & editionem valde raram, valdeque elegantem, ac rotundo charactere excusam dicit:

BONONIAE IMPRESSUM M. CCCC. Lxxv. DIE XXVII. MENSIS APRILIS.

Vid. Catal. Biblioth. Pinell. tom. 4. p. 349.

IV.

„ Vita di Cavalieri GVERINO: per Baldaser degli Azaguidi in fol.
„ Bonon. 1475.

Ex Catalogo Bibliothecae publicae Cantabrigensis editionem hanc refert Maettarius. Eandem in suis Originibus retulit & Orlandius sub Balthasare de Azoguidis.

V.

S. IOHANNIS CHRYSOSTOMI sermones XXV. *una cum* Epistola ad Theodorum monachum, *Latine, interprete* Chrift. Persona, *&* *cum ejusdem Epistola* ad Card. Barbum, *ad cujus calcem legitur*:

M.

(1) Cum haec scribebam nondum editus erat Catalogus Bibliotecae Pinellianae, in quo, tom. IV. pag. 349., et V. pag. 226. refertur haec editio, sub alia tamen specie.

M. CCCC. LXXV. Die duodecimo Maii : Ex officina Baldaseris azzoguidi civis Bononiensis.

(*in* 4°.)

Descripta fuit haec editio in Catalogo Romanar. Editionum Saec. XV. pag. 361.; eoque conferre se poterit Lector, qui de ea plenius intelligere voluerit. Exstat in Casanat., apud Abb. Joannutium, Can. Devoti, &c.

VI.

„ STATUTA causarum civilium de jure reddendo in causis civilibus
„ & de campanella pulsanda. fol. sine anno, loco & typographo;
„ sed characteribus Balthasaris Azzoguidi & circa annum 1475.

Haec Orlandius : sed editio inter editiones non satis explorati temporis tutius refertur; & Rugerio & Bertocho potius ascribenda videtur. *Vid. inter editiones sine anno*.

VII.

„ ANDREAE BARBATIAE Siculi Lectura *dicta* Iohannina. *A no-*
„ *mine Filiae primogenitae. Ad calcem versus, quorum duo penultimi* :

„ Centenis quater milleque labentibus annis,
„ Quindenis lustris Christi sunt secula nostra.

„ Explicit Iohannina . . . . super C. Raynaldus de testa. Bononie
„ impressa. Bononia docet. *f.*

Haec ex Supplem. Maittair. cl. Denisii, pag. 44.

VIII.

PETRI de Ancarano Repet. C. Canonum Statuta &c. *Vid. sub anno superiori*.

MCCCCLXXVI.

I.

„ JO. BOCACCII poetae lepidiss. de Cameron : Opus facetu3
„ bononie impressum ĩ domo Baldassaris Azoguido. Anno ab Origĩe
„ christiana M. cccc. lxxvj. *in fol.*

Hujus editionis notitiam acceptam refero Gul. Franc. Deburio, *le jeune*, qui eam refert describitque in sua Bibliographia Instructiva, *Belles lettres*, tom. 2. pag. 53., quo ex loco desumpta est allata subscriptio, quae in voluminis fine occurrit. Eam valde raram esse, ejusque exemplum exstitisse in Bibliotheca Ducis de la Valliere monet idem Deburius. Mihi nullum hactenus ejus exemplum videre contigit. Hoc eodem anno idem opus impressum fuit Mediolani; & tam

BONON. Bononiensis, quam Mediolanensis editio ignota fuit Maettario & Orlandio. Videnda autem sunt quae clariss. Mercierius de plagio, ab Balthasare de Azoguidis in hac editione admisso, scribit pag. 142. *Supplém. à l'Hist. de l'Imprim. de* Pr. Marchand.

## II.

„ FANCISCI PETRARCHAE Sonetti e Canzone cum Francisci „ Philelphi Enarrationibus, Italice, Ad instantiam & petitionem Si„ gismundi de Libris Bononiæ 1476. *fol.*

Mirum cuiquam fortasse videbitur, raram hanc editionem, quae partem carminum & cantilenarum Petrarchae cum Francisci Philelphi enarrationibus continet, a Deburio, post relatam editionem anni superioris, quae solas cantilenas cum Glycini commentariis complectitur, omissam fuisse; & ab editione Bononiensi anni 1475. ad Venetam anni 1478. (omnium tamen, quantum mihi constat, absolutissimam), transitum fecisse; etsi ejusmodi Bononiensis editio, a Maettario multis ante annis, in curiosorum Notitiam deducta fuerit. Cl. Annalista pag. 362. in subjecta annot. (3), ex ipsa editione ea recitat, quae ad ipsam a caeteris distinguendam sufficere possunt. *Ad instantiam & petitionem Sigismund de Libris. Nicolaus Thomasoleus Lupho Numajo S. P. D. Francisci Philelphi enarrationes in partem carminum cantilenarumque Francisci Petrarchae nuper a mi recognitas, ut castigatius imprimerentur, sub tuo nomine edere constitui*, &c.

Opus hoc ad instantiam Sigism. de Libris excusum fuisse (non secus ac sequens) ex adductis verbis manifestum est; ejus autem excusorem fuisse Dom. de Lapis, sub cujus nomine illud refert Orlandius, tam verum forsitan est, sicuti verum est, eum excudisse sequens.

## III.

P. VALERII MAXIMI FACTORVM AC DICTORVM ROMANORVM ET EXTERORVM AD TIBERIVM CAESAREM PROLOGVS.

*In fine*:

EXPLICIT LIBER VALERII MAXIMI. IMPRESSVM BONONIAE AD PETITIONEM SIGISMVNDI DE LIBRIS ANNO DOMINI. M. CCCC. LXXVI. DIE XX IIII. MENSIS DECEMBRIS. LAVS DEO AMEN.

(*in fol.*)

Refertur editio a Maettario pag. 361. inter eas editiones, quarum etiam meminerat in prima suorum annalium editione. Eam quoque recenset Deburius, *Histoire*, tom. 3. pag. 452., nulla tamen adjecta voluminis descriptione. Cum utrisque concors est Orlandius, qui tamen valde errat dum, eamimpressam fuisse ait a Dominico de Lapis; quod non modo in nulla voluminis plagula legitur, sed praeterea a veritate alienum est; nam editio sine dubio prodiit e praelo Hugonis Rugerii & Donini Bertochi, uti demonstrat ejus character, qui idem omnino est ac is, quo hi typographi anno 1474. impresserunt *Manilium*, *Val. Flaccum*, *& Manfredum de Homine*. Folio recto, quod subscriptionem sequitur, habetur registrum foliorum, sine ulla tamen quinternionum distinctione. Praecedit Rubri-

brica novem librorum operis, duarum & plusquam dimidiae paginarum. Secundo folio verso incipit opus ipsum. Signaturis, numeris, ac custodibus caret; ejusque exemplum tractavimus in Chisiana. BONON.

IV.

GALEOTTI . MARTII . NARNI
ENSIS . . REFVTATIO . OBIECTO
RVM . IN . LIBRVM . DE . HOMI
NE A Georgio Merula inchoat..

*In fine:*

Hoc opus Impressum est Bononie Do
minico lapio Bononiensi procurante ab
exemplari ipsius Galeotti.
ANNO. M: CCCC. LXXVI.

(*in* 4°.)

Refertur perrara haec editio in Catalogo Biblioth. Pinellianae, tom. 1. pag. 272., & tom. 5. pag. 228., & ex hoc catalogo primum de ea intelleximus; parumque absfuit quin iisdem verbis in hoc Specimine recenseretur, quibus in eodem Catalogo, satis tamen accurate, describitur. Inter evolvendum autem Indicem Bononiensium editionum, quem mei, & typographi commodo, priusquam hoc specimen praelo ommitteretur, conscripseram, inveni ab amica manu, cui eundem examinandum tradideram, ad articulum hujus editionis annotatum fuisse, eam exstare in Biblioth. Corsiniana. Quo cognito, illico rogavi cl. P. Amoretti, ut ejus Bibliothecae exemplum consulere vellet, illiusque characterem cumprimis observaret, & cum charactere operis de Conservat. Sanitatis Bened. de Nursia, seq. anno impressi (quod in eadem Bibliotheca pariter asservatur) conferret. Nec mora; continuo cl. Vir pro sua comitate & singulari in litteras studio, petitioni nostrae obsequutus est; & accurate exscriptis titulo & subscriptione operis (quae hic exhibentur) ipsiusque charactere diligenter collato cum charactere operis B. de Nursia, invenit utriusque unum omnino eundemque characterem esse; nisi quod in hoc habentur aliquot lineae majusculis litteris exaratae, in opere vero Benedicti, nullae; uti notavimus nos ipsi pag. 13. hujus Speciminis, nota (2). Observavit autem praeterea diligentissimus Vir in hoc opere Galeotti, nec signaturas, nec numeros, nec custodes, neque indicem aut registrum haberi; cum contra registrum, & signaturae (non tamen ubique) adjecta fuerint operi Benedicti. Haec autem multo evidentius quam ipsius Benedicti opus, ostendunt, Ptolemaeum a Dom. Lapio cum nota anni 1462. impressum, multo infra annum 1476. dejiciendum esse, cum, ut suo loco observatum est, Ptolemaeus non signaturis modo, sed & registro ac duplici indice instructus fuerit. Character praeterea in duabus hisce Lapii editionibus (in priore praesertim) eodem P. observante, novus & fere illaesus est; in Ptolemaeo, vetus & detritus Operi praemittitur Galeotti Epistola ad Federicum Ducem ex Urbino, paginarum sex.

V.

„ ALEXANDRI TARTAGNI de Imola Consilia. Bononiae per
„ Zampoll. (*Giov. Paolo*) Zaffone 1476. *f.*

Denisius, pag. 63.

Bonon.

## MCCCCLXXVII.

### I.

BENEDICTI de NVRSIA pulcherrimum & utilissimum opus ad sanitatis conseruationem; & TADDAEI de FLORENTIA opusc. de regimine sanitatis secundum quatuor partes anni. *Ad hujus calcem*:

Tractatus quidam de regimine sanitatis opera & industria Dominici de Lapis impendio tamen Sigismundi a libris ciuis atq; liberarii (*sic*) Bononiensis feliciter finiunt.
Anno. D. M. CCCC. lxxvii.
( *in* 4°. )

Primo folio verso legitur titulus utriusque opusculi, quod in volumine continetur. Titulus primi idem omnino est ac is, qui appositus fuit quibusdam exemplis Rom. editionis anni 1475., quemque in nostro Catalogo Rom. editionum Saec. XV. protulimus pag. 193. Secundi titulus primo subjectus sic habet:

Similiter etiam de magistro Tadeo de florentia de regimine sanitatis secundum quatuor partes anni.

Tractatus hic Thaddaei non occupat nisi septem plagulas, ad cujus postremae versae calcem legitur adducta subscriptio, quae una in toto volumine occurrit; nam ad calcem primi & praecipui operis haec tantum verba leguntur: *Finis hujus libri*, & infra:

Libellus de sanitate factus
p Mgr̃m Thadeũ đ florẽtia.

Folium, quod subscriptionem sequitur, registrum foliorum totius voluminis exhibet. Videnda sunt quae de hac editione notavimus sub anno 1462.

### II.

„ Excellentiss. I. V. Monarchæ D. ALEXANDRI de TARTAGNIS
„ de Imola Scriptum super Prima Parte ff. veteris ab Originali
„ exscriptum, & summa cum diligentia emendatum ac correctum
„ Bononiæ impressum finit anno D. 1477..... Octava Idus Maii.
„ *fol. maj.*

Ex Denisii Suppl. Maittair. pag. 85., apud quem nullus nominatur typographus, qui forsitan in edit. deest.

III.

III.

ALEXANDRI TARTAGNI de Imola Lectura super toto titulo de Verborum obligationibus a peritissimis uiris diligentissime emendata.

*Ultimo folio recto, col. I. circa medium legitur:*

Finit lectura excellentissimi utriusq; iuris monarche domini Alexandri de Imola: de uerborum obligationibus. Impress. Bononie ad instantiam Sigismundi de libris per Magistrum Henricum de Colonia ydibus Nouembris Anno a domini incarnatione Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Septimo. Laus Deo.

(*In fol. magno.*) *Vid. sub anno seq.*

Errant, & valde quidem, mea sententia, ii Bibliographi, qui hujus generis editiones vel nullo, vel certe exiguo in pretio habendas esse generaliter pronuntiant. Certum siquidem est ex ipsis non paucas, ita veteris typographiae praestantiam demonstrare, ut nesciam an ex alterius cujuscunque generis libris, melius pleniusque dignosci ea possit. In harum numero certe habenda est haec Tartagni lectura, quae cum characteris, etsi Semigothici pulchritudine & nitore, tum linearum rectitudine, tum exacta ac pene geometrica columnarum ab utraque parte terminatione, earumque grata proportione, tum chartae qualitate, ac denique marginum amplitudine, nulli, certe paucis ex pulchrioribus magnificentioribusque Saec. XV. editionibus cedit.

Solis signaturis, ac registro cum ipsarum signaturarum, tum foliorum instructa est; quod registrum occurrit ultimo folio verso. Duo vero eidem adjecta sunt monita: alterum in principio, alterum in fine, post subscriptionem; & in utroque quid in editione adornanda praestitum cautumque sit, explicatur. Priorem secundi partem hic recitare operae pretium est: *Hactenus scripsisse Alexandrum invenimus, & diligentissime omnia expressa sunt, quae existimaverunt doctissimi viri ad Alexandrum pertinere, resectis & sublatis quamplurimis, quae superfluo a diversis varie addita & inserta fuerant, ab Alexandri ingenio longe discrepantia. Reperiuntur multae sub ejus nomine lecturae, in quibus glossae integrae referuntur. Bartholus itidem totus, & complura ad materiam nihil attinentia. Si quis haec censuisset impressioni mandanda, neque Alexandri dignitati, neque legentium utilitati consuluisset....... Satis putavit Sigismundus, cujus auspiciis Alexander impressus est, tributum iri & Alexandri memoriae, & discere cupientibus, si ex ipsius Alexandri origine, atque exemplari omnia sincere & fidelissime sumerentur* &c. Exstat in Casanatensi.

O

„ Incipiunt casus celeberrimi, ac famosi Juris utriusque docto-
„ ris, & monarchæ AN. BERNARDI PARMENSIS canonici ec-
„ clesiæ Bononiensis, ac mirifici glossatoris decretalium, revisi per
„ me

BONON. „ me Antonium Corſectum de Sicilia iuris utriuſque doctorem,
„ iura pontificia in hoc uetuſtiſſimo, & omnium primario gymna-
„ ſio Bononienſi ordinarie legentem.

„ Impreſſum Bononiæ per Henricum Harlem & Johannem Vul-
„ bech (*ſic*) ſocios, anno MCCCCLXXVII. penultima die No-
„ uembris. *in fol.*

Hacc cl. Sartius, par. I. tom. I. *de cll. Archigymn. Bononienſ. Profeſſoribus*, pag. 359. nota (a). Sed diligentiſſimi Scriptoris accurationem in exſcribendis titulo & ſubſcriptione editionis, irritam fecit amanuenſis, vel typographi incuria, qui in anni notis integram omiſit decadem. Atque hic novum & illuſtre exemplum habemus earum editionum, quarum exſiſtentia mendoſi codicis teſtimonio unice innititur. *Vide ſub anno* 1487.

## MCCCCLXXVIII.

### I.

IACOBI SOLDI
Florentini: viri religioſi ordĩs
diue Marie ſeruoꝝ. ſacre the
ologie bachalarii eruditi opus
inſigne de peſte feliciť ĩcipit. co.
hortãte magnifico ciue ꝛ ſtre
nuo rei militaris viro Iohãne
Bartolomeo Ghezo placẽtĩo
amico optimo ꝛ bñ merito.

*In calce*:

IMꝑSSVꝫ BO.
nonie ꝑ mgřm Iohẽꝫ ſchri.
ber de Anũtiata. Ad inſtantiã
reuerẽdi magiſtri Thome de
Bononia ordinis ſuoꝝ beate
Marie ꝟginis: ĩ ſacra theol.
gia ꝓfeſſoris excellẽtiſſimi tũc
tp̄is collegii theologoꝝ Bono
niẽſiuꝫ ꝑoris Decãi bñ meriti.
Anno ſalutis. M.cccclxxviii:
(*in* 4°.)

Praecedit Jacobi Burgenſis phyſici ad Auctorem Epiſtola, qua eum hortatur ut opuſculum publicet, & ne maledicorum linguas vereatur, &c. Editio eſt charactere Gothico, claro, duabus columnis, cum ſignaturis; plagulae 36. Exſtat in Biblioth. Em. Card. Valenti Gonzagae.

II.

## II.

IOHANNIS DVNS Scoti Quæstiones super primo Sententiarum.
*In fine:*

IOHANNIS SCOTI ordinis minorum sacre theo logie professoris precellentissimi. primo su per sententiarum questiones reportationũ parisiensium a Bartholomeo bellatum (*sic*) feltẽ sem (*sic*) sacre pagine doctore clarissiimo. nec non regente erudito tunc temporis conuentꝰ bo nonie. Emendate cum diligentia finiunt fe liciter. Nec nõ operate caracterizateq; sub limi literarum effigie ductu ꝛ impẽsis ui. ri circũspecti domini Iohannis de Annun. tiata de Augusta. Laus deo pararoseq; uirgi ni Marie. nec non toti curie celesti trium. phãti. Anno salutis dõinice. M. cccc. lxxviii mensis aprilis sexta feria.
(*in fol.*)

Deest in hac editione (& duabus sequentibus) loci nomen, quem tamen Bononiam fuisse ex nomine typographi manifeste apparet. Prima voluminis verba haec sunt: *Circa primum. Sententiarum quaeritur primo*, utrum Deus sub *ratione propria divinitatis*, &c. postrema vero, allata subscriptio. Excusum est Gothico charactere, duabus columnis, & cum signaturis. Ad operis calcem adjectus est index distinctionum, ac quaestionum uniuscujusque. Exstat in Casanatensi, & apud Can. Devoti.

## III.

„ ALBERTI M. liber aggregationis seu liber secretorum de vir-
„ tutibus herbarum, lapidum & animalium quorundam. *Ad calcem:*
„ impressum quidem est hoc opusculum per Magistrum Iohannem
„ (*Scriber*) de Annuntiata de Augusta. anno salutis MCCCC.LXXVII. 4

Denisius, pag. 88. ex Biblioth. *Caes.* In Catal. Biblioth. Pinellianae, tom. I. pag. 301. editio Augustae tribuitur, sed non recte, eodem Denisio annotante.

## IV.

„ NIC. PEROTTI Antistis Sypontini Rudimenta Grammatices.
„ Per Magistrum Ioannem de Annuntiata de Augusta 1478. *f.*

Idem, pag. 96. ex Biblioth. *Neob.*

V.

V.

„ HIERONYMI MANFREDI Medici & Aſtrologi Bononien. Tra-
„ ctatus de peſtilentia. Die V. Decembris 1478. Bononiæ. Italice
„ charact. optimo. *in 4°.*

Haec Orlandius pag. 116., ubi editionem refert inter Bononienſes editiones quarum ignorantur typographi. Quae autem ſcribit hoc loco, confirmat in ſecunda ſui operis parte, majori ſtudio, ut ipſe ait, elaborata, pag. 363.

VI.

ALEXANDRI TARTAGNI Apoſtille ad bar. ſuper ſecunda parte ff. Novi. f. de vbo. ob.
*Ad calcem ſecundae columnae ult. fol. recti:*

Finiuntur apoſtille domini Alexandri de Imola ſup ſecūda. ff. noui impſſe bononie ad inſtātiam ſiigilmōdi (*ſic*) de libris p magiſtꝝ bēricū de colonia idib9 marcii āno domini incarna tiōne (*ſic*). M. cccc. lxxviii.
(*In fol. magno.*)

Signaturis, & regiſtro cum ipſarum ſignaturarum, tum foliorum inſtructa eſt editio; eodemque charactere excuſa ac Lectura de verborum obligationibus ſub anno ſuperiori relata: cum qua colligata exſtat in Caſanatenſi.

## MCC CCLXXIX.

I.

„ IOAN. de ANANIA ſuper Quinto Decretalium: per Henricum
„ de Colonia. fol. Bononiæ 1479.

Ex Caillio, & Catalogo Biblioth. Norimbergenſis refert hanc editionem Maettarius, cum quo concordant Orlandius & cl. Fantutius, tom. I. Biblioth. Bonon. pag. 228.

II.

„ CONCORDANTIAE BIBLIORVM & Canonum. Bononiae per
„ Vgonem (1) de Colonia 1479.

Unus, quod ſciam, Jacobus Longius hanc memorat editionem anni 1479. in ſua Biblioth. Sac., tom. I. pag. 457. edit. 1723, & cum eadem conjungit recentiorem anni 1486. ab Orlandio & Maettario relatam.

III.

(1) Forte, Henricum.

III.

„ HIERONYMI MANFREDI Pronosticon ad annum 1479. Bo-
„ noniae 1479. (1) *in* 4°.

Denisius, pag. 106. ex *Weis*.

IV.

„ Doctoris illuminati FRANCISCI de MAYRONIS Passus super
„ universalia & praedicamenta Aristotelis . . . . . . Per mag. Iohan-
„ nem scriber de Annunciata Bononie anno D. M.CCCCLXXVIIII.
„ die prima Aprilis impressum est. *in* 4°.

Idem, pag. 107. Editionis exemplum exstat in Corsiniana.

V.

„ Vocabularius italico teutonicus. *Ad calcem*: Pitat got suer mich
„ zuo lon volpracht durch maister Dominico von Lapi. In la Sa-
„ piencia de Bologna fui stampado Daprile 1479. per D. Lapi. In
„ der Wisheit zu Bolonia ist es gedrucket des Aprellen. M. CCCC.
„ LXXVIIII. Finis. Laus Deo. in 4°.

Idem, pag. 111. Hoc Vocabularium exstat in selectissima Biblioth. Illusc. Balivi Cajet. Valentii Gonzagae, Mediolani.

MCCCCLXXX.

I.

„ GVIDONIS de MONTE-ROCHER Manipulus Curatorum:
„ per Johannem de Noerdlingen, VIII. April. 4°. Bononiae 1480.

Typographi nomen & diei nota ab Orlandio editioni adscripta, argumento esse possunt, ipsum aut editionem vidisse, aut saltem ex accurato aliquo Commentario ejus notitiam hausisse (2).

II.

P. OVIIDII NASONIS opera omnia.
*Ad calcem* Metamorphoseon:
Opus impressum Bononiæ p me Bal
daserem (*sic*) de Azzoguidis ciuẽ
Bononiensem. Anno
ĩcarnationis
M. CCCCLXXX.
(*in fol. parvo*)



(1) *Prognostica* vulgo imprimuntur, & in publicum emittuntur ante annum, quem praegnoscendum exibent.

(2) Hisce jam sub praelo sudantibus, missa ad me fuit ab Em. Card. Valentio Gonzaga altera pars elenchi veterum editionum selectissimae Bibliothecae Illustrissimi Balivi ejus fratris, in qua sub anno 1480. hanc editionem recenseri animadverti.

BONON. Haec est secunda operum Ovidii editio, quae ex praelis Balthasaris de Azoguidis prodiit. Signaturis tantummodo instructa est, quae in Metamorphosibus majusculis litteris expressae sunt, & usque ad Q III. pertinent. Praecedentes autem foliorum fasciculi, quantum quidem non indiligens eorum evolutio nos docuit, omnes sunt quinterniones. Alia opera minusculis litteris signata sunt, quae litterae primo simplices sunt, deinde geminatae. In exemplo Can. Alb. Devoti, quod unum hactenus vidi, hic est librorum ordo: 1. *Metamorphoses*; 2. *Tristia*; 3. *de Ponto*; 4. *Pulex*; 5. *Philomela*; 6. *Medicamen faciei*; 7. *Nux*; 8. *Epistolae Heroides* cum *Sapphone*; 9. *Amores*; 10. *de Arte amandi*; 11. *Remedium Amoris*; 12. *Fasti*; 13. *Ibis*; 14. *Consolatio ad Liviam*. Videtur tamen in hoc ordine aliqua inesse perturbatio; signaturae siquidem simplices horum minorum operum incipiunt ab Epistolis Heroidibus, & continuata serie progredientes per Amores, Artem amandi, Remedium amoris, Tristia, de Ponto, Pulicem, Philomelam, Medicamen faciei, terminantur in libello de Nuce, qui signatus est y 2. Signaturae autem geminatae incipiunt a Fastis, & procedendo per Ibim terminantur in Consolat. ad Liviam; & ex his geminatis signaturis prima est rr, postrema, zz 3.

Perpaucis ex hisce libris praepositus est titulus; loco autem tituli in fine adjecta est subscriptio: *Publii Ovidii, e. c., Nasonis Sulmonensis Poetae clarissimi Heroidum alias Epistolarum liber unus fœliciter explicit*. Quin etiam, Amorum, de Arte amandi, & de Remedio amoris libris subjunctum fuit uniuscujusque principium, quod neque in Metamorphosibus, neque in alio majore opere factum fuit.

## III.

„ Repertorium super Lectura IO. DE ANANIA super quinto De-
„ cretalium .... Impressa Bononie per Mag. Henricum de Colonia
„ A D. Millesimo quadringentesimo, octogesimo. die vero quinta
„ Ianuarii. f. maj.

Denisius, pag. 112. ex Biblioth. *Caes.*

## IV.

ALEXANDRI TARTAGNI lectura super secunda Infortiati.
*In fine:*

Eccellentissimi ac eminētissimi iuris pōtificii cesareiq; doctoris Domini Alexandri Tartagni Imolens lectura sup scd' Infor. explicat. q̄ quā ta diligētia studio ac fide ex proprio ⁊ novissimo auctoris exēplari sūpta fuerit studiosis ejus facile patebit. nec audiantur. q̧ supfluas additiones quasdā. ⁊ ut verius dicā ineptias neothoricoꝝ ⁊ nulius scientie doctorū tam preclaro operi inferendas putarūt. Siqdem earū insertione neq; Alexandri honori atq; dignitati neq; legētium utilitati cōsultū fuiss. Accipite ergo hec que ⁊ vera ⁊ utilia sūt. ⁊ impressioni tradita per ma-

gistrum Henricum de Colonia in splendidissima ac opulentissima studioꝝ matre Bononia. Anno domini Millesimoquadringentesimo. octogesimo die vero quinta Madii.

BONON.

(*in fol. magno*)

Post haec sequuntur Auctoris Apostillae super eadem Infortiati parte, quibus praepositus est hic titulus: „ Apostille domini Alexandri de Im. super secunda „ infortiatis (*sic*) sed quia in superioribus legibus scripsit (*sic*) ordinarie ideo omisi ꝛ incepi hic „ ad quarum calcem subjunctum est registrum totius voluminis, ex quo liquet, ejus plagulas esse 306.

Editio est charactere Gothico, a charactere *noviss.* vol. *Consiliorum* diverso, eodemque minus nitido, cum foliis signaturis. Deest titulus impressus; ejusque vicem supplent haec verba: DE LEGATIS; PRIMO, charact. Goth. grandiori. In fronte tamen paginae spatium vacuum valde amplum relictum est pro longissimo titulo vel manu inscribendo, vel rubrica imprimendo. Exst. in Casanat.

## V.

„ Apostille D. ALEXANDRI de IMOLA ad Bartholum super par- „ te secunda Codicis. Impressit Henricus de Colonia (*Bononiae aut* „ *Brixiae*) (1) 1480. die XXIII. Iunii f. maj.

Denisius, pag. 119.

## VI.

Acutissimi ac Eminentissimi Iuris utriusq; doctoris ALEXANDRI IMOLENS responsa non solum auctoris ingenio trutinatissime edita. sed labore maximo sumptibusq; grauissimis. Henrici de Colonia presenti volumine ultra eaque Venetiis impressioni tradita sunt. Ex variis. diversisq; locis castigatissime congesta ad perpetuam tanti doctoris laudem ꝛ gloriam nec non iuri incumbentiu; utilitatem feliciter inchoant.

*In summo ultimae columnae:*

Explicat (*sic*) nouissimum ꝛ numero consilioꝝ volumen Alexandri tartagni Imolens in preclarissima studioꝝ matre Bononia per magistrū henricū de Colonia ultra Venetam impressionem accuratissime presenti impressioni traditum sub Anno domini. M. CCCC. Lxxx. die ultimo mensis octobris.

(*in fol. magno.*)

f 2 Eo-

(1) Praecedens opus signatum *V. Madii* & sequens, die ultimo Octobris, non videntur relinquere locum conjectandi, Henricum hoc eodem anno Brixiae impressisse.

BONON. Eodem Semigothico ac nitido charactere excusa est haec editio, ac aliae duae Henr. Coloniensis, sub annis superioribus relatae: quas etiam gratiori formarum proportione impressionisque nitore nonnihil superare videtur. Signaturis ac registro cum ipsarum signaturarum cum foliorum (quod allatae subscriptioni in eadem columna subjectum est) non secus ac illac, instructa est. Extat in Casanatensi.

VII.

„ IVSTINVS & FLORVS fol. per Henricum Coloniensem circa „ ann. 1480. *Vid. inter editiones anni nota carentes.*

VIII.

„ Originalis textus & verus in §. Cato ad lucem noviter æditus per Dom. D. LVDOVICVM IOHANNIS de BOLOGNINIS „ I. V. D. Imprimi fecit Benedictus quondam ethoris (*sic*) libro„ rum mercator in prelibato Bononie studio. A. D. MCCCCLXXX. „ die XVIII. febr. s. maj.

Denisius, pag. 114.

IX.

„ GERARDI CREMONENSIS Theorica Planetarum. Bononiæ per „ Dominicum Fuscum (*nisi is editor tantum fuerit*) 1480. 4.

Idem, pag. 116.

X.

„ Tractatus valde utilis de peste compositus per magistrum HIE„ RONIMVM de MANFREDIS civem Bononiensem. *Sine anno, loco,* „ *& typogr.* (*sed Bononia circa* 1480.) in 4. Goth. V. A la fin du vo„ lume on lit:

„ Per me Hieronimum de manfredis artium &
„ medicine doctorem compositum hoc opusc-
„ lum litterali sermone Bononie
M. CCCC. LXXVIIII.
die ultima decembris.

Catalogue des livres de M. Pierre-Antoine Bolongaro. Crevenna, tom. II. pag. 219.

MCCCCLXXXI.

## MCCCCLXXXI.

### I.

„ BENEDICTVS MORANDVS Bononienſis de laudibus urbis Bo-
„ noniae. Bononiae per Vgonem de Rugeriis anno a Natali Criſtiane
„ (*ſic*) 1481. die duodecima Aprilis Sixto pontifice maximo rome ſe-
„ dente. Tempore felicis ſtatus libertatis Bononia (*ſic*). Sub diuo
„ Iohanne Bentivolo Cive primario. in 4. goth.

Exſcripta haec ſunt ex Catal. librorum D. de la Valliere, *Premiere partie, tom.* 3. pag. 167. Ex Orlandio editionem refert Maettarius, p. 429.

### II.

Ad illuſtriſſimum ꝛ excelentiſſimum (*ſic*) ducem dominum do
minum. herculem Eſtenſem tractatus de ſingulari puritate ꝛ
prerogativa conceptionis ſaluatoris noſtri ieſu chriſti editus
per frēm VINCENTIVM de BANDELLIS de Caſtro novo terdonenſis
dioceſis ordinis predicatorum continens diſputationē coram
celſitudine ſue dnationis factam feliciter incipit.

*In fine:*

impreſſum in alma ac inclita civitate Bonoñ. per Vgonem
de rugeriis de Regio. Editum per fratrem Vincentium
de caſtro novo terdon. Anno domini. 1481. die 12. mēnſis
Februarii.

(*in* 4°.)

Praecedit Auctoris *Epiſtola narrativa diſputationis factae de materia conceptionis B. Virg. Mariae coram celſitudine* Herculis Eſtenſis, Ferrariae Ducis, ad ipſum Herculem, in qua paulo poſt initium ſic ſcribit: *Nam praeterita quadrageſima in ea civitate* (Ferraria) *praecones quamplures diverſarum Religionum convenerant, quorum quidam in ſuis declamatoriis ſermonibus beatiſſimam Virginem originalis peccati maculam non contraxiſſe palam in pulpito vociferabantur; alii vero e contra Dei matrem.... in peccato originali conceptam fuiſſe, conſtanter praedicabant, oppoſitamque partem ut quid nefarium, deteſtandum, ſacrilegum, utpote fidei diviniſque litteris.... repugnans, e chriſtiana religione extirpandum, ejiciendum audaci animo validiſſime comprobabant.* Quam quidem ſententiam Auctor ſuo hoc libello propugnandam illuſtrandamque aſſumit. Prolixior eſt ejuſmodi Epiſtola, ut quae ſeptem fere occupet paginas. Totum autem volumen ex 118. foliis conſtare cenſendum erit, poſito quod in numeris, qui in eorum calce inſcripti ſunt, nullus ſit error, de quo dubitare licet, ut mox videbimus. Folium ſignatum num. 113. averſa facie exhibet tria carmina in operis laudem; quorum primum eſt Antonii Faventini, ſecundum longe prolixius, ejuſdem, ut puto; tertium eſt M. L. *Juris periti*; & tertii hujus carminis poſtremi quatuor verſus occurrunt in ſumma pagina ſequenti; & infra eos incipit *Epiſtola S. Bernardi de feſto Conceptionis B. V. non faciendo*,
quae

BONONIAE. quae reliquum paginae & sequentes alias duas, cum alterius semisse occupat; reliquum postremae hujus paginae sistit Auctoris ad operis detractores monitum. Post haec sequuntur tria alia folia, quorum priora duo continent operis tabulam cum hac inscriptione:

Incipit tabula perutilis ad ĩveniẽdũ materias ĩ superiori trac tatu quando punctus (*sic*) precedit numerũ ẽ ĩ primo latere quã do sequitur est in secundo.

Tertium rectum continet voluminis registrum cum subjecta Hugonis de S. Victore de Conceptione sententia. Ex hoc vero registro liquet voluminis folia omnino esse 116., quae tamen, ratione habita folii signati num. 113., quod sequuntur alia quinque sine numeris, esse deberent 118. Non satis accuratus est Deburius, qui tabulae tria assignat folia, cum sint duo tantum, uti dictum est; multoque minus accuratus est Echardus, qui & volumen numeris carere, & paginis 275. constare scribit. Caret enim tantummodo signaturis & custodibus; ejusque paginae non sunt plus quam 236. Excusum est charactere Gothico rudiusculo, & terminatur adducta subscriptione, *Impressum*, &c., quae legitur verso folio registri, omnium postremo. Exstat in Biblioth. S. M. ad Mineryam, & in Corsiniana.

## LIII.

ALEXANDRI TARTAGNI Consiliorum volumen quartum.
*In calce ultimae columnae, quam sequitur index*:

Explicit novissimum ꝛ numero quartũ cõsilioꝝ volumẽ excellentissimi doctoris domini Alexandri tartagni ymolensis Bononie impressioni traditum per cõmendabilẽ virũ magistrũ Henricũm de Colonia una cum tabula cõntentoꝝ in eo ad laudem auctoris ꝛ studẽtiũ cõmodũ. Anno dñi M. cccc. lxxxi. die vicesimaquarta Martii.
(*in fol. magno.*)

Tabula, quae in hac subscriptione memoratur, opus est Ludovici Bolognini de Bononia, qui tunc in almo studio Bononiensi jura civilia docebat; uti declaratur in prolixa inscriptione eidem praeposita; rursumque monetur in multo prolixiore subscriptione eidem subjuncta. Septem continetur foliis, post quae aliud sequitur registrum cum signaturarum, tum foliorum exhibens. Eodem charactere excusum est volumen ac alia tria in superioribus memorata, quibus etiam pulchritudine, nitore, ac magnificentia nihilo inferius est. Exstat in Casanatensi. *Vide sub anno* 1484.

## IV.

„ Consilia Domini IOANNIS de ANANIA, cum additionibus Lu-
„ dovici Bolognini &c., Bononiae per Magistrum Henricum de Co-
„ lonia 1481. in fol.

Hoc opus in notitia Scriptorum Bononiensium cl. Fantutii, primo loco refertur inter aliena opera a Ludovico Bolognino edita; unaque annotantur, ipsum eodem anno in patria Jura legisse, editionemque Alio de Nigris nuncupasse.

V.

V.

Incipiunt qd'lʒ celeberrimi ac excellen tissimi doctoris dñi EGIDII de ROMA bi turicensis archiepi ordinis fratrum here mitaruʒ Sancti Augustini.

*In fine*:

Egidii Romani Bituricensis Archiepis copi fundatissimiqꝫ doctoris sacri ordinis fratrum Heremitarũ divi Augustini per utilissima quodlibeta feliciter finiunt. Cura industriaqꝫ Fratris Simonis de Unga ria ordinis ante dicti per Magistruʒ Do minicum de lapis Bononie Impressa Anno dñi. M°. cccc°. lxxxi°. die xxii. maii.

(*in fol.*)

VI.

Fũdatissimi ac ꝓclarissimi doctoris domini EGIDII ROMãI Bituricensis Ar chiepiscopi ordinis fratrũ heremitarum Sancti Augustini Theoremata de corpe Xpi feliciter incipiunt.

*In calce*:

Anno gratie 1481. XV. septẽbris. hoc opus feliciter bonoĩe impſſũ est ĩpensis diligẽti qꝫ cura sacre theologie. Magistri iohãnis de ripis ɔuentus sancti iacobi de bonoĩa ꝓoris: Et venerabilis lectoris fratris simonis de ungaria ordinis diui augusti ni. Opere ẏo ꝛ ingenio: M: Baltassaris de hyrubria.

(*in fol.*)

Utrumque opus excusum est Gothico charactere, & duabus columnis: secundi autem character major est charactere primi. In hoc, Quodlibeto quarto, quaestione VIIII., in exemplo Can. Devoti, repetita est pagina, continens responsionem ad ipsam quaestionem, altera pagina alba relicta; ejusque folia signaturis distincta sunt. In secundo occurrit tantum signatura a 2; sed in summis chartis earum ordo notatus fuit hoc modo: *carta secunda*, *carta tertia*, &c., prima sine nota dimissa est. In primo praecedit tabula, quae duobus foliolis, seu exactius, paginis tribus, & aliquanto etiam minus continetur; in altero, in exemplo saltem Can. Devoti, nulla habetur tabula.

VII.

BONON.

VII.

„ LEONARDI NOGAROLI prothonotarii apoſtolici, Veronenſis „ & Vincentini liber de Mundi æternitate: opus Bononiæ impreſſum „ anno 1481. XV. Septembr. impenſis & cura Iohannis de ripis „ conventus S. Iacobi de Bononia prioris & fratris Simonis de Un- „ garia ordinis D. Auguſtini; opere vero ac ingenio M. Baltaſſaris „ de Hyruberia. *in fol.*

Exſcripta haec ſunt ex nova edit. Annalium Maettarii, pag. 421. Editionem ante Maettarium in ſuo opere retulit Orlandius, ſed non ita accurate.

VIII.

„ ANTONII ANDREAE diſcipuli Scoti Ord. Min. theologi cla- „ riſſimi Expoſitio in univerſam artem veterem Ariſtotelis *in fol.* „ Bononiæ 1481.

Ex Orlandio refertur a Maettario, pag. 428.

IX.

„ FRANCISCVS ARETINVS ſuper libr. 2. Decretal. Bononiæ 1481.

Ex Biblioth. Norimberg. Saub. memoratur ab eodem, pag. 425.

X.

Feliciter incipiût comentaria (*ſic*) clariſſimi doctoris. angeliciq; ac cõis Sãcti THOME de aqno ordinis predicatoru; . ſuper eplas ſanctiſſimi gentium doctoris pauli apli. correcta. emendataq; ſumma cũ diligentia. ac ingenti ſolicitudine p me fratre; petrũ de bergomo. ordinis fratrũ predicato;ꝝ ſacre pagine minimũ profeſſore; . Et primo ſuper eplam ad romanos.

*In fine*:

Explicit pfundiſſima ac ſuaviſſima expoſitio ſãctiſſimi angeliciq; doctoris Thome de aquino ordinis fratru; predicatorũ ſuper oẽs eplas glorioſiſſimi doctoris gentiu; apoſtoli pauli. In quibus tota ſacratiſſima theologia pleniſſime cõtinetur

Impreſſum Bononie anno dñi. 1481.

(*in fol.*)

Edi-

Editionem memorat Orlandius, par. 2. pag. 417., sed foedo anachronismo eam dicit *cum comm. Cajetani*; omittitur omnino a Maettario. Semigothico, sed nitido charactere excusa est cum signaturis, sed sine nomine typographi, qui fortasse fuit Henricus Coloniensis. Ultimo folio recto habetur registrum, ex quo liquet volum. chartas esse 384 (1). Exstat in Casanatensi. BONON.

O.

BAPTISTAE MANTVANI Carmelitae Parthenice: Bononiae *edit. III. Febr.* 1481.

Nulla est ejusmodi editio ab Orlandio invecta, pag. 113., uti optime animadvertit Maettarius, tom. 1. pag. 429. nota ubi haec habet: „ Orlandius addit: *Egli* „ *lo ristampò con questa notizia in fine* &c. *Bononiae* 1488. (de qua impressione „ vide suo loco.) „ At puto annum 1481. non fuisse tempus, quo hic liber excu„ sus est, sed tantum editus, seu conscriptus „. Quod quidem verissimum est.

MCCCCLXXXII.

I.

INCIPIT ANOTHOMIA
MVNDINI.

*In fine*:

Hec anothomia fuit emēdata ab eximio artiū: ꝛ medicine doctore. d. Magistro Petro Andrea morsiano d' Ymola ī almo studio Bonōie cyrurgiā legēte coadiuvātibus Mgr̄o Iohē Iacobo Caraia d' buxeto Et mgr̄o Anthonio Frascaria Ianuensi cyrurgie studētibus. Impressū p Iohēꝫ de noerdlingen. Et hēricum de harlem socios. Anno dn̄i. M. CCCC. lxxxij. Mens Ianuarij die xx°.

(*in fol.*)

Editio est Gothico, sed pulchro charactere, duabus columnis, & cum signaturis, quae pertinent usque ad c 3. Folia impressa omnino sunt 19. Exstat in Casanatensi.



(1) Ad calcem registri, quod in IV. columnas partitum est, repetitur subscriptio, quae in operis fine posita fuit, paucis hisce verbis subjunctis: *Correctaque per venerabilem fratrem Petrum de Bergomo anno domini 1481.*, praetermisso loco editionis. Haec videtur esse una ex praestantioribus rarioribusque Bononiae editionibus. Ejus character minus crassus est quam characteres mihi noti Henr. Coloniensis, iisque minor. Refertur a Denisio ex Biblioth. Caes. pag. 141., addito: *f. min.* quod verissimum est.

BONON.

## II.

AVICENNAE Fen tertia de Apostematibus & Pustulis ...... Fen quarta de solutione Continuitatis ....... Fen quinta de Restauratione ......

*Ad hujus calcem*:

Expleta est cyrurgia (*sic*) Auicēne ꝛ est fen qnta libri quarti emēdata p eximiuȝ artiuȝ ꝛ medicine doctoreȝ magistrū Petrū andream morsianū de Ymola in almo studio Bononie cyrurgiam legēte ꝛc.

Impressum p Iohem de noerdlingē. Et Henricum de Harlem socios. Anno dñi. M. CCCC. lxxxij. Mensꝭ. Aprilis die xi°.

(*in fol.*)

Character idem ac praeced., columnae binae cum signaturis, quae pertinent usque ad g 4. Exst. apud C. Devoti.

## III.

VGONIS BENCII Consilia medica

*In fine*:

PERVTILIA cōsilia ad diversas egritudines a capite usqȝ ad pedes celeberrimi artium ꝛ medicine doctoris magr̄i Vgonis bencii senensis feliciter expliciunt. correcta ac emendata per eximiū artium ꝛ medicine doctorem magistrum Laurentium de gozadinis medicum boñ. ac etiam impressa per Ioannē de noerdlingē ꝛ Henricum de harlem sub anno domini. M. cccc. lxxxij. die vō tertio mensis octobris.

(*in fol.*)

Primo folio verso habetur Epistola Alexandri Rogevi de Monticulo ad Laurentium Guzadinum, cujus opera ac diligentia *Vgonis Senensis* Consilia, quae *tamquam inaudita propter librorum inopiam eousque latuerant*, in lucem castigata emendataque prolata sunt. Editio excusa est eodem charactere ac praecedentes, & cum signaturis tantum, sicuti illae. Post folium, in quo occurrit subscriptio, aliud integrum sequitur, haud signatum, quod indicem consiliorum, & registrum signaturarum & foliorum continet (1). Exstat in Casanatensi.

IV.

(1) Folia, seu plagulae sunt 104., columnae binae.

IV.

GABRIELIS ZERBI Veronensis Quæstionum Metaphysicarum libri XII. ad Sixstum IV. *tomi II. in fol.*

*Ad calcem secundi:*

Impressum Bonouie per Iohãnem de Noerdlingen : ⁊ Henricum de harlem socios
Anno salutis. M.cccc.lxxxii. Klis decemb. sedente Sixto. iiij. põnt. Max. Anno
eius duodecimo.

Petrus Almadianus
Viterbiensis.
phi. Cult.

Si physicos forsan queris transcendere sensus:
Hoc eme Zerbeum Sedule lector opus.
Que Scotus | Thomasve sacer sensere: volumen
Explicat: & partes Conciliatoris agit.

Sequitur aliud opusculum, *in quo aliqua de pluralitate distinctionum auditoribus non inutilia adducuntur*, foliorum IX. Post quae habetur Index quaestionum, cum registro utriusque vol., foliorum trium. Ad calcem primi neque subscriptio, neque registrum. Primo folio verso primi volum. legitur Epistola dedicat. Auctoris ad Sixstum IV. Editio est charact. Gothico nitidissimo, duabus columnis, cum signaturis tantum. Exstat in Angelica.

V.

„ LVCIDARIO Libro così detto, Dialogo tra Maestro e Scolaro.
„ Per Dom. di Silvestro de' Cini da Monte Pulciano. 10. Marzo. *in* 4°.
„ Bologna 1482.

Ex Orlandio editionem memorat Maettarius, pag. 439.

VI.

„ IOHANNIS IACOBI CANIS J. V. D. Libellus de Tabellionibus. Cura & industria non modica Magister Henricus de Colonia impressit Bononie die XXII. Mensis Martii anno a nativitate D. N. I. C. 1482. *in* 4°.

Ex Mittarellii Appendice ad Codd. mss. Biblioth. S. Michäelis Venetiarum prope Murianum, pag. 119.

VII.

Annotationes PHILIPPI BEROALDI Bononiẽsis
in Cõmentarios Servii Virgiliani Cõmẽtatoris.
*In fine:*

BONON. Impreſſum Bononie per me henricum de Colonia ſũma diligentia ꝛ cura. Anno domini. Mcccclxxxii. die xij. mẽſis Nouẽbris. (*in* 4°. *par.*)

Praecedit Auctoris Epiſtola dedic. ad Franciſcum Caſatum Mediolan. Ducalem oratorem, & in fine, ſeu ultimo folio verſo, habetur ejuſd. Beroaldi hendecaſyllabon ad libellum, quod incipit:

I curre ad dominum citus libelle
I recta ad nitidi lares Caſati.

Editio eſt charact. Goth. nitido cum ſignaturis, plagularum 34. Exſt. in Caſanat. & in collect. Abb. Nic. de Roſſi. Annos vix natum 26. hoc opuſculum ſcripſiſſe Beroaldum, narrat Fantutius, tom. II. Scriptorum Bonon. p. 120.

VIII.

„ ALBERTI M. Liber Secretorum de virtutibus Herbarum, Lapidum, & Animalium quorundam. Bononiae per Petrum de Heydelberga, 1482. *in* 4°.

Ex Biblioth. Pinell. Catal., tom. I. pag. 301. Non arridet hujus edit. titulus, qui legitur in Suppl. Maettariano Deniſii, pag. 143.

IX.

„ PENTATEVCHVS Hebraicus cum punctis & cum paraphraſi Chaldaica & Commentario rabbi Salomonis Iarchi. in folio. Bononiae anno CCXLII. Chriſti MCCCCLXXXII.

*Praeſtantiſſimam hanc rariſſimamque* Pentateuchi *editionem* (verba ſunt cl. Johannis Bernardi de-Roſſi), *cujus bina apud me exſtant membranacea exempla, illuſtriores ipſi harum rerum ſcriptores Bartoloccius, le Longius, Maittairius, Wolfius penitus ignorarunt, primuſque omnium eam detexit doctiſſimus Marchio Scipio Maffeius, qui perbrevem ſed accuratam illius notitiam exhibet in Verona illuſtrata. Pluribus deinde Saxii & Quirini &c.* Haec cl. Scriptor in ſuo egregio opere *de Hebraicae typographiae origine*, pag. 16. & ſeqq., ubi cuncta quae ad editionis hiſtoriam, ejuſque rationem pertinent, accurate perſequitur. Praeter tria ante memorata exempla, alia quatuor citat: quorum unum exſtat in Biblioth. D. Margravii Baden-Durlac, alterum in Biblioth. Emin. Zeladae, tertium in Caſanat., quartum in Mutinenſi Ateſtina.

X.

„ MEGHILLOTH, ſeu *Ruth*, *Eccleſiaſtes*, *Canticum Cantic.*, *Threni*, *& Eſther* cum Comment. in fol. ſine loco & anno, ſed Bononiæ An. MCCCCLXXXII.

Deſcribitur altera haec rariſſima Hebraica editio ab eodem cl. de Roſſi in libro de *Ignotis nonnullis antiquiſſimis Hebr. textus editionibus*, cap. 1., ubi inter caetera

tera haec habet: *Sacer Textus charactere Hebraeo quadrato cum punctis ac accentibus exaratus est, Commentarii* (1) *vero, rabbinico exiliori, factaque collatione idem prorsus est cum charactere Pentateuchi*, sub num. super. relati. Praeter exemplum quod ipsemet cl. Scriptor possidet, aliud exstare Romae in Biblioth. Neophytorum, significatum sibi fuisse narrat a cl. P. Gabr. Fabricy Theol. Casanat. BONON.

## MCCCCLXXXIII.

### I.

„ Porretane ovvero settanta Novelle di Messer GIOVANNI SA-
„ BADINO degli Arienti Bolognese. In Bologna per Enrico di Co-
„ lonia, l'anno 1483. *in fol.*

Sub nomine *Joannis Sebadeni de Arientis* editionem hanc ex catalogo Josephi Smithi citat Maettarius, tom. 1. pag. 451. Justiorem esse puto Orlandii recensionem non tantum quia italico sermone expressa est, sicuti est opus ipsum, sed praesertim quia verum Auctoris nomen (quod fuit Sabadino, *Sabadinus*, & non *Sabadenus*, Sebadeno aut Sebadino) prodit. Novellas in hoc opere contentas majori ex parte philosophicas esse, & circa animae systema versari, scribit Deburius, *Belles lettres*, tom. 2. pag. 75.

### II.

„ HIERONYMI MANFREDI Centiloquium de Medicis & infirmis.
„ Bononiæ apud Bacilierium de Bacilieriis. 1483. *in* 4°.

Lindenius Renovatus, pag. 424. Sed fortasse hic error inest in anno. *Vid. sub anno* 1489.

### III.

„ ALEXANDRI TARTAGNI lib. Consiliorum: per Henricum de
„ Colonia. fol. Bononiæ 1483.

Orlandius, pag. 414. *Vid. sub anno seqq. num.* 1.

### IV.

PAVLI de CASTRO super prima. ff. veteris diligen
tissime ⁊ accuratissime castigata ultima ac ꝓpe di
uina opera cõposita secũdum lectũraȝ patavinam
cõmentaria feliciter inchoant.

*in calce*:

Finis dñi Pauli d' castro super prima parte. ff.
veteris. Impressum Bononie anno dñi. M. cccc.
lxxxiij. xxi. octobris.

(*in fol. magno*)

Edi

(1) Comment. in 4. priores libros sunt R. Salom. Jarchi, in Estherem, R. Aben Esrae.

BONON. Editio incipit folio recto, & desinit verso, in cujus altera columna paulo infra medium legitur adducta subscriptio, in qua desideratur typographi nomen: quem fuisse Henr. de Colonia, qui hoc tempore Bononiae maxime florebat, affirmare non sinit editionis character (qui Gothicus est) alius plane a characteribus mihi notis ejusdem typographi. Ultimum operis folium aliud consequitur, registrum signaturarum & foliorum voluminis continens (1). Exstat in Casanatensi.

## MCCCCLXXXIV.

### I.

„ LUDOVICI BOLOGNINI Repertorium ad IV. volumina Consilio-
„ rum Alexandri Tartagni. Bononiæ per Henricum de Colonia
„ 1484. *in fol. magno*.

Duo praemittuntur huic Repertorio, bibliographiae studioso non occultanda: primo, prolixissima inscriptio seu potius elogium, auctore anonymo (qui tamen fortasse fuit Bologninus ipse); secundo, Epistola ipsius Bolognini ad Jureconsultos omnes, &c., utrumque datum eadem die, seu 1. Martii anni 1484. Primam & ultimam inscriptionis partem hic recitare operae pretium est, quod ad praesens institutum maxime faciant. Prima ejusmodi est: *Incipit Repertorium aureum nuper compilatum per* ..... d. Bologninum ... *ad inveniendum miro quodam ac facili ordine sigillatim omnes casus nec non alia principaliter & incidenter contenta & decisa in quatuor voluminibus Consiliorum ad lucem literis aeneis editorum tam in illustrissima Venetiarum urbe, quam in praefata Bononiae opulentissima civitate, praestantissimi in utraque censura Dei & jureconsulti* .... *Alexandri Tartagni, &c.* Altera sic habet: *Sileant ergo omnia repertoria, hoc excepto, quod verum, & unicum est, ab eo* (Bolognino) *vere compilatum, & ad unguem peractum ad laudem & gloriam supremi Tonantis, totiusque curiae triumphantis*, & *Sancti* Petri martyris, *cujus festum hodie celebramus. Datum Bononiae anno Domini MCCCC. LXXXIIII. die prima Martii in domo Magistri* Henrici de Colonia *librorum impressoris*.

Ex hisce manifestum est, quatuor priora Consiliorum Tartagni volumina, eo tempore sive anno 1484., tum Venetiis, tum Bononiae impressa, jam exstitisse & in studiosorum manibus fuisse versata. Revisis autem superioribus annis hujus nostri Speciminis, facile erit animadvertere, ex quatuor hisce voluminibus unum a nobis praetermissum esse; nisi forte existimare vellemus, ejusmodi volumen illud esse, quod ex Orlandio retulimus sub anno 1483. Quo posito dicendum esset, secundum aut tertium volumen impressum fuisse post quartum, quod lucem vidit anno 1481., uti sub hoc anno visum est: quae tamen hypothesis non modica difficultate implicatur.

In edit. Francofurtensi Consiliorum Tartagni anni 1610., in qua Consilia non per volumina, sed per libros distributa sunt (qui tamen libri respondent voluminibus veterum editionum) primus liber continet Consilia, quae habentur in primo volumine edit. Venetae anni 1477., quod nihil differre puto a primo vol. edit. Bononiensis anni 1476., suo loco relatae. Secundus liber ea Consilia exhibet, quae ab Henr. Coloniensi excusa fuere Bononiae anno 1480. Tertius liber continet consilia CXX., quae in voluminibus editionum Bononiensium Henrici Colon.

(1) Ex hoc registro patet vol. plagulas esse 210.

lon., quae mihi ad manus sunt, omnino desunt. Liber quartus exhibet consilia quarti volum. edit. Bonon. anni 1481. Quintus liber continet Consilia CLXXXIX. eadem prorsus, quae habentur in quinto vol. editionis Bononiensis anni 1490. suo loco referendae. Restat ergo ut tertium volumen edit. Bononien. illud fortasse sit, quod, Orlandio teste, lucem vidit anno 1483. biennio post editum volumen quartum. BONON.

Haec tamen est pura suspicio & levissima conjectura, cujus in praesentia nullum, ne probabile quidem, argumentum afferre nobis licet. Revolutis enim primo Maettarii Annalibus, eorumque amplissimo Supplemento a Denisio vulgato, non modo quidpiam reperire potuimus, quod conjecturam de volumine ab Orlandio sub anno 1483. memorato firmaret; sed, (quod spectat ad quatuor priora Consiliorum Tartagni volumina, tam Bononiensis quam Venetae editionis, quae dubio procul exstabant anno 1484.) ex utroque hoc fonte minus proficere licere, quam ex lectione hujus nostri Speciminis, deprehendimus. Nam in Annalibus primum tantum vol. edit Venetae anni 1477. memoratur (1); & ex edit. Bonon. 1. volumen anni 1483. ex Orlandii fide; 2. ex Biblioth. Francofurt. vol. anni 1490. (quod ad rem non facit, & male volumen IV. inscribitur). In supplemento vero, ex Veneta edit. refertur tantum primum anni 1477., multo tamen accuratius quam in Annalibus; ex Bonon. autem non citatur nisi primum anni 1476. & quartum anni 1481., omisso vol. anni 1480. (quod ut ex iis, quae ante diximus, patet, est secundum), & tertio, cujus annum inquirimus, & de quo hoc unum in praesens certo scimus, ipsum exstitisse anno 1484.

Aliis catalogis, post haec, examinatis, cum multo minus me proficere sentirem, ab ulteriori perquisitione cessandum esse duxi; & pro tertio volum. Bononien. editionis, vel volumen ab Orlandio memoratum interea habere, vel, quod tutius est, nil omnino de eo statuere.

Ad uberiorem autem illustrationem eorum, quae dicta sunt de duobus voluminibus Bonon. edit. annorum 1480. & 1481., quae ad manus habeo; advertendum est primo, titulum & subscriptionem voluminis anni 1480. accuratissime & integerrime in hoc Specimine exhiberi, ne minimo quidem apice praetermisso aut variato. In prima autem subscriptionis linea, quidpiam deesse, post vocabulum, *numero*, manifestum est: id enim vocabulum exigebat, ut volumen secundum aut tertium diceretur, quomodo sequens anni 1481. dictum est *quartum*. Tituli autem verba illa, *ultra ea quae* Venetiis *impressioni tradita sunt*, intelligi possunt (ut mihi quidem videtur) aut de voluminibus ante id temporis Venetiis jam impressis, aut de ipsis Consiliis volumine I. comprehensis. Ex Registro autem hujus vol. cujus suo loco facta est mentio, liquet ejus folia seu plagulas esse 264. praeter quatuor Indicis.

Folia porro quarti vol. ex ejus Registro apparet esse 164. praeter 7. tabulae. Suo loco, seu pag. 46., diximus ejusmodi tabulam opus esse Lud. Bolognini; idque declarari in prolixa inscriptione eidem praeposita, rursumque repeti in prolixiore (non multo tamen, uti perperam ibi diximus) subscriptione, eidem subjuncta. Nunc vero in inscriptione hujus Repertorii id quodammodo negatur his verbis: *Alia igitur omnia repertoria hucusque ad dicta Consilia facta nihil valent: & inter alia illud, quod est in quarto volumine dictorum Consiliorum, quod fuit descriptum sub nomine praefati* D. Ludovici, *& non bene*. Constat hoc Repertorium generale ex 46. foliis, cum signaturis. Ejus character Gothicus est & alius a charact. Consiliorum, eoque minus elegans minusque nitidus. Exstat colligatum cum 4. Consiliorum vol. in Casanat.

II.

(1) Tom. I. pag. 774.

BONON.

II.

„ OLIVERII SONTI Libellus de distinctionum pluralitate. *in* 4°.
„ Bononiæ 1484.

Ex Biblioth. Baluz., & Menars. refertur a Maettario, tom. 1. pag. 778.

MCCCCLXXXV.

I.

„ JACOBVS de FORLIVIO super Generatione Embrionis Avi-
„ cennæ cum Quæstionibus, per Henricum de Colonia, Nonis
„ Martii, *in fol.* Bononiæ 1485.

Maettarius, tom 1. pag. 471. ex Orlandio.

II.

NICOLAI de ORBELLIS Andegavensis Ord. Min. Philosophiæ Peripateticæ ad mentem Scoti compendium. *Partes III. voll. II. in* 4°.

*Ad calcem primi:*
Impressuꝫ Bononie ꝑ Magistruꝫ
Henricū de Harlem Anno do
mini Mccccłxxxv.
*Ad calcem secundi:*
Impͣssuꝫ Bonōie impensis Henrici ď haerlem (*sic*) ꝛ Mathei cre
scētini bononieſ᷒ socioꝝ. anno dñi. Mccccłxxxv. ultīa martii.

Editionem curavit Petrus Almadianus Viterbiensis, cujus duo in ipsa habentur epigrammata; alterum primo folio recto primi vol., alterum, postremo recto secundi. Primum ejusmodi est.

Petrus Almadianus Viterbiensis.
phi cultor
Nycolao Dor. Gallico. F.
Nuper eras Gallis vix tu bene cognitus oris
Nunc celebris toto nosceris orbe liber.
Nam te Maurus: Arabs: Germanus: Celtiber: Indus.
Atq; Italus: magna sedulitate legunt.
Tu breuiter Scoti sensus: mentemq; sagacem
Pandis: ꝛ utilibus fers documenta notis.
Nunc Peripatetici iuvenes legitote libellum.
Nam breue Dorbelli pagina prebet iter.

Al-

Alterum sic habet: BONON.

Petrus Almadianus Viterbiensis. phi. cultor
Ad le cto rem.
Finis adest docti lector studiose libelli.
Qui medio exili venditur ere foro.
Hunc eme quid cessas numerato protinus huius
Nam brevitas cunctis ingeniosa placet.
Adde ꝙ Henricus preclarus in arte. volumen
Pressit. ⁊ est studio menda repulsa meo.

Praeter haec duo epigrammata, primo folio verso primi vol. legitur brevis praefatio ejusdem, ut videtur, Almadiani: cujus priori parte paucis operis praestantiam exponit; secunda tres ejusdem partes recenset: quarum *prima* (inquit) *pertractat multa spectantia ad Arithmeticam & Geometriam. Secunda pars principalis..... amplectitur brevem expositionem librorum Physicorum, &c. Tertia pars principalis..... amplectitur auream expositionem duodecim librorum Metaphysicae Aristotelis..... secundum mentem doctoris subtilis Scoti.*

Utrumque volumen est eodem Gothico charactere, duabus columnis, cum signaturis, & registro ad calcem: ex quo apparet, prioris folia esse 104., alterius 96. (1). Inaccuratus est admodum Orlandius (quem exscribit Maettarius) in hujus libri recensione. Exst. in Casanat., & in selectiss. Biblioth. Excellentiss. Ball. Cajetani Valentii Gonzagae, Mediolani.

## III.

„ BARTOLOMEO MINIATORE Formolario de Epistole vulgare
„ Missive e responsive, & altri fiori de ornati parlamenti. Bologna
„ per Vgo Ruggeri stampatore. adi 20. di Aprile 1485. *in* 4°.

Orlandius, pag. 111. et ex ipso Maettarius, tom. I. pag. 471. Vid. sub an. 1490.

## IV.

„ DINI MVGELLANI Lectura super tit. de Actionibus. Bononie
„ per Joannem Walbeck & Barthol. Trajecti. 1485. *in fol.*

Denis, pag. 203.

## MCCCCLXXXVI.

## I.

„ CONCORDANTIAE Bibliorum & Canonum: Bononiae per
„ Henricum de Colonia 1486. *in fol.*



(1) Ex registro vol. II. apparet quidem ejus folia, seu plagulas, esse 96., reipsa autem sunt 94. tantum: postrema siquidem hujus registri series signata litera M non secus ac praecedentes omnes, quatuor foliorum initia exhibet, cum tamen sint tria tantummodo: nam pro secundi folii initio scriptum in ea fuit initium secundae paginae primi folii, quod alias me observasse non memini: & postremus hic scapus haud est quaternus, sed ternus.

BONON. Memoratur haec editio a Longio in Bibliotheca sacra ed. 1723. tom. II. pag. 405., sed loco Henrici de Colonia nominat quendam Hugonem de Colonia. Cum vero typographi nomine refertur a Caillio, Orlandio & Maettario.

II.

„ SEX. JVL. FRONTINVS de re militari. Bononiae 1486. *in fol.*

Ex Catalogo Amerbach. editionem laudat Maettarius, pag. 479. (1): sed forsitan in hoc Catalogo incuria amanuensis vel typographi, annus 1496., quo sine dubio Frontinus aliique tres scriptores de re militari lucem viderunt Bononiae, in annum 1486. conversus est. Nullum certe hujus editionis exemplum mihi videre hactenus licuit. Vide sub anno 1496.

III.

„ ALEXANDRI ARIOSTI Ord. Min. Tractatus de Usuris. Ad
„ calcem, Venerabilis ac utriusque juris peritissimi viri fratris Ale-
„ xandri Ariosti de Ferraria ordinis Minorum opus perutilimum &
„ copiosum de usuris Deo favente feliciter explicit. Impressum ve-
„ ro opera & impensis prudentis juvenis Balthasaris de Hyrube-
„ ria. Anno Domini M. CCCC. LXXXVI. die octava Aprilis. *in* 4°.
„ Semigothici characteris.

Decerpta haec sunt ex Append. ad Codd. mss. Bibliothecae S. Michaëlis Venetiarum prope Murianum cl. Mittarellii col. 24. & 25., ubi & alia scitu digna in medium affert cl. Scriptor, a nobis brevitatis causa omittenda.

IV.

RVBRICE IVRIS CI
vilis z. canonici: z primo rubr
ice. ffoꝝ. z primo. ff. veteris.
*In calce:*
Impressuꝫ in alma ac inclita ci
vitate Bononie per me Vgonē
de Rugeriis sub divo z illustri
dño. d. Iohanne secũdo Benti
volo queꝫ de⁹ in statu felici cõ-
servet. Anno domini. 1486. die
nono Ianuarii.
Finis.

(*in* 4°.)

Est libellus ex 14. tantum plagulis, sive quaternione uno & uno ternione constans, charact. Gothico excusus, duabus columnis, cum signaturis. Exstat apud Can. Devoti.

V.

(1) Memoratus & in Biblioth. Lat. Fabricii edit. Jo. Aug. Ernesti, lib. II. pag. 373. ubi *falso* dicitur *per* Phil. Beroaldum. Sed hoc nihil est.

V.

„ LVDOVICI BOLOGNINI Syllogianthon sive Collectio Florum
„ in Decretum. Bononiæ per Vg. Rugerium Anno a nat. Salvatoris
„ MCCCCLXXXVI. die X. Jan. *in* 4°.

Denis, pag. 209. quem videsis.

VI.

„ Decretorum GRATIANI Summarium. Bononiæ per Hug. Ru-
„ gerium 1486. *in fol.*

Idem, pag. 212.

## MCCCCLXXXVII.

I.

NICOLAI BVRTII parmensis: musices professoris: ac juris pontificii studiosissimi: musices opusculuȝ incipit: cum defensione Guidonis aretini: adversus quendam hyspanum veritatis prevaricatorem.

*In fine:*

Impēsis Bñdicti librarii bonoñ. ac suma (*sic*) industria Vgonis de rugeriis: qui propatissimus (*sic*) huius artis exactor imp̄ssus Bonōie. Año dñi. M. CCCC. lxxxvij. die ultima aprilis.
(*in* 4°.)

Ad operis calcem subjungitur Auctoris carmen elegiacum ad lectorem, sub quo legitur adducta subscriptio, qua completur ultimum folium rectum voluminis, versum vacat. Editio est charactere Gothico, seu semigothico grandiori cum signaturis tantum, quae pertinent usque ad i 11. Praecedentes scapi omnes sunt quaterniones. Notis musicis ligno insculptis ornatum est opus. Desideratur haec editio apud Orlandium & Maettarium: describitur autem a Deburio, *le Jeune*, in sua Bibliographia instructiva, *Jurisprudence*, &c. pag. 540. his verbis: *Ce volume est assez rare & recherché des Curieux. Il est imprimé en lettres Gothiques, & orné de figures, & de Notes de Musique. On lit à la fin une Piéce de Vers Latins, au bas de laquelle se trouve la description suivante, qui termine le volume.* Impensis Benedicti, &c. Ante Deburium editionem retulit cl. J. B. Martinius in sua Musices historia, tom. I. pag. 451., addens exemplum a se visum esse cum adnotationibus mss. incerti auctoris. Exst. in Collect. Abb. de Rossi.

II.

„ TROYLI MALVITII tractatus de canonizatione Sanctorum:
„ apud Vgonem de Rugeriis. Bononiæ 1487. *in fol.*

Ex Jacobo Longio editionem memorat Maettarius, pag. 491.; omnino de ea silet Orlandius: exstat vero in Collect. Abb. de Rossi.

BONON.

III.

„ MICHAELIS SAVONAROLAE medici opus de Pulsibus uri-
„ nis &c. Bononiæ per Henricum de Harlem, & Johannem Wal-
„ bech 1487. *in fol.*

Maettarius, pag. 483. addens in subjecta nota (5): *De Savonarolae edit. vid. Bibl. Amerbach. pag. 44. ubi Mich. Savonarol. de Febrib. & Canon. de Febribus Bonon. 1487. fit mentio: quae omnia simul edita.* Refertur ab Orlandio, pag. 112.

IV.

Incipiunt casus celeberrimi ac famosi
Iuris utriusque doctoris & monarche
dn.BERNARDI PARMENSIS canonici ecclesie
Bononiensis, *&c. prorsus uti sub anno* 1477.
*In calce ad latus registri:*

Impressum Bononie per
Henricum Harlem ꝛ ioan
nem vvalbech socios: Anno.
M. cccc. lxxxvii. penultĩa die
Novembris.
(*in fol.*)

Editio est charactere Gothico, duabus columnis, cum signaturis tantum, (quas ob temporis defectum recensere non licuit) & registro earumdem & foliorum in fine, sive ultimo folio recto, col. 1., & ad ejus latus, sive col. secunda, occurrit allata subscriptio, *Impressum* &c. Vidimus praeclaram hanc editionem in privata instructissimaque Biblioth. SS. D. N. Pii PP. VI., & ex attenta lectione cum inscriptionis tum subscriptionis ejusdem, quas easdem omnino esse ac eas, quas retulit cl. Sartius in Historia cll. Proff. Archigymnasii Bonon. tom. I. pag. 359. animadvertimus, statim intelleximus cl. Scriptorem de hac sine dubio loqui voluisse; sed indiligentia vel amanuensis, vel typographi, in subscriptione, quae legitur citato loco, in anni notis unam omissam fuisse decadem; sicque annum 1487. conversum fuisse in 1477. Conferat Lector subscriptionem huc allatam, ex ipso originali a nobis scrupulosissime exscriptam, cum ea, quam ex Sartio exhibuimus sub anno 1477., ac tum ex verbis utriusque, tum praesertim ex nota diei intelliget, utrobique unam tantum editionem, h. e., anni 1487. designari; sed ibi erronee, hic vero accurate: quae una praeterea a vulgo Bibliographorum memoratur.

V.

PROPERTIVUS cum Commentariis Phil. Beroaldi.
*In fine:*
Cõmentarii in propertiũ a Philippo Beroaldo editi Anno salutis M.cccc.
lxxxvi.
impressi vero Bononiæ Anno. M.cccc.lxxxvii. in cõmune a Benedicto
hectoris li

bra-

brario & Platone de benedictis impressore solertissimo civibus bononien sibus. BONON.

Huic autem provinciæ ut emendate et diligenter imprimerentur prefuit (*sic*) Hierony mus Salius faventinus litterarū litteratorūq; studiosissimus.

Finis,

(*in fol.*)

Praecedit longa Epistola dedicatoria Beroaldi ad Minum Rossium Senatorem Bononiensem, ad cujus calcem subjunguntur aliquot loci partim ab ipso proprio Marte emendati, *partim accuratius explicati, quam ab aliis explicari soleant*. Hi loci, qui sunt num. XXVII., cum ipsa Epistola duo priora occupant voluminis folia. Duplici charactere est editio, utroque Romano, nitido & eleganti, majori pro textu Propertii, & minori pro comment. Beroaldi. Ultimo folio verso occurrit hendecasyllabon Auctoris XXXVI. versuum, & infra allata subscriptio, qua completur pagina. Editio est cum signaturis tantum; & reperitur in Collect. Abb. de Rossi.

## MCCCCLXXXVIII.

### I.

CAII SVETONII TRANQVILLI De Vita. XII. Caesarum Liber Primus Incipit.

*In fine:*

Opus hoc exactum & impressum est Bononie di
ligentissime per me Platonem de Benedictis
stāpatoré eiusdem civitatis civem: Anno sa
lutis. M. cccc. lxxxviij. septimo ca.
lendas Martias Ioanne Ben
tivolo Bononiensis Sena
tus principe.
REGISTRVM.

(*in fol.*)

Adducta subscriptio typographi habetur ultimo folio recto, & supra eam haec leguntur: *Ad lectorem. Quicunque Tranquillum emendatissimae lectionis habere cupis, hunc eme, & securus abi. Nam Simon Pasqualis Iadextinus (vestrum* Ardalides *delitium) accurata id egit emendatione ut quod impediat legentes, frustra hic perquiratur. Quare vel ex hac impressione unum habeas, vel nullum quaeras.* Infra vero eandem subscriptionem haec de registro notantur: *Omnes sunt terni, nisi duo extremi, quorum* a *est quaternio,* q *vero duo continet folia*: ex quo quidem intelligi potest de numero foliorum voluminis. In ejus principio occurrunt Ausonii Carmina de Svetonio & XII. Caesaribus, quibus subjungitur *Philippi Beroaldi Bononiensis viri clarissimi de Vita C. Svetonii Tranquilli* brevis comment. Editio est charactere Gothico grandiore, cum signaturis tantum; ejusque exemplum exstat apud Can. Alb. Devoti.

II.

BONON.

## II.

„ PHILIPPI BEROALDI annotationes in varios Auctores anti-
„ quos editæ MCCCCLXXXVIII. impressæ Bononiæ eodem anno
„ MCCCCLXXXVIII. in commune a Benedicto Hectoris & Plato-
„ ne de Benedictis; huic provinciæ præfuit Hieronymus Salius Fa-
„ ventinus. *in fol.*

Deest haec editio apud Orlandium; recensetur vero a Maettario, tom. I. pag. 498. inter eos libros, quos post primam suorum Annalium editionem sibi videre contigit, omissis tamen verbis illis, *in varios auctores antiquos*, quae titulo ab ipso exhibito, majoris perspicuitatis gratia, addita sunt ex Bibliotheca Bononiensi cl. Fantutii, tom. 2. pag. 121., ubi ea accurate describitur. Addimus quoque ex eodem fonte, ejusmodi Annotationes esse num. C., ipsisque praemitti Auctoris Epistolam dedic. *ad Vldricum Rosensem Bohemum* discipulum suum; & ad calcem haberi hendecasyllabon in ejusdem discipuli sui laudem. Auctores, quos in hoc opere illustrat, vel emendat Beroaldus, videri possunt in eadem Bibliotheca (1).

## III.

FRATRIS BAptistæ mantuani Carmeli
tæ Theologi ad Ludovicum Fuscararium
et Ioannem Baptistam Refrigerium cives
Bononienses Parthenice ĩcipit fœliciter.
*Ad calcem operis legitur:*
Bononiæ æditum(*sic*). iii.id.Feb.M.cccc.lxxxi.
*& infra:*
Fratris BAPTISTAE MANTVANI Carmelitæ
ad Beatam virginem Votum.
*In cujus calce:*
Bononiæ Castigatissime impressum: Cura
Cæsaris de Nappis. Impensa Benedicti hecto
ris librarii. Opera vero Platonis diligentissimi
impressoris Bononiensium. Anno gratiæ
M. cccc. Lxxxviii. xvi. KL. novenbres (*sic*).
(*in* 4°.)

Prae-

(1) Hisce jam sub praelo sudantibus, in memoriam rediit, ejusmodi Annotationes ex Brixiana edit. anni 1496. exstare in Casanat., quam illico conferre operae pretium duximus, ut intelligeremus, num ea quae ex Fantutio ad hujus edit. descriptionem addidimus, cum veritate omnino congruerent; nec frustra. Nam primò observavimus in titulo editionis has annotationes, *centum* inscribi; verba autem illa, *in varios auctores antiquos*, nullibi in volumine occurrere. Observavimus deinde in principio vol. haberi Beroaldi Epistolam ad Vldr. Rosensem, & in fine hendecasyllabon ejusdem ad eundem, uti scribit Fantutius. Constat hoc hendecasyllabon ex 26. versibus, quorum priores quatuor hic excitare placet:

Uldrici nitidos lares adite
Centenæ simul annotationes:
Atq; a limine protinus salutem
Centenam dicite regulo rosensi.

Praecedit Epistola nuncupatoria Poëtae ad Ludovicum Fuscararium & Joh. Bapt. Refrigerium; cui subjungitur longum *Apologeticon ad eosdem*, contra suos obtrectatores, eos nempe, qui ipsum *levioribus studiis delectari, nec carmina religiosum virum decere* ajebant. Continentur haec decem plagulis rotundo ac minori, quam opus ipsum, impressis charactere. Editio est cum signaturis tantum. Vid. sub anno sequenti, num. 1. BONON.

IV.

Domini SALADINI de ESCVLO Serenitatis principis Tarenti phisici principalis: aromatarioꝝ ɔpédium feliciter incipit.
*In fine*:

Compendium aromatariorum Saladini principis tarenti dignissimi medici: diligenter correctum et emendatum: Impressum in almo studio Bononiensi: per me Benedictum ectoris librario (*sic*): feliciter finit. Anno domini. Mccccclxxxviii. die xij. martii: sub divo Iohañe bentivolo.
(*in fol.*)

Hujus editionis notitiam ex Jacobo Longio accepit Maettarius, ut ipsemet refert pag. 494. Error vero a typographo in voce, *Librario*, admissus, & a Longio notatus, editionem ab ipso tractatam fuisse demonstrat. Est charact. Goth. cum signaturis, registro & typographi insigni. Ex registro colligitur vol. folia esse 36. Exst. apud Abb. Joannutium & Can. Devoti.

V.

„ ANDREAE BARBATIAE Lectura. *Ad calcem*: Finit aurea Le-
„ ctura (1) summi . . . . una cum additionibus & apostillis po-
„ stea per ipsum factis . . . . impressa Bononiæ studio & impen-
„ sis Vgonis de rugeriis. Anno a salute christiana MCCCCLXXXVIII.
„ die VIII. Martii. *in fol.*

Ex Denisii Suppl. Maettar. pag. 240.

VI.

Incipit prologus de propositõibus universalibus ARISTOTELIS.
*In fine*:

Finiũ propositiones universales Aristotelis sũma diligentia emendate.

Im-

(1) Bis nominatur Lectura, & bis siletur ejusdem argumentum.

BONON.

Impresse Bonoie studiorum matre per Vgonem Rugerius. Anno incarnationis domini nostri ihesu Xpi. M. ccccLxxxviii. die vero. xv. Aprilis.
(*in* 4°.)

Post Aristotelem sequuntur propositiones, sive auctoritates quaedam Averrois, Senecae, Boëthii, Platonis, & Apuleji; quibus subjungitur tabula librorum, ex quibus decerptae sunt, duabus impressa columnis, cum opus ipsum integra pagina excusum sit. Adductae subscriptioni subjectum est registrum signaturarum, ex quo intelligitur voluminis plagulas esse 68. Character Gothicus est. Exstat apud Can. Devoti. Confer de hoc libello Mittarellium in Append. ad Cod. mss. Biblioth. S. Mich. Venetiarum prope Murianum, pag. 26.

VII.

Tractato de le piu maravegliose cose e piu notabile che si trovino ĩ le pte del mondo reducte e colte sotto breuita in lo psente compẽdio del serenissimo cavalier a speron doro JOHÃNE de MÃDAVILLA nato nela cita de sancto Albano . . . . .
*In fine:*

Impresso ne lalma ꝛ inclita citade di bologna per mi Vgo di Rugerii. Sotto al divo ꝛ illustrissimo prĩcipe e signore Giovanni secõdo bẽtivoglio. Sforcia. di vesconti. daragona. Neli anni del nr̃o signore messer Iesu Xpo. Mcccc. lxxxviii. adi. iiii. di luglio. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. Tutti sono quaderni.
(*in* 4°.)

Edit. est caract. Gothico, pag. bipartita, & desinit fol. verso. Infra subscriptionem habetur insigne typographi. Exst. in Coll. A. Nic. de Rossi.

VIII.

Preclarissimi artiũ ꝛ medicine doctoris CRISTOPHORI GEORGII de HONESTIS florentini sup antidotario Mesue clara ꝛ maxime necessaria expositio.

In

*In fine :*

Explicit utilis expositio Xpofori Geor
gii de honestis florentini super antidotario
Mesue. cuз tractatu de aqua ordei. Et de
modo faciendi ptisanam pm cōmunem mo
dum practicantium diligentissime emenda
ta. Impressa in Inclyta ciuitate Bononie
per Henricum de Harlem et Iohannem
Valbech. socios. Anno domini. M.cccc. lx
xxviij. xv. Aprilis.

Registrum chartarum.

(*in fol.*)

Ex Jacobo Longio, scriptore utique accurato, editionem hanc refert Maettarius, tom. I. pag. 503., cui idcirco omnino assentiendum esse statuo, etsi Orlandius non omni ex parte cum eodem concordet; aliam siquidem diem, octavam nempe Maji, editioni assignat. Idem Orlandius, observante eodem Maettario, aliam hujus operis editionem sub nomine Benedicti Hectoris, cum eadem nota anni 1488. memorat, pag. 114., quam forsan eandem esse ac praesentem suspicatur cl. Annalista, *quod*, uti ait, *cum typographi essent socii, in exemplaribus aliis hujus, in aliis illorum nomina adscribebantur* (1).

## IX.

„ HIERONYMI MANFREDI med. & astrolog. centiloquium de
„ medicis & infirmis: apud Bacielerium. Bononiæ 1488. *in* 4°.

Recensetur haec editio a Conrado Gesnero in Biblioth. fol. 328., qui & addit: *char. duabus cum dimid.* Cum ipso concordat Simlerus in Epitome ejusdem Bibliothecae, pag. 348. edit. 1583.; eorumque auctoritate nixus eam retulit Maettarius in suis Annalibus, tom. I. pag. 500. (2). In Lindenio renovato G. Abr. Merklini, pag. 424. loco edit. hujus anni, memoratur editio anni 1483. per eumdem typographum. Vid. sub anno seq.

## X.

„ LACTANTII Opera. Bononiæ 1488. *in fol.*

Ex Catalogo Gudiano, pag. 33. editionem refert Maettarius, pag. 498.



(1) Orlandius parte II. sui operis *ulterioribus studiis* &c. elaborata, pag. 345. tres ejusdem anni 1488. Bononienses hujus operis editiones citat. I. *per Jo. Noerdligen & soc.* II. *per Bened. Hectoris*. III. *per Henr. de Harlem & Jo. Walbech socios*. Postrema haec, quae certissima est, constat ex octo ternis & uno duerno; charact. Goth. duabus columnis & cum signaturis excusa, & reperitur apud Can. Devoti.

(2) Hanc unam hujus operis edit. agnovit cl. Fantutius, tom. V. pag. 198.

BONON.

MCCCCLXXXVIIII.

I.

FRATRIS Bap. Mant. Carmelitæ theologi ad magnificũ. D. Bernardũ bẽbũ patriciũ Venetũ et iurecõsultũ peritissimũ secũda Parthenice ĩcipit.
*In calce:*
Secundæ parthenices opus divinũ Bononiæ impsum solerti animadversione (*sic*) Francisci Cereti parmensis: cõmunibus autem ĩpensis Benedicti Hectoris Bibliopolæ Platonisq; eiusdem impressoris accuratissimi: civium bononiensium. Anno nativitatis dominicæ. M. cccc. lxxxix. Quinto idus Februarias.

(*In* 4°.)

Primum folium sistit Epist. dedicat. Auctoris ad Bernardum Bembum, ad cujus calcem adjectum est argumentum opusculi. Excusa est haec Epistola eodem rotundo & minuto charactere, quo prolegomena praemissa primae Parthenicae, sicque incipit: *Beatissimae Virginis & martyris Catharinae Vitam nuper Romae dum tu apud Innocentium Pontif. Maximum pro Re. P. tua splendidissimum Oratoris munus obires, heroico carmine complexus sum.*

Prima Parthenice superiore anno relata, historiam B. V. M. tribus libris complectitur; haec historiam S. Cathar. V. & M., ut modo dicebamus, similiter libris tribus. Utraque est heroico carmine; votum vero Auctoris ad B. Virg., ad calcem primae, & Franc. Cereti carmen in invidum lectorem, ad calcem secundae, sunt carmine eleg. Prioris plagulae, adnumeratis omnibus, sunt 70., secundae, 44. Signaturae incipiunt ab Epistolis Auctoris, & desinunt in ipsis operibus. Character seu potius characteres utriusque iidem sunt, nitidi valde & elegantes. Exstant in Casanatensi, & apud Can. Devoti.

II.

Fratris BAPTISTÆ. MANTVANI: Carmelitæ theologi. contra poetas ĩpudice loquentes Carmẽ.
*In calce:*
Finis Romæ die. xx. octobris M. ccccIxxxvii. *sequitur:*
FRATRIS Baptistæ. mant. Carmelitæ theologi ad Reverẽdissimũ ĩ christo patrẽ ac Dominũ. D. Oliverium Carafam: Sabinen. Episcopũ et Cardinalem Neapolitanum de suorum temporũ Calamitatibus Liber feliciter incipit.

In

*In fine*:

Calamitatũ nostri tp̃is opus diviuũ. Bon. ĩpressũ solerti animadiversione (*sic*) Francisci Cereti Parmensis: impensis Benedicti Hectoris Bibliopolæ: Platonisq; eiusdem impressoris accuratissimi: Civiũ Bononiensium. Anno nativitatis dominicæ .M. cccc. lxxxix. Calendis Aprilis. Regnante Illustri. D. Iohanne. Bentivolo secũdo. FINIS. (*in* 4°.) (1)

De hac editione dictum est in Catalogo Rom. edition. Saec. XV., ubi inter caetera ostendimus Auctoris Carmen *contra poetas impudice scribentes*, signatum *Romae XX. Octobris* 1487. inter Romanas editiones haud esse habendum, uti credidere Orlandius, Maettarius, & Laerius. Ad uberiorem eorum, quae ibi diximus, illustrationem, addi potest, eandem urbis Romae notationem cum die 20. Octobris anni 1487. haberi in nova opusculi editione, quae inter Elegias, & Silvas &c. Poetae prodiit Bonon. an. 1502. In hac eadem edit., Silva VII. libri primi ita subscribitur: *Finis Bononiae. Die secunda Februarii MCCCCLXXXXV.*, quam notam designare annum impressionis opusculi nemo certe somniabit. Illustrius adhuc ejusmodi subscriptionum exemplum, quae ad tempus & locum, in quo opuscula ab Auctore absoluta fuere, non vero ad tempus & locum impressionis referuntur, suppeditat Parthenice prima, in cujus calce legitur: *Bononiae editum III. Id. Febr. M. CCCCLXXXI.*, cum tamen subscriptio typographi, quae post Auctoris votum ad B. V. subjuncta fuit, liquido ostendat, volumen, nonnisi sexennio post typis fuisse excusum. Editio est eodem charact. ac Parthenicæ, & exst. in Aracael. & Casanat.

III.

Incipiunt aphorismi excellentissimi Raby (*sic*) MOYSES secundum doctrinam Galieni medicorum principis.

*In calce*:

Bononie. ĩpressum impensa Benedicti Hectoris librarii: Opera vero Platonis diligentissimi impressoris Bononiensium. Anno gratie. M. cccc. lxxxviiii. quarto calendas Iunii.

Registrum.

A. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r.

Omnes sunt quaterni excepto ultimo qui ternus est.

(*in* 4°.)

IV.

Amphorismi (*sic*) IOHANNIS DAMASCENI.

*quos excipit*:

Liber RASIS de secretis ĩ medicina q̃ liber ãpho. apellatur (*sic*). cum HIPPOCRATIS prognosticis.



(1) Ante ejusmodi subscriptionem legitur carmen elegiacum Franc. Cereti, ad Jac. M. de Lino civem Bonon.

BONON. *In fine:*

Expliciunt amphorismi Rabi moyses et amphorismi Iohan nis (*sic*) Damasceni et amphorismi Rasis cũ pronosticis ypocratis q̃ fuerunt inventa in suo sepulchro in capsa eburnea diligẽtissime Bononie impressi: impensa Benedicti hectoris librarii: cura vero Platonis de benedictis stampatoris (*sic*) acuratissimi (*sic*).

Finis. Laus deo.

(*in* 4°.)

Loco editionis, quae hic scrupulosius describitur, Beughemius, Orlandius, &, qui eos sequitur, Maettarius pag. 515. in medium afferunt editionem quandam Aphorismorum Jo. Damasceni, quam hisce verbis enuntiant: *Joannis Damasceni Aphorismorum liber. Bononiae per Platonem de Benedictis* 1489. Apparet vero Bibliographos hos vel de alia Aporismorum Damasceni editione loquutos fuisse; vel si de hac eadem loquuti sunt, inaccurate admodum eos fuisse loquutos. Nam in primis in secunda subscript. a nobis adducta, non solius Damasceni, sed & R. Moysis, & Rasis aphorismi, quos reipsa continet editio, recensentur cum Hippocratis prognost. Deinde in ipsa nulla temporis nota occurrit; ac nisi apposita ea fuisset ad calcem aphorismorum R. Moysis, qui separatim ab aliis impressi sunt, etsi in secunda subscriptione primo loco memorentur; editio inter eas numeranda foret, quarum incertus est annus. Dico Aphorismos R. Moysis separatim ab aliis impressos fuisse; quod quidem intelligitur non modo ex peculiari subscriptione ipsis apposita, sed cumprimis ex signaturis, quae aliae sunt in ipsis, & aliae in Aphorismis Jo. Damasceni aliorumque scriptorum. Signaturae in opere R. Moysis pertinent usque ad r 3., uti vel ex allato registro liquet; in Joanne Damasceno, aliisque usque ad C IIII. tantummodo. Damasceni Aphorismi occupant plagulas quatuor cum quadrante circiter; Prognostica Hippocratis unam cum dimidia: reliquae numero XVIII. fere Aphorismos Rasis continent. Character hujus editionis parvus quidem est, sed Romanus, & nitidus. Exstat editio in Casanatensi, & in Museo Abb. de Rossi.

## V.

FRATRIS BAPTISTAE Mantuani Carmelitæ theologi ad clarissimum Equitem Dominum Lodovicum Gonzalem Hispanum divi Iacobi Gallecici commendatarium dignissimum in Robertum Sanseverinatem panegyricum Carmen. *sequitur:*

FRATRIS Baptistæ Mantuani Carmelitæ theologi ad magnificum comitem Andream Bentivolum sexdecivirum Somnium romanum. *tum:*

Fratris Baptistæ Mantuani Carmelitæ theologi ad D. Falconem Protonotarium cuius beneficio ex omnibus periculis est liberatus.

Carmẽ, *seu potius Carminum congeries,*

In

*In calce* :

Ad D.. Falconem opus hoc elegantiſſimũ Bononiæ impreſſum eſt communibus expenſis Benedicti Hectoris librarii Platoniſq; eiuſdẽ impreſſoris accuratiſſimi civium Bononiẽſiũ. Anno nativitatis dominicæ. M. cccc. lxxxix. duodecimo Kalendas Auguſti.

( *in* 4°. )

Tria haec opuſcula ad unum idemque volumen pertinent; quod liquet ex ſignaturis, quae continuata ſerie per unumquodque eorum procedunt. Incipiunt ab A I. & deſinunt in G III. Scapi omnes quaterniones ſunt, duobus ultimis exceptis, qui ſunt terniones. Exſtant apud Can. Devoti, et in collect. Abb. de Roſſi.

VI.

Preclariſſimi artiũ et medicine doctoris ac etate ſua primarii magiſtri BAVERII de BAVERIIS conſilia feliciter incipiũt.

*In fine* :

Bononie Impreſſa caſtigatiſſime cõſilia preclariſſimi artium et medicine doctoris Magiſtri Baverii de Baveriis filiorum ſumptibꝫ opera vero Platonis de Benedictis ĩpreſſoris accuratiſſimi Die quinto Novembris M. CCCC. LXXXXIX.

Finis.

( *in fol.* )

Poſt haec habetur aliud folium, *tabulam omnium Conſiliorum quae continentur in volumine* ſiſtens. Character idem eſt ac Aphoriſmorum R. Moyſis, &c., binae columnae, cum ſignaturis, & numeris in medio margine ſuperiore in utraque foliorum parte poſitis (1), quorum poſtremus eſt C. LIX. praeter tabulam. Exſtat in Angelica, in Caſanat. &c.

VII.

„ Solemnis & quotidianus Tractatus de Indulgentiis tam gene-
„ ralibus & plenariis, quam particularibus & ſimplicibus per cla-
„ riſs. Juriſconſultum Equitemque digniſſimum D. LVDOVICVM de
„ BOLOGNINIS de Bononia in almo Bononiae ſtudio. Anno Domini
„ 1489. *Ad calcem*: Impreſſum in inclita Civitate Bononie per me
„ Platonem (*de Benedictis*) ſtampatorem Bononienſem. *fol. min.*

Deniſius, pag. 261.

VIII.

(1) Idem numerus inſcriptus eſt utrique foliorum parti.

BONON.

VIII.

„ Opus aureum appellatum merito roſeum memoriale divinorum
„ eloquiorum - compoſitum per R. P. PETRVM de ROSENHAYM
„ . . . . . ordinis ſancti Benedicti . . . . . . precibus ac inſtantia
„ RR. PP. predicatorum de bononia per Ludovicum Joannis de Bo-
„ logninis (1) . . . . & opera expenſiſque Benedicti librorum mercatoris
„ fidelis, anno Domini MCCCCLXXXIX. die XXVIII. Octobris.
„ *Haec initio operis, quod tandem in hunc verſum evadit*:

Dominici meritis ſim quoque tutus ego. *in* 4°.

Deniſius, pag. 275. ex Biblioth. Caeſ.

IX.

„ MATTHAEI de MATTESELLANIS de Succeſſionibus ab inte-
„ ſtato, PETRI de VBALDIS de Peruſio de Beneficiorum permuta-
„ tione, CATALDINI de BONCOMPAGNIS de Viſſo de Transla-
„ tione Sacri Concilii Baſileæ ad civitatem Ferrariæ, & de robore,
„ effectu, importantiaque Litterarum & Capitulorum ejuſdem, &c.
„ Bononiæ typis Vgonis Rugerii & Benedicti Hectoris 1489. die 18.
„ Febr. *in fol.*

Ex Biblioth. Bonon. Cl. Fantutii, tom. II. pag. 270. Vid. Deniſium, pag. 279.

X.

TRVSIANI (2) monaci cartuſienſis plusq̃ꝫ cō
mentum in librum Gal̃. qui microtechni in
titulatur.

*In fine col.* 1.

Impreſſum in alma ac inclita civitate
Bononie per me Vgonem Rugerium: ſub
divo ac Illuſtriſſimo principi (*ſic*) ꝛ domino.d.
Ioanne ſecundo Bentiuolo: Sforcia: Vice
comite: de aragonia ducali armorū guber
natore generali digniſſimo: Anno a nativi-
tate domini noſtri Iheſu chriſti. M. cccc.
lxxxix. die. x. Iunii.
(*in fol.*)

Co-

(1) Videntur in hac inſcriptione omiſſa fuiſſe vocabula, *emendatum* & *impreſſum*.
(2) Al. *Turiſani*, de quo confer Jul. de Nigris de *Scriptoribus Florent.* pag. 515. Editio refertur a Deniſio, pag. 278.

Columna secunda postremi folii recti, in quo occurrit subscriptio, habetur insigne typogr., versum vacat. Editio est charact. Gothico pulchro, sine numeris & registro, sed cum signaturis, & reclamantibus in fine quaternionum, qui sunt num. 30. Exst. in Biblioth. Aracaelit. BONON.

## XI.

MARII PHILELFI artium et utriusq; iuris doctoris equitis aurati et poetæ laureati ad religiosissimum patrem sapientemq; theologum Lodovicum Mōdellū mediolanensem ex seraphico minorum or dine præfatio in novum epistolarium.

*In fine:*

Epistole (*sic*) Marii Philelfi summopere emendate: ac Felsinæ ma gna diligentia atq; anxietate per me Bacilerium de Bacileriis Ci vem eiusdem urbis impressæ. Anno dñi. Mcccclxxxviiii.

Laus Deo omnipotenti.

(*in* 4°.)

Ex fide Jacobi Longii enuntiatur hoc opus a Maettario pag. 516. titulo *Epistolarum*. Apud cl. Saxium vero & Mittarellium, *Epistolarii* nomine, quod ab Auctore impositum ipsi fuit, designatur. Ante Auctoris Praefat. ad Lud. Mondellum, a quo opus primo editum fuit Mediolani (1) anno 1484., post Auctoris obitum, occurrit Epistola ipsius Mondelli ad Octavianum Ubaldinum Mercatelli dominum, cum hujus responsione: quae duae Epistolae, una cum auctoris Praefat. exhibentur a Saxio in Historia literario-typographica Mediolanensi a pag. CCCCLXXXV. Epistolae Ubaldini in hac edit. subjunctum est carmen in operis laudem, quod recitat idem Saxius pag. DLXXX. operis modo laudati, ipseque Mittarellius, col. 356. Post ejusmodi carmen sequitur *Ordo contentorum in volumine*, quae singillatim accurateque recenset idem Saxius, pag. CCLX., videndus. Epistola Mondelli ad Ubaldinum, cum hujus responsione & carmine in operis laudem, atque ordine contentorum, quatuor occupant plagulas signatas A. majusc. Opus ipsum signatur litteris minoribus, quae pertinent usque ad r II. Praecedentes scapi quaterniones sunt. Numeris & reclamantibus caret: infra adductam subscriptionem habetur insigne typographi. Exstat in Chisiana, Corsiniana, &c.

Huic autem Bononiensi edit. longe praestat Basileensis anni 1486. a Maettario, Orlandio, ipsoque Saxio ignorata: cujus subscriptionem huc afferre placet, eam praesertim ob caussam, quod inaccurationem Bononiensis typographi, quod attinet ad hunc articulum, ostendit. Ea sic habet:

Finit Epistolare Marii philelfi elegantissimū: Basileæ per magistrū Ioannem de Amerbach summa lucubratione impressum: Anno octogesimo sexto supra millesimū qua terq; centesimum.

(*in* 4°. (2))

(1) Dubium est utrum haec editio sit omnium prima. Confer Saxium.

(2) Denisius, qui editionem refert pag. 220., eam dicit in fol. sed falso. Opus praeterea inscribit, *Epistolae*.

XII.

BONON.

XII.

„ HIERONYMI MANFREDI centiloquium de medicis & infir-
„ mis: Hoc opus exactum per Bacielierium cognomento de Bacie-
„ lieriis Felsineum civem. XII. Kal. Decembris. Bononiæ 1489. *in* 4°.

Haec est prima editio, quam e praelis Bacielierii de Bacielieriis prodiisse memorat Orlandius (qui praecedentem omittit.) Refertur vero a Maettario in utraque suorum Annalium editione, pag. 506. secundae.

XIII.

„ NICOLAI BVRTII Parmensis Encomium Musicæ. Bononiæ
„ 1489. *in* 4.

Mazzuchellius, vol. II. par. IV. pag. 2449.

O

„ *Ejusd.* Fax Maroniana, id est observationes eruditæ in Virgi-
„ lium. Bononiæ 1489. *in* 4°.

D. Clemens, tom. V. pag. 443. Vide sub anno 1490.

XIV.

„ Trattato della Santa fede o sia esposizione sopra il Simbolo
„ delli Apostoli di Fra DOMENICO CAVALCA. Bologna 1489.

Ex Biblioth. Ital. Nic. Haymi edit. Mediolan. 1773. pag. 607. Sed fortasse editio Veneta hujusmet anni (quae tamen auctoris nomine caret) in Bononiensem conversa fuit. Veneta editio impressa fuit *Per Peregrino Pasquale da Bologna*, quae patriae impressoris nominatio forsitan locum cum loco confundendi occasionem praebuit. Frustra certe praeter Venetam editionem anni 1489. hujus operis alia quaepiam tum a me, tum ab aliis olim quaesita fuit. Haec Veneta praeterea editio, quam ad manus habeo, in laud. Bibliotheca deest.

MCCCCLXXXX.

I.

Formulario de Epistole vulgare missive e responsive: et altri fiori de ornati parlamenti a lo excelso et Illustrissimo Prĭcipe Signor Hercule da Esti dignissimo Duca de Ferrara: composto per CRISTOPHORO Laudini (*sic*) citadi
no di Firēze dignissimo cōmentatore di Danti . . . . . .

*In fine:*

Registro . a. b. c. d. e.

No-

Nota che tutti sono terni excepto lultimo che e quaterno Impresso A Bologna Per Plato stampatore ne lãno. Mccccl xxxx. adi. x. de zugno (*in* 4°.). BONON.

Praeit Auctoris Epistola ad Maecenatem in inscriptione operis nuncupatum, cui nulla adjecta est temporis aut loci nota. Inscriptio est charactere rubro, nihilo majori neque diverso a charactere ipsius operis, qui Gothicus est. Extat in Casanatensi (1).

## II.

QVINTVM VOLVMEN CōSILIO
rum Divi ALEXANDRI TARTAGNI imolensis iureconsultissimi et veritatis principis nuper editum per nobiles et piētissimos eiusdem filios: Quorum opera curaq; ea omnia diligētissime recognita et correcta sunt: *&c. &c.*

*In summo ultimi folii versi, col.* 1.

Exstat: atq; in lucē prodit presens quintū consiliorū volumen divi Alexandri Tartagni Imolensis caesarei atque Pontificii iuris interpretis sanctissimi.. quod exhibuerunt pientissimi illius liberi in primaria liberalium studiorum civitate Bononie imprimi Tricentino de Serpa civi optimo et integerrimo mercatori bononiensi atq; Francisco de Benedictis quem Platonem vocitant solerti et curioso impressori communibus expensis. Anno salutis humane Mccccl xxxx. Sexto idus Augusti. Quare ......

Marcus Belliardus Parmeñ..

(*in fol. magno*)

Volumen hoc, quod in inscriptione editum dicitur ab auctoris filiis, in eadem, Cardinali Oliverio Carafae ab iisdem destinatum fuisse subjungitur: *Quod opus ad te Reverendissime in Christo Pater & Domine., D. Olivieri Cardinalis Neapolitane dignissime, per dictos filios destinatum est, utpote verum eorundem protecto-*



(1) Editio Bononiensis hujus Formularii anni 1487., inscripta est nomine cujusdam *Bartholomaei Miniatoris*, uti sub eo anno vidimus: quod nomen pariter legitur in Veneta anni 1498. vel circiter, aliisque fortasse quibusdam mihi ignotis. Cum Bononiensi autem hujus anni, quod spectat ad Authoris nomen, concordant, Cajetana anni 1487. per A. F., Romanae duae, altera sub Innocentio VIII. a Steph. Planck adornata sine loci & anni nota, altera sub Alexandro VI. per And. Fritag, anno 1492; Florentinae quinque, quarum tres memorat cl. A. M. Bandinius in Specim. Literat. Florentinae Saec. XV., tom. II. pag. 200; alias duas prae manibus ego ipse habeo; & ex his antiquior pulchriorque lucem vidit sub eodem Innocentio VIII., altera sub Julio II. Hinc si ex numero editionum de opusculi auctore pronuntiandum sit, non alium quam Landinum fuisse fatendum erit.

Notandum autem est, in Biblioth. Ital. Nic. Haymi edit. Ven. 1728. & Mediol. 1773. loco Bononiens. edit. 1487. aliam memorari anni 1485. cum nomine *Barthol. Miniatoris*, & ex editionibus Saec. XV., quae Ch. Landini nomen praeseferunt, omnino nullam, nec Cajetanam, nec Romanam, nec Bononiens., neque Florentinam. Sed hujus Biblioth. auctoritas, quod attinet ad hunc articulum aliosque varios, parvi facienda est. Barthol. autem Miniator fortasse curavit edit. Bonon. anni 1487.

BONON. *rem & dominum, necnon ut sapientissimum, &c.* Tota haec inscriptio, quae est linearum 17., rubrica exarata est. Marcus autem Belliardus, cujus nomen infra subscriptionem legitur, quique in ipsa subscriptione studiosos juris ad lectionem operis hortatur, in quo nihil esse profitetur, quod non ipsum Tartagnum auctorem habeat, ex cujus originalibus in ejus armariis asservatis desumptum est quidquid in eo continetur, editionis ipsius curam gessisse videtur. In altera ultimi folii versi columna habetur registrum signaturarum & foliorum totius voluminis, ex quo colligitur folia esse 190. circiter, ex quibus primum & ultimum vacant. Editio est charactere Gothico, sed nitidissimo, duabus columnis, optima charta, amploque margine; & exstat in Casanatensi.

III.

INCIPIT REPERTORIUM PRE
sentis quinti consiliorũ voluminis divi Alexandri tartagni
Imolensis . . . . . . . . . .
. . . . . . summa ope ꝛ solerti studio nuperrime compilatum
per eximiũ leguꝫ doctoré dominum OLIVERIũ DE QVERGVIEN do
lensis dyocesis de Britannia . . . . . .

*In fine:*

Explicit reptoriũ Quinti voluminis cõsilioꝝ Dñi Alexãdri
tartagni Imolensis Impressuꝫ per Platonem de benedictis
civẽ Bononienssem (*sic*) ∴ Finis

(*in fol. magno.*)

Eodem charactere excusum est hoc repertorium ac Consilia ipsa, cum quibus compactum est in Casanatensi. Propriis signaturis, geminatis litteris minoribus expressis, notatum est, quae pertinent usque ad d d IIII. Praecedentes autem scapi terniones sunt.

O

„ ALEXANDRI TARTAGNI Imolensis Consiliorum *Vol. IV.* Bono-
„ niae 1490. *in fol.*

Laudat hanc editionem Maettarius ex Catalogo Bibliothecae Francofurt. Sed probabilissimum est, hic confundi volumen V. cum quarto.

IV.

„ HIERONYMI de ZANITINIS Contrarietates inter ius civile &
„ Canonicum. Bononiæ Plato de Benedictis 1490. *in fol.*

Ex Catal. Biblioth. Pinellianae, tom. V. pag. 263.

V.

„ Repetitio in famoso et difficili §. Cato in L. IV. ff. de uerbo
„ (*sic*) obli. cum expositione veri textus nuper editi per L. I. de

„ BO-

„ BOLOGNINIS. Impressa per Plautum. (*Platonem*) de Benedictis BONON.
„ anno Domini 1490. die XVII. Decembris. *in fol. maj.*

Denisius, pag. 283.

VI.

„ PHILIPPI MAR. RUBEI in Librum IV. ff. de verb. ob. Impressa
„ per Plautum de Benedictis ...... librorum impressorem in vetu-
„ stiss. Bononie studio. A. D. M. CCCCLXXXX. die XVII. Decem-
„ bris.... *in fol. maj.*

Idem, pag. 703.

VII.

„ S. AVRELII. PROPERTII Elegiarum Libri cum Com. Philippi
„ Beroaldi. Bononiæ in commune impressi a Benedicto Hectoris li-
„ brario, et à Platone de Benedictis impressore 1490. *in fol.*

Idem, pag. 295. ex Biblioth. Gottvicensi. Vid. sub anno 1487.

VIII.

„ Originalis Textus et verus in §. Cato ad lucem noviter editus
„ per Dominum LVDOVICVM IOANNIS de BOLOGNINIS V. I.
„ Doctorem cum ejus glossa. *Ad calcem*: Hæc omnia fideliter im-
„ primi feci ego Benedictus quondam Ethoris (*Hectoris*) ..... in
„ prælibato Bononiæ studio. Anno Domini 1490. die decima octa-
„ va Februarii. *in fol. maj.*

Idem, pag. 283.

IX.

„ ANDREÆ BARBATIÆ Lectura super tit. de Testamentis....
„ Bononiæ studio et impen. Vgonis de Rugeriis Anno a Sal. Chr.
„ M. CCCC. LXXXX. XV. Iulii. *in fol. maj.*

Idem, pag. 702.

X.

Incomincia il libro chiamato FIORE de ITALIA: ilquale il re
Constãtino lo fece tradure de latino in vulgare: nel quale si tra
ctano le magnanimitade de Italia: ⁊ altre gentilezze assai tra
cte dalle ystorie antiche e dalli proprij originali: come legẽdo
potrai vedere ⁊ cognoscere la grãde eloquentia di questo au-
ctore. E prima tractaremo di nomi de li primi cinque ch' regno
rono in Italia: e de li nomi de Italia: e dogni suo sito.

BONON. *In fine:*

Impresso ne lalma ꝛ inclita citadę de Bologna ꝑ mi Vgo dʼ rugerij sotto al divo ꝛ illustro (*sic*) signore e principe messer Giovā. ni secondo bentiuoglio sforcia di vesconti da ragona. generale governatore dele gente darme delo illustrissimo duca de mila. no. neli anni del signore miser Iesu christo. M. ccccLxxxx. a di xxv. de octobre.

Registro

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. tutti sono quaderni excepto m. che e uno foglio. Infra quæ habetur insigne typographi.

(*in* 4°.)

Quis fuerit anonymi hujus libelli auctor incompertum mihi est. Hoc quidem affirmare possum, cum cum sacris, tum profanis literis satis eruditum fuisse, uti ex operis lectione constat: quae jucundior profecto foret, si paulo nitidiore charactere, & majori cura impressum fuisset. Persuasum praeterea habeo, ejusmodi opus Italice primo scriptum fuisse, & non ex Latino versum, uti in ejus inscriptione (ab imperito quodam fortasse ipsi assuta) dicitur; quod ostendere videntur Dantis carmina, quae in eo passim (in secunda praecipue parte) recitantur. Vel ipsa prima pagina, ubi de diversis Italiae nominibus agitur, haec Poëtae carmina in medium affert Auctor, & opportune quidem:

Ahi serva Italia di dolore ostello
Nave senza nochier in gran tempesta
Non donna di provincie, ma bordello.

Ex duabus partibus constat: quarum prima fere tota versatur circa Moysis & Jobi vitam & res gestas, ab eorum nativitate usque ad obitum; quod uterque coaevus fuerit Jani, uti dicitur in fine narrationis de eodem, quae praecedit. Altera pars fabulosorum numinum cumprimis, & Aeneae historiam ab ejus ortu usque ad obitum complectitur. Integra pagina, charactere Gothico rudiusculo impressum est; & reperitur in Casanat., & in Collect. Abb. de Rossi,

## XI.

„ La Rhetorica nuova dellʼ excellentissimo MARCO TVLLIO „ CICERONE. in Bologna per li fratelli deʼ Campii 1490. *in* 4°.

Paitoni, Traduttori Ital., tom. I. pag. 232.

## XII.

„ NICOLAI BVRTII Fax Maroniana, idest Observationes eru- „ ditæ in Virgilium. Bononiæ 1490. *in* 4°. *Vid. sub. anno* 1489. (1)

MCCCCLXXXXI.

(1) Sub quo, auctoritate D. Clementii (quem sequutus est Denisius) adducti, hanc Bonon. edit. retulimus. Dum autem haec praelo supposita jam fuissent, opportune accidit (quod ab aliquot diebus summopere avebam) ut Vitas *Virorum dignitate & erudit. summorum* I. G. Meuschenii, quem unum suae assertionis sponsorem appellat Clementius, favente pro sua ingenita comitate Eminentiss. Cardinali GARAMPIO, tractare liceret. Quem librum ut primum in ma-

## MCCCCLXXXXI.

### I.

IOHANNIS Michaelis Alberti carrariensis de omnibus Ingeniis augēde memorie: ad prestātissimū Virum Alouisium Manentem Inclyti Venetorum Senatus Secretarium libellus foeliciter incipit.

*In fine*:

Impressum Bononiae per me Platonem de benedictis civē Bononiensem Regnante Inclyto Principe. d. d. Iohanne Bentivolo secūdo āno incarnatōis dominice Mccccxxxxi. die xxiiii. Ianuarii (*in* 4°.)

Post brevem Auctoris epistolam ad Al. Manentem, incipit opus ipsum, praemisso hoc titulo:

Libri Vnici de memoria Incipit Cap. primum

Editio est charactere parvo Romano, eodem nempe, quo sunt Aphorismi R. Moysis, &c. anni 1489., & Orationes Beroaldi hujus anni, cum signaturis; plagul. XII. Exstat in Casanatensi.

### II.

„ Della ARTE del ben morire Tractato utilissimo. *In fine*: Im-
„ presso in Bologna per mi Plato di Benedicti, regnante lo felice
„ et illustre Signor Zohanne secundo di Bentivogli, anno Domini
„ M. CCCCLXXXXI. die XII. martii. *in* 4°.

Refertur haec editio a Mittarellio inter Codices impressos Saeculi XV., exstantes in Bibliotheca S. Mich. Venetiarum prope Murianum, col. 29., ubi & nonnulla, cum de ipso opere ejusque editionibus Italis, tum de ejus auctore notat.

### III.

ANGELI POLITIANI Silva: Cui titulus Nutricia.

*In fine*:

D. Angeli Politiani opusculum hoc elegantissimum impressum est Bononiæ per Platonem impressorem accuratissimum Anno domini Mccccxxxxi decimo kalendas Iulias
(*in* 4°.)

Edi-

nibus habui, illico oculos converti ad tomum a Critico laudatum; & non sine aliqua admiratione observavi, *Facem Maronianam Burtii*, non quidem anno 1489. uti ipse ait, sed anno 1490., uti prodidit Mazzuchellius, in hoc opere alligatis: ad quem propterea annum omnino pertinere censenda est.

BONON. Editionem memorat Orlandius, par. II. sui operis, pag. 389., sed suo more: NUTRITIA, inquit, *Bononiae* 1491.: quo eodem presso stylo eam in suis Annalibus retulit Maettarius, mutato tamen (typographi vel amanuen. incuria) anno 1491. in ann. 1481., quo tempore Politianus hanc suam Silvam nondum scripserat (nondum certe absolverat), uti ex nota ad ejusdem calcem apposita liquet: *Absoluta est in Fesulano* VIII. *idus Octobris* Mccccl xxxvi.

Tam Orlandius autem, quam Maettarius, eique succenturiatus Denisius omittunt editionem Florentinam hujusmet anni, hac Bononiensi paulo antiquiorem, & tres alias Politiani Silvas, tam Florent. quam Bonon. editionis; quas ex Bonon. inveniet L. sub anno seq., ex Florent., suo loco, in hoc Specim.

## IV.

PHILIPPI BEROALDI Orationes et quamplures Appendiculae Versuum.

*In calce*:

Expliciunt orationes et q̃plures apendiculae (*sic*) Versuum editae a Philippo Beroaldo, Bononiẽsi Impresse (*sic*) vero Bononiae anno. Mccccl xxxxi. in commune a Benedicto hectoris librario et Platone de Benedictis Impressore solertissimo civibus Bononiensibus

LAVS DEO

(*in* 4°.)

In fronte Carminum haec legitur inscriptio:

In calce ludicra hec (*sic*) amatoria hoc est meras nugas uelluti (*sic*) appendiculan (*sic*) quandam apposuerũt impressores. Tu hoc quoq; qualecunq; est boni consulito.

Occupant haec Carmina 20. plagulas cum semisse, minuto, Romano, nec ineleganti charactere impressas, quo pariter impressae sunt Orationes ipsae, quas praecedit Beroaldi Epistola ad Martinum Boemum discipulum suum, quae sic incipit: *Collegi nuper Oratiunculas nonnullas, variis a me temporibus & argumentis concinnatas, easque te impulsore tradidi impressoribus, &c.* Editio est cum signaturis, plagulae 76., ejusque exemplum exstat in Casanatensi, aliudque possidet Can. Alb. Devoti. Vide sub. anno 1500.

Ex adducta porro subscriptione liquet editionem, *in commune* a Platone de Benedictis & Benedicto Hectoris adornatam fuisse; ideoque unam eandemque editionem uni & alteri typographo sine errore, quin immo jure, adscribi posse. Cl. tamen Fantutius, Mazzuchellium sequutus (t. 2. p. 121.) ab unoquoque ex his typographis specialem editionem factam fuisse supponit dum recensens varias harum Orationum editiones ait: *Bononiae apud Platonem de Benedictis* 1491. *in* 4. *Bononiae apud Benedictum Hectoris* 1491. *in* 4.

## V.

REPERTORIVM DICTORVM: ARISTOTELIS: AVE ROYS: ALIORVMQVE PHILOSOPHORVM.

In

*In fine* :

Expliciunt propositiones Aristotellis ( *sic* ) : Averoisq;
& aliorum phylosophorum ( *sic* ) ære : & impensa Bene
dicti de Hectoreis librarii ad lucem delatæ : Opera
vero : & diligentia Bazalerii de Bazaleriis civis bo
noniensis . impressæ Regnante Iohanne Bentivolo
Secundo Sforcia : Vicecomite de Aragonia Anno
Salvatoris nostri . M. cccc. lxxxxi. die Augusti
secunda.

Laus Deo.

( *in* 4°. )

Praecedit Epistola Andreae Victorii Bononiensis ad Hieronymum Tostinum de Florentiola praeceptorem suum, Bononiae Philosophiam publice profitentem, in qua, recitato Averrois de Aristotele elogio, subdit: *Aristotelem itaque talem habere debemus, qualem Averr. esse fatetur, ut quocumque ierimus, nobis sit socius .... antequam loquamur, proferre nos doceat, ipsumque ab aliis differentem, ut aurum a calybe, continue veneremur, &c.* In fine vero Epistolae, hujus suae edit. praestantiam hisce praedicat verbis: *Prius enim foedus fastidiensque* ( libri ) *ordo aderat, nunc vero lucidus ac delectabilis datur: primus libros solum confuse ostendens, hic vero libros, textus, capitula, commataque distincte demonstrans est; ut ipsum inspicientibus patere potest: quorum quatuor inventionem citam discipulus tuus dilectus libenti animo tibi largitur.*

Occupat haec Epistola totum primum folium versum: rectum exhibet titulum majusculo charactere excusum, huc allatum. Editio nitida est, eleganti Romano charactere excusa, cum signaturis, quae pertinent usque ad K IIII. Plagulae sunt 64. Exstat in Casanatensi, & apud Can. Devoti.

## VI.

„ STATVTA Civilia et Criminalia . Bononiæ 1491. *in* 4.

Ex Catalogo Reimer. hanc editionem citat Maettarius, tom. I. pag. 538. edit. novae.

## VII.

„ LVDOVICI BOLOGNINI in privilegium Theodosii Imper. pro
„ Vniversitate Bononiensi Commentaria. Bononiæ 1491. *in fol.*

Idem, pag. 539. ex Biblioth. Amerbach. Cum Maettario consentiunt Mazzuchellius in Scriptoribus Italicis, & Joannes Fantutius in Bibliotheca Bononien., tom. II. pag. 268., qui & de praemio ab Innocentio VIII. pro ejusmodi labore Auctori collato mentionem facit, pag. 262. : quo eodem loco supposititium esse declarat Theodosii Diploma pro studio Bononiensi. Ex tribus tamen hisce auctoribus, qui editionem memorant, nullus ejusdem typographum nominat, fortasse quia in ipsa deest.

BONON.

VIII.

„ IOANNIS DE AMICIS singularia Iuris. Bononiæ 1491. *in fol.*

Idem, pag. 784. ex Catal. Librorum Juridic. P. Kuhtzii.

IX.

„ VIRGILII Aeneidorum libri Italice. Bononiæ per Vgonem de
„ Rugeriis die 23. Augusti 1491. *in* 4°.

Ex fide Orlandii editionem refert Maettarius, pag. 542. Vide Paitonum, *Biblioteca degli Autori antichi volgarizzati*, tom. IV. pag. 162.

X.

„ GAMMARO TOMMASO Sclaricino. Silvano, Sonetti. In Bo-
„ logna 1491. *in* 4°.

Ex Catal. Biblioth. Pinell., tom. IV. pag. 333, & V. pag. 265.

MCCCCLXXXXII.

I.

„ Miscella ANTONII MARIAE VISDOMINI: impressa accura-
„ tissime per Platonem de Benedictis. Bononiæ 1492. *in* 4°.

Hanc editionem primus, quod sciam, inter Bibliographos retulit Leichius in suo Supplemento Maettariano, pag. 134, quo ex loco exscripta sunt verba huc allata. Ejus exemplum possidet Excell. Balli. C. Valentius Gonzaga, Mediolani.

II.

ANGELI POLITIANI SILVA CVI
TITVLVS MANTO.

*In fine*:

REGISTRVM.
Primus est ternus. A. i. A. ii. A. iii.
Secundus duernus. B. i. B. ii.
D. Angeli Politiani opusculum hoc
elegantissimum impressum est
Bononiæ p egregium Virum
Platonẽ de Benedictis imps
forẽ accuratissimũ. Anno.
domini. M. cccc.
Lxxxxii die
Nono
Iunii.

(*in* 4°.)

III.

## III.

ANGELI POLITIANI Silua: cui titulus Rusticus: in poetæ Hesiodi: Virgiliq; (*sic*) georgicon enarratione pronuntiata.

*In fine*:

Impressum Bononie (*sic*) per Platonem de benedictis impssorem accuratissimū. M. ccçclxxxxii. xv. Iunii. (*in* 4°.) (*cum signaturis*.)

## IV.

ANGELI POLITIANI SILVA
CVI TITVLVS AMBRA

*In calce*:

Registrum. æ. i. Angeli. æ. ii. Angeli. æ. iii. Gripas. æ. iiii. Non ego. œ. i. Ductores. œ. ii. Iamq; illum. œ. iii. Immersosq;.

Impressum Bononiæ p Platonem de benedictis impssorem accuratissimū: ciueq; Bononiensem M. cccclxxxxii. die. xxviii. Iunii.
(*in* 4°.)

Folio verso subscriptionis hujus Silvae haec leguntur: *In Silva Angeli Politiani, cui titulus* Nutritia, *impressa Bononiae per Platonem impressorem accuratissimum infrascripti errores annotantur, culpa eorum qui eam prius Florentiae impresserunt* &c. Quod quidem monitum cum subjunctorum errorum annotatione, omnino necessarium erat, ne *accuratissimi* titulo, quem toties sibi tribuit Plato, quidpiam detrahi posset.

Haec Silva in fronte gerit Epistolam dedic. Politiani ad Laur. Tornabonum, datam *Florentiae prid. nonas Novembres* 1485. Silva *Rusticus*, Epistolam ad Jac. Salviatum sine ulla temporis aut loci nota. Silva *Manto*, Epist. ad Laur. Medicem Petri Franc. fil. datam *Florentiae IV. nonas Novembr.* 1482. Silva *Nutritia*, de qua dictum est anno superiori, Epist. ad Antoniottum Card. sine loci & temporis nota: ipsi tamen Silvae ad calcem subjunctum fuit: *Absoluta est in Fesulano VIII. id. Octobris* 1486. uti ibid. diximus. Quatuor has Silvas sex vel septem ab hinc annis commodatas habui a f. m. Abb. Nic. de Rossi. Omnes sunt optimo charact. Romano.

## V.

„ Statuta Civilia et criminalia Civitatis Bononiæ. per Ectorem
„ Faelli. Bononiæ 1492. *in* 4°.

Orlandio debetur hujus editionis notitia, quam ejus auctoritate nixus in suis Annalibus retulit Maettarius, tom. I. pag. 554.

BONON.

## VI.

EPISTOLE VTILE E DIVOTE DE
LA BEATA E SERAPHICHA VERGI
ne. Sancta Chaterina da Siena del sancto ordine de la penitentia
de miser sancto Domenico . . . . . .

*In fine:*

Impresse ne la nobel cita de Bologna per mi Zohãne Ia
como di Fontanesi Nel anno de la Christiana gratia.
M.cccc.lxxxxii. A di. xviii. de Aprile Regnante in
celo e in terra Iesu xp̄o signore e salvator nostro
col suo eterno padre e spirito sancto . . .

(*in* 4°.)

Editio haec non continet nisi quandam partem Epistolarum S.ᵃ Catharinae, quod editor (1) sive typographus ipse declarat his verbis, quae leguntur infra adductam subscriptionem: *Vero è che la dicta gloriosa vergine Caterina multe altre Epistole scrisse a diverse persone, prelati, religiosi, e seculari homini e donne, de diverse condizione, ma queste sole al presente sono recolte*. Sunt autem hae Epistolae numero XXXI., quarum prima est *ad uno devoto servo di Dio della vertu della Pazienza*; postrema ad B. Raymundum de Capua, *ne la quale manifesta a lui alcune mirabile abstrazione e visione, &c.* Harum omnium Epistolarum in fine, ante subscriptionem adjectus est index, qui numerum, ordinem, & argumentum earum demonstrat. Penultimo folio recto, in quo desinunt Epistolae, habetur registrum signaturarum voluminis, sic expressum: a. b. c. d. e. f. *Tutti sono quaderni*. Unde apparet voluminis plagulas esse 48. Character semigothicus est, sed pulcher valde. Editionem refert Orlandius, pag. 115., & ex ipso Maettarius, pag. 554. Exstat in Casanatensi.

## VII.

„ BARTHOLOMÆI BOLOGNINI I. C. et Advocati Apostolici
„ Consistorialis Epitoma metrica . . . . . . in Ovidii libros XV. Meta-
„ morphoseon versibus elegiacis. Per Io. Iacobum de Fontanesis,
„ die 19. April. Bononiæ 1492. *in* 4°.

Ex Orlandii opere, pag. 115. hanc editionem in suos Annales derivavit Maettarius, tom. I. pag. 555. Cl. Fantutius, tom. II. Biblioth. Bononiensis pag. 256., ubi editionem, aliasque duas sequentis saeculi citat, congruentia temporum adductus Epitomen hanc opus esse putat Bartholomaei Bolognini senioris, qui anno 1444. in patrio studio destinatus fuit *ad Lecturam Infortiati*, non autem alterius Bartholomaei Bolognini, qui vita excessit anno 1539., quem nullo modo inter patriae scriptores numerandum esse censet.

VIII.

(1) Ante adducta subscriptionis verba, haec leguntur: *Finisse quelle Epistole della* &c., *correcte diligentemente et emendate per uno frate del ordine di frati predicatori.*

VIII.

IVLIANI DVCIENSIS de Imola oratio pro principio Inclyti Bononiensis Studii habita año dñi. M. cccc. lxxxxii. regnãte. Ill. Ioh. Ben. secũdo.
*In fine*:
Bononiae impressum accuratissime per Hieronimũm de Pullis: et Iohannem de mazochis Anno domini. M.cccc.xxxxii(*sic*).Regnante incli to principe Iohanne Bentivolo secundo pacis et concordiae auctore.
(*in* 4°.)

In uno hoc opusculo, *Hieronymi de Pullis*, & *Jo. de Mazochis* Bononiensium impressorum nomina notata inveni; nec ex bibliographorum, aut aliorum quorumque scriptorum (1) monumentis eorum ullam haurire potui notitiam. Sex omnino sunt opusculi plagulae charactere Gothico nitidissimo impressae (2). Exstat in Casanatensi. De alio quodam Duciensis opusculo eodem charactere, sed sine temporis nota impresso, mentio fiet inter editiones anni nota carentes.

IX.

„ Ad Magnificum Minum Roscium Senatorem Bononiensem PHI-
„ LIPPI BEROALDI Epistola cum duabus Historiis ex Boccaccio
„ conversis. Bononiae 1492. *in* 8°.

Refertur haec editio in Bibliotheca Scriptorum Bononiensium cl. Fantutii, tom. II. pag. 123., ubi annotatur, historias hasce, duas esse fabulas Decameronis Boccaccii a Beroaldo *in Latinum sermonem ingenii exercendi causa conversas*, uti Beroaldus ipse dicit in Epistola iisdem praeposita. Alia quaedam ad Bibliographiam spectantia subjicit cl. Auctor eodem loco, apud ipsum videnda.

X.

„ Opusculum et tract. de Amicitia . . . . per D. I. de LIGNANO
„ I. V. interpretem . . . . . Impressa in civitate Bononiae per . . . . . .
„ Vgonem de Rugeriis . . . A. S. C. 1492. die vero IX. Madii . *fol. maj.*

Denisius, pag. 329.

XI.

„ ANDR. BARBATIÆ Repet. Legis cum acutissimi C. de Fidei
„ commissis. Bononiae per Vgonem de Rugeriis 1492. *in fol.*

Idem, pag. 321.

XII.

„ FRANCISCI de CREMA Singularia et Solemnia Dicta. Bo-
„ noniæ per Vgonem de Rugeriis 1492. *in fol.*

Idem, pag. 324.



(1) Cum haec scribebam nondum editum fuerat Suppl. Maittair. Denisii, in quo, pag. 325. haec editio cum impressorum nominibus accurate refertur. (2) Sine signaturis, numeris, &c.

XIII.

„ FLORIANI de S. PETRO Bononienſis Tres Diſputationes. Bo-
„ noniæ per Vgonem de Rugeriis 1492. *in fol.*

Idem, pag. 333.

XIV.

„ Repetitio ad L. qui viam ff. de novi operis nuntia nuper edita
„ per LVD. de BOLOGNINIS .... Impreſſum Bononiæ per Ioannem
„ Iacobum et Hieronymum de Benedictis de Bononia. A. D. MCCCC.
„ LXXXXII. die XXI. Ianuarii. *in fol. maj.*

Idem, pag. 322.

O

„ MATTHÆI BOSSI Veronenſis Canon. Reg. Recuperationes Fe-
„ ſulanæ ſive Dialogi, Orationes et Epiſtolæ. Bononiæ 1492. *in* 4°.

Idem, ibid. Vid. ſub anno ſeq.

XV.

„ Traductione (1) de una hiſtoria di due amanti (Eurialo e Lucre-
„ zia) compoſta dalla felice memoria di Papa PIO II. ſtampata
„ nella inclita et alma Citade di Bologna in lo edifizio da Carta
„ de la illuſtriſſima Madonna Ginevra Sfortia di Bentivogli per Her-
„ cules di Nani ſotto al Divo Signor Zoanne Bentivoglio Secundo
„ Sfortia di Viſconti, &c. 1492. adi 31. de Agoſto. *in* 4°.

Ex Quadrio, vol. IV. pag. 434.

## MCCCCLXXXXIII.

I.

DION DE REGNO.
Ad Illuſtriſſimum et Sereniſſimũ dominũ dominum
Maximilianum divi Cæſaris Friderici Tertii filium
Franciſcus de Picolhomineiis(*ſic*)Senenſis. S. Euſtachii
Cardinalis.

*In fine*:

Dionis opuſculum aureum ac penitus divinum expli
cit accuratiſſime per PLAtonem De BEnedictis im-
preſſioni traditum BOnonie Anno domini Mccccl-
xxxxiii.

REGISTRVM.

(*in* 4°.)

Duae

(1) Interpres fuit Alexander Braccius.

Duae praeeunt Franc. de Piccolomineis Epiſtolae: I. Ad Maximilianum Caeſaris filium, cui opuſculum a ſe verſum dono miſit, data anno 1469., quo fortaſſe primo typis editum fuit; altera ad Nicolaum V., cujus juſſu ejuſmodi verſionem adornaverat, quae ſic incipit: *Inter omnes rerum ſcriptores, Nicolae quinte pontifex maxime, qui juſſu tuo in Romanum ſermonem vertuntur, nullum ego principi nec aptiorem, nec magis neceſſarium puto, quam Dionem hunc Pruſenſem, quem ego nuper interpretatus ſum.* Quemadmodum autem ex hac Epiſtola nullo modo colligere licet, opuſculum regnante Nicolao V. typis fuiſſe excuſum, ita nec ex priori ad Maximilianum, certo inferri poteſt, ipſum anno 1469. impreſſum fuiſſe. Nulla certe editio cum nota anni 1469. hactenus detecta fuit, uti obſervavimus in Catalogo Rom. editionum Saec. XV.; etſi forte editio anni nota carens, de qua ibi dictum eſt, eo anno prodierit. BONON.

Character opuſculi Romanus eſt, inſcriptione, *Dion de Regno*, excepta, quae eſt charactere Gothico grandiori. Signaturae pertinent uſque ad *f* 11., & ex ſubjuncta regiſtri explicatione, *omnes ſunt quaterni, excepto ultimo, qui continet folia duo ideſt eſt duernus*, apparet folia voluminis eſſe 44. Exſtat in Caſanatenſi, in Corſiniana & alibi.

## II.

Ad Illu. Prin. Ioannem Bentivolum Secũdum de armorum oſtentatione Cum ab illuſtriſſimo Mediol. Duce Vexillo prætorio donatus fuiſſet ANTONII. VRCEI CODRI ſilua.

*In calce*:

Bononiæ. M cccclxxxxiii. Luce Aprilis. xviii.

Hæc Cudit impreſſione Plato.

(*in* 4°.)

Opuſculum quanto exilius, tanto pretioſius. Conſtat ex IV. tantum plagulis, optimo charactere Romano. Prima plagula ſignatur A. I.·., aliae tres, tribus punctis ad latus primae ſignaturae poſitis fortaſſe indicatae, nulla litera notatae ſunt. Exſtat in Caſanatenſi.

## III.

MATTHAEI BOSSI Canon. Reg. Lateran. *Opuſcula & Epiſtolae, quibus majuſculis literis præpoſitus eſt hic titulus*:

QVAE
hoc volumine habentur varia
diverſaque et longa ex di
ſperſione
collecta
quo
brevi ſub titulo ſubii

cian-

BONON.

ciantur ac nomine
recuperationes
fesulanas
lector
agnosci
to.

*In fine*:

RECVPERAtiones Fesulanas has elegantissimas :Opus quidem aureum, et penitus Divinum q̄ castigatissime Impressit omni solertia PLAto de Benedictis Bononiensis In Alma Civitate BONOniæ. Anno Salutis MCCCCLXXXXIII. Decimo tertio Kallendas (*sic*) Augustas.

REGISTRVM. et infra insigne typographi.

(*in fol.*)

Registrum cum adjecta explicatione sic habet: .✝. a. b. c. d. e. f. g. h. i.. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. *Omnes sunt quaterniones, excepto primo signato* .✝. *qui est ternus, & .b. minusculo, qui etiam est ternus, & .i. parvo, qui constat ex duobus foliis*. Atque hinc primo patet duas hujus operis partes (de quibus mox) ad unum idemque volumen pertinere; aliamque ab alia, salva ejus integritate, separari non posse. Secundo patet ejus folia seu plagulas omnino esse 184.

Principio voluminis habetur Auctoris Epistola ad Petrum Barocium Patavinum Episcopum, data Bononiae Kal. Juliis 1493. Huic Epistolae subjunguntur *Rerum numerus titulique*, ad quorum calcem charactere majusculo legitur: *Fesulanarum Recuperationum capita & tituli finiunt. Hospes aveto, & si qua mendosa deprehenderis, &c.* Continentur haec primo voluminis ternione notato signo .✝. Septimo folio verso (1) occurrit brevis Epistola Philippi Beroaldi ad L. Octavo signato *a* II. legitur Auctoris Epistola dedic. ad Joannem Medicem Cardinalem data ex Abbatia Fesulana Kal. Aprilis 1492. (2), quae totum ejus spatium occupat. In hac Epistola causam assignat, cur opuscula in editione contenta, *Recuperationes Fesulanas* inscripserit: *Hinc incensa mihi* (inquit) *fiducia, ut ista quae diximus ita sparsa quaque ac disseminata in unum cogeremus. Quod cum fecerimus* (Fesulis) *quae ex multis deperditis inventa receptaque sunt, quasi recuperationes appellare possumus*. Folio IX. recto incipit primum opusculum, cui charactere majusculo & rubro hic praepositus est titulus: *Matthaei Bossi Veronensis canonici regularis ad Jo. Philippum germanum & Concanonicum de tolerandis adversis Dialogus incipit*. Secundum opusculum est *de gerendo Magistratu, Justitiaque colenda*. Reliqua septem, sunt Orationes totidem, variis occasionibus habitae. Atque ex IX. his opusculis constat pars prima voluminis. Pars altera continet CXXXIII. epistolas singillatim indicatas in elencho, de quo ante diximus. Editio nitidissima est & speciosissima, & una ex rarioribus, quae Bononiae lucem viderunt. Exstat in Casanatensi, in Chisiana, Angelica, apud Can. Devoti, &c. (3) Vid. num. V.

Epi-

(1) Rectum vacat.
(2) Hanc Epist. praeposuit Auctor edit. Florentinae anni 1492.
(3) In indice ms. biblioth. E. B. C. Val. Gonzagae, sub hoc eodem anno 1493. memoratur quaedam hujus operis editio, *per Hectorem*, sive

Epiſtola Matthaei Boſſi ad P. Barocium, de qua antea diximus, evidenter oſtendit nullam eſſe hujus operis Bononienſem editionem anni 1492. a Deniſio ex *Amico* in ſuo opere relatam, pag. 322. *Superiore anno* (inquit Boſſus) *multorum rogatu, ſacer Antiſtes, & bonarum artium parens, opuſcula mea quaedam variaſque Epiſtolas hinc inde collectas Florentiae impreſſorum officio communes ſtudioſis noſtris hominibus reddidi: quas Joanni Medici Laurentii filio Cardinalatus dignitate meis tum manibus inſignito, juveni in amore litterarum ſtudiorumque dulcedine foelici ſpe coaleſcenti inſcripſi atque dicavi. Quae omnia plane etſi a me recognita prius exploratataque formatoribus tradita erant: ea tamen mihi imperitiſſimi illi cum mendoſa pravaque: tum ita multis locis lita, caeca, obſcura, ut neque ſatis legi poſſent reddidere, ſicut tu ipse vidiſti, ac fortaſſis ingemuiſti. Novo itaque conſilio ac multorum ſuaſu,....eam tentavi iterum artem; &, adjunctis nonnullis Orationibus multiſque Epiſtolis, denuo imprimi opus formarique curavi quanta fide ac diligentia potui tuo fauſtiore auſpicio Petre.......... Vale ſerenum lumen Eccleſiae & praeſulum decus, & quae ſubjecimus propriis ſub titulis Opuſcula & Epiſtolas benigno animo, & foelici oculo lege. Bononiae ex ſacris aedibus divini Joannis in monte. Kal. Juliis Anno ſalutis MCCCCLXXXXIII.*

Ex hac Boſſi oratione manifeſtum eſt, Julio menſe anni 1493. non aliam hujus ſui operis editionem exſtitiſſe præter Florentinam anni ſuperioris, & hanc Bononienſem, quae paulo poſt ſcriptam epiſtolam ad Barocium, h. e., 13. Kal. Auguſti, numeris omnibus abſoluta in lucem prodiit. Quam ſi forte Bononienſis alia anni 1492. praeceſſiſſet, eam non modo clam ipſum factam fuiſſe, ſed uſque ad tempus, quo ſcribebat epiſtolam ad Barocium, ignotam ipſi fuiſſe dicendum foret. Quod etſi de homine caeco, ſurdo, & hebeti affirmari fidenter poſſit; de viro tamen oculatiſſimo, rerumque ſuarum, & famae cumprimis ſtudioſiſſimo, nec corpore minus quam animo valenti, qualis certe tunc erat Boſſus, non aſſerere modo, ſed ne ſuſpicari quidem, nemo ſanae mentis unquam audebit.

At dices: ejuſmodi Bononienſem edit. anni 1492. *Amicus* diligentiſſimo Deniſio conſpiciendam praebuit. Aut ergo *Amicus* Deniſium fefellit; aut exſtat ejuſmodi editio. Si Deniſius agnoviſſet editionem Florentinam anni 1492., vix viam ad evadendum invenire valerem; aſt ignoratio ejus editionis (eam certe in ſuo opere fruſtra quis requirat) ſuſpicandi locum relinquit, hanc ab *Amico* ipſi fuiſſe ſuppoſitam, in qua quia fortaſſe deerat Florentiae nomen, aut ſi aderat, a falſario quopiam abraſum fuerat, & ejus loco Bononiae nomen intruſum, non difficulter cl. Scriptor incognitarum editionum detegendi cupidus, in errorem induci potuit (1): quomodo ego ipſe propter conſimilem fraudem, totos ſex annos in errore verſatus ſum circa tempus editionis Bonon. *Pungilinguae* D. Cavalcae, de qua paulo poſt ſermonem habituri ſumus.

## IV.

HERODIANI Hiſtoriae de imperio poſt
Marcum vel de ſuis temporibus
liber primus e graeco trans
latus Angelo politiano
interprete ad Inno

cen-

*per Bened. Hectoris:* quae utrum eadem ſit, ac iſthaec Platonis, cum nomine Benedicti Hectoris, an alia ab eadem, ex ſola alterius cum altera collatione intelligi certo poteſt.

(1) Ipſa editio anni 1493. a falſariis (quorum hodie non parvus numerus circumvagatur in edit. anni 1492. facile commutari poteſt, abraſa ab anno 1493., qui notis Romanis exaratus eſt, ultima unitate.

BONON.

centium. VIII. ponti
ficem maximum
prohoemium.

*In fine*:

Quod quidem opus novum et aureum Plato de Benedictis acuratissime (*sic*) Anno Domini. M. CCCC. LXXXXIII. pridie Kalē. septembres Bononiæ ꝙ pulcherrimis his Caracteribus (*sic*) impressit

REGISTRVM.

(*in fol.*)

Haec editio & ipsa pulcherrima est, & cum praecedenti merito comparanda. Duae praecedunt Politiani Epistolae, prima ad Andream Magnanimum data *in Rusculo Fesulano Pridie Nonas Majas Anno Sal. MccccLxxxxIII.*, altera ad Innocentium VIII., cui nulla adjecta est temporis nota; & duae hae Epistolae continentur duobus primis voluminis foliis sive plagulis. Folio tertio incipit Herodianus, cui majusculo rubroque charactere praepositus est allatus titulus. Registrum subjectum subscriptioni ejusmodi est: *aa. bb. cc. dd. ee. ff. gg. hh. ii. omnes sunt quaterni, excepto ultimo, qui constat ex foliis duobus*; ex quo liquet voluminis plagulas esse 68. Infra registrum habetur insigne typographi. Exstat in Casanatensi & Corsin.

V.

„ MATTHAEI BOSSI Veronensis Recuperationes Fesulanae. Im-
„ pressit Basalerus de Basaleris civis Bononiensis. in civitate Bono-
„ niae 1493. 18. Octobris. *in* 4°.

Occasione editionis hujus operis a Platone de Benedictis adornatae, haec notat Orlandius pag. 113. sui operis: *Osserva che questo libro molto raro appena fu uscito dalle stampe, che fu ristampato nell' anno medesimo da Bacciliero de Baccilieri. Il simile successe del libro Herodiani Historia: tra questi due impressori l'emulazione giocava a gloria della stampa*. Editiones tamen secundi hujus typographi haudquaquam conferendae sunt cum editionibus primi. Optandum porro fuisset ut Orlandius in referenda hujus operis inscriptione, aliorumque non paucorum, paulo accuratior fuisset. Misso enim apud ipsum, tum sub Platone de Benedictis, tum sub Bacillierio de Bacillieriis, quod spectat ad hujus operis inscriptionem, desiderari characteristica ejusdem verba, *Recuperationes fesulanae*, haudquaquam verum est in ipso *Dialogos* contineri, cum unus tantum in toto volumine Dialogus, in quo *de tolerandis adversis* inter ipsum & amicos disseritur, occurrat, in ipso ejus principio. Sintne vero aliquae Epistolae de eodem argumento, uti Orlandius ait pag. 113. *Epistolae de tolerandis adversis*, *Dialogi & Orationes*, incertum mihi est, quod non omnium Epistolarum argumenta legere vacarit. Patet tamen ejusmodi titulum multifariam peccare, & praesertim in rerum indicatarum ordine; in volumine enim, primo loco habetur Dialogus, de quo ante dixi, tum opusc. de *gerendo Magistratu*, &c. cum VII. Orationibus, & postremo Epistolae (1). Exst. in Biblioth. E. B. C. Val. Gonzagae, apud Ab. Joannutium, &c.

VI.

(1) At si Orlandius in descriptione hujus operis non satis accuratus fuit; quid existimandum erit de cl. M. D. scriptore caeteroquin accurato valde, qui non tam operis notionem tradere, quam ipsum suis lectoribus occultare voluisse videtur? En ejus verba, pag. 339.

## VI.

**HERODIANI** Hiſtoriae de imperio poſt Marcum: vel de ſuis tempori bus: e graeco ſumma fide et diligentia ac doc trina translatae a Politiano.

*In fine*:

Quod qdem opus novũ & aureũ Bazalerius de Bazaleriis acu ratiſſime(*ſic*)Anno Dñi. M.CCCC.LXXXXIII. pridie Kalẽ Octob. Bononiæ q̃ pulcherrimis his Caracteribus (*ſic*) impreſſit.
REGISTRVM.

(*in* 4°.)

Continet altera haec editio ea omnia, quae in priore a Platone de Benedictis adornata habentur; & quod nonnulla animadverſione dignum videtur, ejus ſubſcriptio ad literam ex eadem exſcripta eſt: ea tamen longe eſt inferior cum ratione characteris, tum ratione formae aliorumque adjunctorum, quae in elegantiores pulchrioreſque editiones concurrere ſolent. Regiſtrum ſubſcriptioni, ut in Platoniana, ſuppoſitum ſic habet: a. b. c. d. e. f. g. h. *Omnes ſunt quaterni*: ex quo liquet, ejus plagulas, etſi formae quartae, numero pauciores eſſe quam Platonianae, quae ſunt formae folii. Primo autem ejus folio recto legitur allatus titulus, qui in Platoniana deeſt. Exſtat in Caſanatenſi, in Corſiniana & apud Abb. Joannutium.

## VII.

SVETONIVS CVM COMMENTARIO PHILIPPI BEROALDI

*In fine*:

Commentarios hoſce a Pilippo Beroaldo diligentèr compoſitos impreſſit B.

m

„ Matthaei Boſſi Veron. Can. Reg. Recuperationes Feſulanae. *Eſt Epiſtolarum Pars I. Ad calcem*. Recuperationes Feſulanas has elegantiſſimas Opus quidem aureum & penitus divinum quam caſtigatiſſime Impreſſit omni ſolertia Plato de Benedictis Bononienſis In alma Civitate Bononiæ. Anno Salutis MCCCCLXXXXIII. Decimo tertio Kalendas Auguſtas. *Regiſtr. chartar. & Sigillum Platonis. Char. lat. f. Caes. Am. Gott. Clem. V. p. 135. Deb. bell. lett. I. (II.) p. 276. Miſc. p. 98. Schw. I. p. 47. Vall. II. p. 694. Pin. II. p. 228*.

Recuperationes itaque Feſulanae ex ſolis epiſtolis conſtant; & hae epiſtolae ſunt *pars prima Epiſtolarum* a noſtro Boſſo diverſis temporibus & occaſionibus ſcriptarum. Quo ergo abierunt, *Dialogus de tolerandis adverſis, opuſculum de gerendo Magiſtratu, & Orationes VII. diverſi argumenti*, quae in nullo Recuperationum integro exemplo unquam deſiderantur; & in ipſo regiſtro ſubſcriptioni, quam refert D. ipſe, ſubjecto, ſignaturarum deſcriptione, in volumine deeſſe non debere demonſtratur; & ſi non majorem, nobiliorem certe operis partem conſtituunt? Novem autem illi fontes ſive teſtes, quos poſt ſuam edit. deſcriptionem citat D., vel nil omnino probant, vel ipſi adverſantur. Nam aut exempla, quae citat, ſolas Epiſtolas continent, & de his tantum loquuntur auctores, quos ſubjicit; & tunc eorum auctoritas flocci facienda eſt, uti jam vidimus. Aut exempla, praeter epiſtolas, continent etiam alia opuſcula, & de his pariter loquuntur auctores, quomodo certe ex Nicerone loquitur D. Clementius, & tunc haec teſtium multitudo ipſi plane adverſatur. Poſtremo, ſi quidam ex iiſdem ſcriptoribus nec de epiſtolis, neque de aliis lucubrationibus mentionem faciunt, ſicuti non faciunt uterque Deburius, & tunc eorum nomina lectorem quidem de exiſtentia edit. Recuperationum Feſulanarum per Platonem, certiorem facere poterunt, non autem de illis ipſum inſtruere.

di-

BONON. dictus Hectoris Bononiensis adhibita proviribus solertia & diligentia: n. ab archetypo aberrarret (*sic*). Impressum Bononiæ. Anno salutis. M CCCC. LXXXXIII. Nonis Aprilibus Illustrissimo Io. Bentivolo rei. p. Bononiẽsis habe nas feliciter moderante

(*in fol.*)

Allatus titulus legitur primo folio recto; eodem verso habetur brevis *C. Svetonii vita a Philippo Beroaldo condita; cum Plinii Elogio de Julio Caesare Dictatore*; quae duo sunt charactere minori Commentariorum. Sequenti folio incipit Epistola Philippi Beroaldi ad *inclytum Hannibalem Bentivolum Illustrissimi Jo. secundi Bent. filium*, quae tria integra implet folia, ipso textus Svetonii charactere excusa. Folio V. & VI. habetur *Breviarium rerum aliquot memorabilium, quae cuique commentario insunt explicatae, pensitataeque subtilius, &c.* & ipsum minori Commentariorum charactere impressum. Folio VIII. (1) incipit Svetonius, quem suis prolixissimis Commentariis perpetuo comitatur Beroaldus. Utriusque character Romanus est, & nitidus; Svetonii major, uti modo dicebamus, Beroaldi minor. Folio 319. recto desinunt Svetonius & Beroaldus; eodem verso incipit: *Ad inclytum Hannibalem Bentivolum ejusdem Philippi Beroaldi Appendix annotamentorum*, quae pertinet usque ad folium 326. rectum, & in capitula XXI. dividitur, eodem charactere ac Svetonii textus impressa. Eodem folio 326. verso legitur excusatio quaedam Beroaldi ad L., cum duobus Epigrammatis in ejusdem laudem, primo *Joannis Baptistae Pii* Bononiensis, altero *Vgerii* Pontremulensis, & infra typographi subscriptio cum ejus insigni. Sequuntur alia duo folia seu plagulae nullo numero notatae: quarum prior recta registrum signaturarum & foliorum continet, versa, uti & tota sequens, albae sunt. Extat in Casanatensi.

VIII.

IN NOMINE patris et filii ꝛ spiritus sancti amẽ. Incomincia ilbellissimo ꝛ utile trac tato contra el peccato dilla(*sic*) Lĩgua Prologo sopra decta opera com pilata ꝛ facta ꝑ frate DOMENICO CHAVALCHA da vico pisano frate ꝑ dicatore.

*Ad calcem*:

Quivi finisse illibro chiamato Pungi lingua: impresso ne lalma et inclita citade di Bologna in lo hedificio da charta de la illustrissima madoña Gynevera sfor cia di bentivogli per mi Hercules de nani sotto al divo et illustro(*sic*) si- gno-

(1) Septimum vacat.

gnore e principe misser Giovanni
secondo bẽtivoglio sforcia di ve-
scõti da ragona ne lãno di nostro
signor misser Iesu christo. Mcccc
lxxxxiii. a di xxiii. di Marzo.
*Infra insigne typogr. & ad latus Registrum.*
(*in* 4°.)

Exstat in selectissima Biblioth. Excell. Ball. Cajet. Valentii Gonzagae, Mediolani, & in Casanat.

Exemplum Casanat., etsi optimum & integerrimum, ac deaurato corio contectum, falsarii tamen cujusdam manum expertum est: qui ex quatuor decadibus post notam L. in anno subjunctis, priore cum ipsa nota L. abrasa, novaque nota L. calamo tribus reliquis decadibus praefixa, annum 1493. convertit in Mcccc. lxxxiii. Fallaciam tamen suam improbus homo penitus occultare non potuit: nam primus locus ultimae lineae subscriptionis, in quo occurrebat genuina nota L, diminuto notarum numero vacuus remansit. Editio est charact. Goth., pagina bipartita, cum signaturis & registro; ex quo apparet ejus plagulas esse 80. (1)

Cum hoc celebratissimo opere, Italicis typis toties excuso, in exemplo Casanat. colligatum est aliud breve opusculum, cujus haec est inscriptio:

onfessiõe cavata de Lantoniana
p mestro (*sic*) PIERO da BERGAMO.
fra di sancto domenico de observantia

Plagularum quatuor, eodemque charactere & forma, ac praecedens; eique, ut videtur, coaevum.

## IX.

„ PETRI DE ANCHARANO Repet. super C. Canonum, Extra
„ de Constitutionibus *castigata a Lud. Bolognino*. Bononiæ impressa
„ A. D. 1493. tertio nonas Aug. *sine typogr. in fol. maj.*

Denisius, pag. 337.

## X.

„ Repet. c. cum contingat de Iureiurando edita per eximium &c.
„ D. IO. DE IMOLA &c. Impressa Bononie per Ug. Rugerium A.
„ D. MCCCCLXXXXIII. die XIII. Iunii. *in fol.*

Idem, pag. 347.

## XI.

„ *Ejusdem* Repet. Cap. fina. extra. de prescript. Bononie impressa
„ ingenio .... Io. vualbeck ...... A. S. M. CCCC. LXXXXIII. die
„ vero ultimo Septembris. *in fol. maj.*

Idem, pag. 704.



XII.

(1) Per totos sex annos persuasum mihi fuit editionem pertinere ad annum 1483. & Orlandium Maettariumque in annum 1493. eam falso retulisse; solumque postremis hisce mensibus fallaciam detexi.

BONON.

XII.

„ MICH. SAVONAROLAE Liber de Balneis. *Ad calcem*: liber de
„ balneis & termis (*sic*) naturalibus totius mundi cum suis omni-
„ bus proprietatibus, necnon de balneis & termis, artificialibus
„ editus a D. Mich. Savonarola . . . . impressus bononie (*sic*) im-
„ pensa benedicti hectoris . . . . explicit. Anno sal. 1493. tertio idus
„ majas . . . . . . *in fol.*

Idem, pag. 355.

XIII.

„ MATTHÆI MATASELANI Tract. super electione verioris opi-
„ nionis cum controversia vertitur inter Doctores. *Ad calcem*: Fi-
„ nitur tract. de modo studendi cum contrarietatibus Bar. in qui-
„ bus sibi ipsi contradicit: *Haec duo infra in S. Severino* una cum Tract.
„ elect. opinionum: impressus Bononie per Bened. Hectoris libra-
„ rium. Anno sal. 1493. die quarta Julii. *in fol. maj.*

Idem, pag. 349.

MCCCCLXXXXIV.

I.

CELSI
VERONENSIS
SVASORIA

*In fine*:
Explicit suasoria pro facillima hostium ex-
pugnatione Celsi Maphei Veronẽsis Canonici
regularis ad Venetos. *Sine loco & anno*.
(*in* 4°.)
CELSI Veronensis Canonici Regularis Lateranẽ-
sis congregationis Dissuasoria ne Christiani
principes Ecclesiasticos usurpent cen-
sus Ad Inclytũ venetorũ Senatũ.
*Aliaque duo opuscula. In volum. calce legitur*:
Opusculum hoc Bononiæ Impressum est p Pla-
tonem de Benedictis librorum excussorẽ (*sic*) Anno
Domini. M. CCCC. LXXXXIIII. Quin
to Kallendas (*sic*) Iulias.

REGISTRVM.

(*in* 4°.)

Pri-

Primum opusculum fortasse alibi quam Bononiae typis vulgatum fuit: ejus enim character, qui Romanus est, valdeque pulcher, alius est a characteribus mihi notis Bononiensium typographorum. Scriptum est ad Augustinum Barbadicum Venetorum Ducem, quo Venetos ad divinam opem contra Gallos, qui Italiam invaserant, implorandam incitaret. Primo folio non aliud legitur, quam allatus titulus, majusculo charactere impressus: alia septem Orationem ipsam continent. Exstat in Casanatensi. BONON.

Alteri opusculo duae praeeunt Epistolae: I. Domitii Veronensis ad Jacobum Cardinalem Papiensem; altera Hermolai Barbari Episc. Veronen. ad ipsum Celsum, data *ex Venetiis pridie Kal. Februarias M.ccccLxxi.*, totis scilicet viginti tribus annis antequam opusculum a Platone Bononiae imprimeretur. Atque hinc conjicere licet, opusculum hoc diu ante annum 1494. typis vulgatum fuisse, aut saltem aliquot ejus exempla calamo exarata ad manus doctorum pervenisse: nam & Calderinus in ea quam dixi epistola & a se & a Jacobo Cardinali lectum & vehementer probatum fuisse narrat; & hoc idem de se testatur Hermolaus in Epistola ad ipsum Celsum. Alia duo opuscula huic subjuncta sunt: I. *Celsi Veronensis Quaestio an aliqua Res. pu. possit conducere Judaeos ad foenerandum; & an Papa valeat concedere quod id fieri possit sine peccato*. II. *D. Celsi Veronensis Can. Reg. ad Rev. D. Cardinalem Papiensem de morte S. Sixti Cardinalis Epistola*; ad cujus calcem subjunctum est Epistolion Philippi Beroaldi in libelli laudem. Sequenti eoque ultimo folio recto legitur adducta subscriptio: *Opusculum hoc, &c.*, infra quam positum est registrum, a. b. c. d. e. cum hac declaratione: *omnes sunt quaterniones ultimus vero constat ex duobus foliis*: ex quo de numero foliorum libelli liquet. Exstat in Biblioth. privata SS. D. N. Pii PP. VI. & in Casanat.

## II.

NICOLAI BVRTII Parmensis Bononia illustrata.

*In calce*:

BONOniæ: anno salutis. M. cccc. lxxxxiiii. Ex officina Platonis de Benedictis hujusce artis exactoris probatissimi Libellus q̃ pulcherrimis caracteribus (*sic*) impressus. In quo Origo / situsq; Bononiæ. Hinc viri illustres: qui ingenio claruerint tam domestici / q̃ externi. Templa quoq; ac corpora sanctorum ibidem consepulta. Postmodum oppida / vicus / factiones: quæ quondam hic viguere. Gestaq; Bononiensium sub brevitate contenta: una cum illustri Bentivolorum genealogia connumerantur. Si quid tamen in eo mendæ et erroris īsertum fuerit: non impressoris negligentia: sed potius famulorum incuria pretermissum putes. Nam ille ingenio: litteraturaq; nō mediocri dotatus: et tali exercitio īter cæteros excultissimus est.

REGISTRVM

a b c d e

Omnes

BONON. Omnes ſunt quaterni preter e qui eſt ternus.
(*in* 4°.)

Prolixiſſimam ſubſcriptionem huc afferre operae pretium duxi, quod non aliunde melius quam ex ipſa de opuſculi argumento intelligi poſſit. Poſt brevem deſcriptionem eorum, quae in eadem recenſentur, ſequuntur varia Auctoris carmina, quae octo integras plagulas cum dimidia occupant. Primo folio recto legitur allatum lemma BONONIA ILLUSTRATA, ſemigothico grandiori, rubroque charact. excuſum. Verſo incipit Auctoris carmen elegiacum ad Jo. Bentivolum ſecundum, quod & per majorem ſequentis recti partem excurrit; eodem verſo incipit opuſculum ipſum, praefixo, charactere rubro (quo etiam eſt inſcriptio praeced. carmini praepoſita), ſequenti titulo:

Bononia illuſtrata a Ioanne Bẽtivolo ſecundo Se
natus Bononiẽſis Principe fauſtiſſimo ad lectorẽ.

Exſtat in Caſanatenſi & in Barberina.

III.

„ *Ejuſdem* NIC. BVRTII Muſarum, Nympharumque ac ſummorum
„ Deorum Epitoma. Item Carmen ſapphicum ad M. Virginem.
„ per eundem, ibid. 1494. *in* 4°.

Ex Orlandio, pag. 113. & 303. Vid. Mazzuchellium, vol. II. par. IV. p. 2449.

IV.

„ LVDOVICI BOLOGNINI Interpretationes novæ in Jus Civile.
„ Bononiæ per Platonem de Benedictis 1494. *in fol.*

Ex eodem, pag. 113. & 299. Mazzuchellius aliam laudat hujus operis edit. in 4. iiſdem typis & anno, vol. II. par. III. pag. 1499. Vide Fantutium, tom. II. pag. 267.

V.

„ HIERONYMI (Alexandrini) Petroboni I. C. Carmina ad Io.
„ Bentivolum ii., dicta Bentivola. per eundem. ibid. 1494. *in* 4°.

Ex Orlandio, pag. 113. & 382.

VI.

Secũd9 ſnĩarũ ſãcti THOME
aqnatis ordinis pdicatorũ
*In fine*:

Explicit ſcriptum Angelici doctoris ſancti Tho
me aquinatis ordinis predicatorum in ſecundũ ſen.
tentiarum: acuratiſſime (*ſic*) emendatum: per venerabi.
lem patrem fratrem Paulum Soncinatem ex eo.

dem

dem ordine sacrarum litterarum perspicacissimum baccalariũ: Nec nõ diligentissime revisum: p venerabilẽ patrẽ fratrẽ Marcũ de Benevento ordinis sancti Benedicti congregatiõis Celestinoꝝ: artiũ ba calariũ. Impressum Bononie impensis Benedicti Hectoris Bononiensis. Anno xpi M. ccccclxxxxiiii. die vigesimo septimo madii. Ioane (*sic*) bentivolo scd'o reipu. Bononiensis habenas feliciter moderante. BONON.

Laus Deo.

(*in fol.*)

Post hæc habetur tabula titulorum, seu articulorum S. Thomae, foliorum duorum, subjecto ad ejusdem calcem insigni typographi: quibus tertium accedit anteriore facie sistens registrum totius volum. Principio vero habetur index seu tabula ipsius Secundi sententiarum, & ipsa foliorum duorum, quam praecedit folium, in quo legitur allatus titulus, *Secundus*, &c. Hic index, uti & totus textus Magistri, est charactere majori quam commentum S. Thomae, uterque vero Gothicus. Vol. foll. ex Registro 182.

Duo hujus edit. exempla a me visa, alterum in Bibliotheca S. Jacobi ord. Pr. Ananiae, alterum in Casanatensi, in subscriptione prolixa, quae est ad calcem, examussim inter se conveniunt; in titulo vero, qui legitur primo fol. recto, non item: Ananiense siquidem legit, uti supra exhibitus est; Casanatense vero sic:

Secũdũ sñiarũ sãcti thome
aq̃natis ordinis p̃dicatorũ

## VII.

„ *Ejusd.* S. THOMÆ Secundum scriptum super secundum li-
„ brum Sententiarum. Bononiæ 1494.

Maettarius, pag. 583. ex Biblioth. Augustan. Reiser. Opus autem haud est S. Thomae, sed Card. Hannibaldi Hannibaldensis. Vid. tom. IV. Indicis Biblioth. Casanat., Append. Lit. H. p. iii.

## VIII.

„ ACHILLINI ALEXANDRI Bononiensis Artium & Medicinæ pu-
„ blici Professoris Patavii & Bononiæ. Quodlibeta V. de Intelligentiis
„ per Benedictum Hectoris kal. Iun. Bononiæ 1494. *in fol.*

## IX.

„ *Ejusdem* de Distributionibus ac proportione motuum, *per eund.*
„ *ibid.* 1494. *in fol.*

Utraque haec Bononien. editio refertur a Fantutio in notitia Scriptorum Bononien., tom. I. pag. 53. 54. quem vide.

X.

BONON.

## X.

Opera Agricolationum : COLVMELLÆ : VARRONIS : CATONISq; : nec non PALLADII : cũ exſcriptionibus . D. Philippi Beroaldi : & commentariis quæ in aliis impreſſionibus non exſtãt.

*Ad calcem:*

Opera agricolationum : Columellæ : Varronis : Catoniſq; : nec nõ Palladii : cum exſcriptionibus . D. Philippi Beroaldi : & cõmentariis quæ in aliis impreſſionibus nõ extant . Impreſſa Bonon. Impenſis Benedicti hectoris bononienſis. Mcccclxxxxiiii. xiii. calen. octob. Ioãne bẽtivolo. ii. reip. bono. habenas fœliciter moderãte. (*in fol.*)

Primo folio recto legitur allatus titulus, *Opera Agricolationum*, &c. Eodem verſo duae occurrunt Epiſtolae: I. Georgii Alexandrini ad Petrum Priolum in *Enarrationes priſcarum vocum*, Catonis, Varronis, & Columellae, a ſe collectas; altera Philippi Beroaldi in commendationem horum operum eorumque editionem. Folio ſecundo incipiunt Enarrationes Georgii, quae tredecim occupant folia, & haec priora quatuordecim folia ſignata ſunt majuſculis litteris A. B. Folio 15. incipiunt novae ſignaturae minuſculis litteris expreſſae, quae uſque ad qq III. (1) pertingunt. Eodem folio 15. ſignato, *a*, legitur Epiſtola Georgii Alexandrini ad Bernardum Juſtinianum, editioni Venetae Nicol. Jenſon anni 1472. ab ipſo curatae praemiſſa, & in Regienſi anni 1482. (una cum ſuperiori ad P. Priolum) & in hac repetita. Poſt Epiſtolam, quae totum folium occupat, incipit Cato, praemiſſo tamen indice capitum ejuſdem, quae ſunt numero CLXI. Poſt Catonem, ſequitur Varro, deinde Columella, ac poſtremo Palladius; quibus non ſecus ac Catoni, ſuus praeponitur index; niſi quod in Varrone & Columella, omnium librorum praeponitur; in Palladio vero cuilibet libro ſuus particularis praeponitur index.

Ex iis, quae modo dicebamus, intelligitur primo loco in volumine haberi Catonem, deinde Varronem, &c. Neque aliter locari, diſponique poſſunt ejuſmodi opera, niſi penitus turbato ſignaturarum ordine, quae, initio facto a Catone, per

(1) Folia, ſeu chartae voluminis, non indiligenter numeratae, inventae ſunt 274. minimum 272. Regiſtrum *Signaturarum & foliorum* (uti nos appellare ſolemus), quod occurrit penultimo folio verſo, exhibet 44. foliorum faſciculos, ex quibus quidam duerni ſunt, alii terni, alii quaterni; licet duerni ſpeciem praeferant ternorum, terni (uno excepto) quaternorum, quaterni quinternorum; quod in quolibet faſciculo deſcriptum ſit etiam principium ſecundae partis cujuslibet folii intimi, ultimo excepto. Sub hoc regiſtro habetur typographi inſigne. Ultimo folio recto leguntur duo D. Ugerii Pontremul. epigrammata: 1. ad L. 2. ad ipſum typographum.

Beroaldi autem *exſcriptiones* aliud nil ſunt quam quaedam Auctorum verba ex textu in margine exſcripta. *Commentarii* vero, *qui in aliis impreſſionibus non habentur*, ſunt: I. Julii Pomponii Fortunati interpret. in carminibus Columellae; II. Excerpta quaedam ex Codri grammatici dictis, libello Palladii de inſitione ab ipſo Beroaldo circumfuſa. Editio eſt optimo charactere Romano, & una ex praeſtantioribus, quas protulit Bononia.

per Varronem, Columellam & Palladium non interrupta serie continuantur. Quo posito, non apparet causa, cur cum in titulo, tum in subscriptione primo loco nominatus fuerit Columella, deinde Varro, postea Cato. Opus quidem Columellae tum mole, tum accuratione praestat aliis tribus; sed haec non videtur esse idonea causa cur in lemmate voluminis & subscriptione inverti debuerit ordo rerum in ipso contentarum. Exstat in Casanatensi, Corsiniana, & Aracaelitana. De Veneta & Regiensi editione, pulcherrima utraque, sermo fiet suo loco. BONON.

## XI.

M. T. CICERONIS *opera quaedam* Philosophica.

*In calce*:

Opera. M. T. C. De natura deorum: de finibus bonorum & malorum: necnõ de Legibus foeliciter expliciunt: accuratissime emendata & reuisa: Impressaq; Bononiæ impensis Benedicti Hectoris bononiensis. M. cccc. lxxxxiiii. iiii. idus decembris. Ioanne Bentiuolo secũdo reip. bononiensis habenas foeliciter moderante. (*in fol.*)

Exemplo hujus edit., quod exstat in Casanat., caetera integerrimo & optimo, deesse videtur (1) primum folium, quod vel omnino album est, vel titulum, aut praef. aut simile quidpiam continet. Secundo folio signato *a ii.* incipit *Ciceronis vita ex dictis Plutarchi breviter excerpta*, quae tres integras paginas & lineas aliquot alterius paginae occupat. Quod sequitur folium, anteriore sui facie exhibet carmen Severi Cornelii in obitum Ciceronis; altera vacat. Post haec incipit Cicero ipse, cujus primum folium signatur *b*, secundum b. II., tertium b. III.: quo modo signatur maxima scaporum voluminis pars usque ad s. III., exceptis primo, septimo, & decimoquinto, qui sunt duerni. Numeris & custodibus caret (2).

## XII.

„ PHILIPPI BEROALDI Heptalogos, sive septem Sapientum di-
„ cta. Bononiæ per Benedictum Hectoreum 1494. *in* 8°.

Praecedit Epist. dedic. Auctoris *ad Ioannem Vactem Bergensem Scholasticum Boemum*. Editio refertur a cl. Fantutio, tom. 2. pag. 127.

## XIII.

„ MAGISTRI PAVLI prædicabiles sermones a septuagesima us-
„ que ad tertium diem Paschæ. Bononiæ 1494. *in* 4°.



(1) Nil omnino deest Casanat. exemplo, uti nuperrime intellexi ex exemplo Can. Devoti, quod in omnibus conforme est Casanat.: prima enim plagula in utroque omnino alba est. Ad calcem, ante subscriptionem descripta fuit signaturarum series, ex qua colligitur volum. plagulas esse 101. Subscriptioni subjectum est insigne typographi.

(2) Deest in Orlandio, sed refertur a Maittario pag. 579. inter editiones a se visas, nullo tamen nominato editore, qui forsitan fuit Beroaldus.

BONON.

XIV.

„ GVILL. de VILLA OCCHAM Summulæ in Physic. Aristote-
„ lis. Bononiæ 1494. *in fol.*

Utraque haec editio refertur a Maettario, altera pag. 580., altera pag. 584. Exst. haec apud Abb. Ferd. Joannutium.

P. S. Hisce jam praelo paratis, in manus nostras incidit exemplum hujus edit. cujus registrum & subscriptionem hic exhibere non inutile arbitramur.

Registrum a. b. c. d. e. f. g. h. omnes sunt terni.
Expliciunt auree sũmule in lib. physicorum
Fratris Guilielmi de villa Occham Anglie:
Academie Nominaliuȝ principis: Sacraruȝ lit
teraꝝ ꝓfessoris: ex ordine minorum: Correcte vi
gili studio ac labore Venerabilis patris fratris
Marci Alexandrei de Benevẽto Cõgregatio
nis Celestinoꝝ: Ordinis divi Benedicti artium
bacchalarii. Impresseq; Bononie impensis
Benedicti Hectoris Bononiensis Viri soler
tissimi. 1494. idibus decẽbris. Io. Bentivolo
secũdo merito regnante. *Infra insigne typogr.*

Sequenti fol. recto, eoque ultimo habentur duo epigrammata in laudem editoris, rotundo charact. excusa; cum tamen opus ipsum sit charact. semigoth. sed pulchro valde.

XV.

LIBRO chiamato quatriregio del
decorso de la vita humana
in terza rima:

*In fine*:

Finisce ellibro decto el Quatriregio del
decorso della vita humana di messer FEDE
RICO gia uescouo della cipta di Fuligno exi
mio in sacra theologia frate del ordine di
Sancto Domenico con somma diligentia
emendato. Impresso in Bologna per mae-
stro Francesco de Ragazonibus del. M.
cccc.lxxxxiiii.
a b c d e f g h i k l m.
Tuti (*sic*) sono terni esceto (*sic*) la tavo
la che e duerno
(*in fol.*)

Ta-

Tabula in hoc Registro memorata operi ipsi praemittitur. Primo ejus folio recto legitur allatus titulus: *Libro* &c., eodem verso incipit tabula ipsa, quae & reliquum duerni occupat. Exstat in Angelica & in Corsiniana. De hoc opere confer Petrum Cannetum Abb. Camaldulensem in dissert. Apologetica edit. Fulginatensi anni 1725. ab ipso curatae subjuncta. BONON.

XVI.

„ Vita de Philosophi vulgare, Libro extracto da D. LAHERTIO,
„ e da altri antiquissimi Doctori. Impressa nell'alma & inclyta
„ Citade de Bologna nello edificio da Charta della illustrissima
„ Madonna Sforza de' Bentivogli, per Maestro Hercules Nani....
„ ne lanno del nostro Signore Misser Iesu Christo M. cccclxxxxiiii.
„ a di xiii. de Zenaro. Laus Deo piissimo 1494.

Debetur hujus editionis notitia P. A. Orlandio, qui eam refert in suo opere pag. 116., omissa tamen libri forma.

XVII.

„ IOH. BAPT. PLATINÆ Opusculum de honesta voluptate ac
„ valetudine. Bononiæ 1494. *in* 4°.

Haec ex Denisio, pag. 377.

XVIII.

„ ANTIOCHI TIBERTI Cæsenatis de Chyromantia Libri III.
„ Bononiæ Idib. Novembris. 1494 *in* 4°.

Ex eodem, pag. 381.

XIX.

„ FLORES LEGVM seu auctoritatum congeries juris civilis, cum
„ allegationibus librorum ex quibus sumuntur. Impressum Bono-
„ niæ per Danesium Hectoris Bibliopolam solertissimum Bononien-
„ sem anno 1494. die xii. Iunii. *in* 4°.

Refert hanc edit. cl. Mittarellius in Append. pag. 404. sub *Roladino Passagerio*, ad quem opus fortasse pertinet; etsi apud Pancirolum, Fabricium, ipsumque cl. Sartium nulla ejus habeatur mentio.

XX.

Libro de le ꝟtu de herbe ⁊ pre
de: quale fece Alberto Magno.
*In fine:*

Impresso nel nome del glorioso Idio (*sic*) ne la inclita & magna cita
de di Bologna per mi Bazaliero di Bazalieri. Ne lo anno. M. cccc:
lxxxxiiii. adi. x. de luio.
(*in* 4°.)

BONON. Primo fol. recto infra adductam inscriptionem habetur rudis imago auctoris scribentis; versum vacat. Post operis finem & ante subscriptionem occurrit prolixa tabula, *mirabiles*, seu vanas & partim superstitiosas res, quae in ipso docentur, indicans. Opusculum est charact. rotundo & cum signaturis, plagularum 16. Exstat apud Abb. Joannutium.

XXI.

LVDOVICI IMOLENSIS ex ordine Minorum Theologie professoris Oratio ad populum Bononiensem tempore quo Generale fratrum minorum Cōcilium in Ciuitate Bononiensi est celebratū Anno M. ccccLxxxxiiii. (*in* 4°.)

Opusculum est sine nota loci & anni impressionis: quorum tamen illum fuisse Bononiam, hunc, annum 1494. probabile admodum est. Constat ex duobus tantum plagulis rotundo, minuto charactere excusis, sine nomine typogr., signaturis, numeris &c. ejusque notitiam nobiscum communicavit cl. P. Amoretti, qui illud tractavit in Biblioth. Corsiniana.

## MCCCCLXXXXV.

I.

PHILIPPI BEROALDI de felicitate opusculum.

*In calce:*

OPVSculum hoc de felicitate luculentū īpressoria Platonis de Benedictis Bononiæ incude egregiis his caracteribus excussum (*sic*) Anno salutis Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto Calendis aprilibus lector amplectere & fove si felix esse cupis.

REGISTRVM.

(*in* 4°.)

Primo folio recto occurrit allatus titulus, Gothicis majoribus litteris excusus; versum vacat. Sequentia duo sistunt Epistolam dedicat. Auctoris ad Marchionem Jacobum Badensem, sine anni & loci nota; quartum omnino vacat: quinto signato *a I.* incipit opusculum ipsum, cui rubro, & majusculo charactere hic praepositus est titulus: *Oratio Philippi Beroldi de felicitate babita in enarratione Georgicon Virgilii & Columellae*; quae oratio carminibus tribus clauditur: nempe *Distieho ad Auditores extemporaliter effuso*, *Hendecasyllabo ad Joannem Bentivolum*; alioque *ad Gurmenium*. Ultimo folio recto habetur subscriptio typographi cum Registro sic expresso: *primo folio continetur Epistola, deinde a. b. c. omnes sunt quaterniones*; & infra insigne typographi. Exstat in Biblioth. Em. Card. Valentii Gonzagae, in Casanat., in Angelica, apud Can. Devoti &c.

II.

## II.

SEXTI IVLII FRONTINI VIRI CONSVLARIS STRATAGEMATICON *libri quatuor*.

*In fine*:

Impressum Bononiæ per Platonem de Benedictis librorum cussoré (*sic*) Anno. MCCCCLXXXXV. die vero decimo Iulii. *Vid. sub anno seq.* (*in fol.*)

## III.

Præstantissimi adulescentis (*sic*) GASPARIS FANTVTII cæsarei Iuris acutissimi professoris Oratio ab eodem corã excellentissimo Bononiensi gimnasio (*sic*) pronunciata: et per dominum Hieronymum Petrobonum Alexandrinum iuris utriusq; scholasticum peritissimum diligentissime repastinata.

*In calce*:

Impressum Bononiæ per Platonem de Benedictis de Bononia. Anno Domini. M. cccc. lxxxxv. die xix. mensis octobris.

(*in 4°. parvo*)

Charact. rotundo & pulchro, cum signaturis, quæ pertinent usque ad A iii. Exst. in Casanat.

## IV.

MATTHAEI BOSSI veronen
sis canonici regularis de
instituendo sapientia
animo disputatio-
nes per dies. VIII.
in pratis. D. le-
onardi iux
ta vero
nam
religiosissime ha
bitas lector a-
gnoscito pie
que gusta
to qui
bus
o

BONON.

vere
ſapiens
per chri
ſtum evadito.

*In fine:*

Opus hoc impreſſum é, q̃ accuratiſſima
fide et diligẽtia licuit: ſano diſtinc
toq; charactere a Pla
tone de Be
nedictis
Bo
noniæ
Anno Salu-
tis Mileſimo (*ſic*) quadrin-
genteſimo I nonageſimoquinto
Octavo Idus Novembres. Laus Deo
(*in* 4°.)

Operi praecedunt folia quatuor, in quorum primo recto haec verba charactere majuſculo inſcripta ſunt: *De inſtituendo ſapientia animo*; verſum vacat. Sequentia tria continent prolixam Epiſtolam Auctoris ad Severinum Calchum Concanonicum ſuum, datam Veronae ex Coenobio S. Leonardi XIII. Cal. Octobris anni 1495. In horum trium poſtremo verſo legitur allatus titulus in particulas, ſeu lineolas 20. diſtributus, & capitalibus litteris impreſſus. Sequitur deinde opus ipſum in octo Collationes diviſum, in cujus poſtremo folio verſo legitur breve quoddam monitum de quibuſdam exiguis erratis ab artifice admiſſis. Poſt haec duo alia occurrunt folia, in quorum primo recto habetur Epigramma M. Antonii Aldegathi in operis laudem, eodem verſo regiſtrum, quod ſic expreſſum eſt: *Primo folio continetur Epiſtola, deinde A B C D E F G H I K L M N O P Q. Omnes ſunt quaterni, excepto Q. qui eſt duernus*; infra quae viſitur inſigne typographi. Sequenti recto habetur adducta ſubſcriptio; reliquum folii vacat. Exſtat in Caſanatenſi & Corſiniana.

## V.

MATTAEI BOSSI VERONENSIS CA
NONICI REGVLARIS IN IESV CHRI
STI SALVATORIS PASSIONE FLE-
BILIS ET DEVOTISSIMVS SERMO

*In fine:*

Impreſſum Bononiæ per Platonem
de Benedictis de Bononia
Anno ſalutis Mileſimo(*ſic*)
quadringẽteſimo
et nonageſi-

mo-

mo q̄nto
tertio Idus novem
bris
?
REGISTRVM.
A B Ambo sunt Terni.
(*in* 4°.)

Adducta subscriptio, cum supposito Registro occurrit ultimo folio recto, in quo habetur etiam insigne typographi. Editio, teste Deburio, rara est. Exstat in Casanatensi.

VI.

FLAVII VEGETII Viri Illus. ad Valentianum (*sic*)
Augustum Epitoma institutorū rei Militaris ex commentariis Catonis: Celsi: Traiani: Hadriani: et Frō
tini ....

*In fine:*

Vegetii Finis Bononiæ Impressi per Platonē de Benedictis. Anno
domini Millesimoquadringentesimononagesimoq̄nto. die
vero sextodecimo Novembris. *Vid. sub an. seq.*
(*in fol.*)

VII.

„ LVDOVICI BOLOGNINI interpretationes ad omnes ferme Le-
„ ges. Bononiæ per Platonem de Benedictis 1495. *in fol.*

Quae de hac editione scribit cl. Mazzuchellius in Scriptoribus Italiae Vol. II. par. III. pag. 1499., eadem leguntur & apud cl. Fantutium in Scriptoribus Bononiensibus, tom. II. pag. 267.

VIII.

Disputationes IOANNIS PICI Miran
dulæ litterarum principis
adversus astrologiā
divinatoriam qui
bus penitus sub
nervata cor
ruit

*Penultimo folio recto:*

Disputationes has Ioannis pici Mirandulæ concordiæ Comitis ı littera
rum
principis ı adversus astrologos: diligenter impressit Benedictus Hectoris
Bononiē
sis

BONON. ſis adhibita pro viribus diligentia ne ab archetypo aberraret. Bononiæ anno ſalutis. Mccccclxxxxv. die vero xvi. Iulii.
(*in fol.*)

Primo folio recto legitur titulus huc allatus; verſum vacat. Sequenti folio ſignato *aa ii.* duae habentur Epiſtolae Jo. Franciſci Pici Mirandulae: I. ad Oliverium Carafam Card., qua patrui opus ipſi nuncupat; II. ad Veritatis Amatores. In quatuor ſequentibus foliis deſcripta ſunt argumenta capitum cujuslibet ex XII. libris, in quos opus dividitur. Primus hic vol. ſcapus, uti jam innuimus, ſignatus eſt litera *a* geminata: qui ſequuntur omnes literis ſimplicibus, & primo quidem minuſculis, deinde majuſculis. Minuſculae deſinunt in *m iii.*, & quinque priores libros ſignant; majuſculae ſignant caeteros libros, & deſinunt in *L ii.* Ex regiſtro autem, quod habetur penultimo folio verſo, liquet foliorum ſive plagularum ſummam omnino eſſe 142., ex quibus penultimum rectum operis finem cum ſubſcriptione typographi exhibet; idem verſum, regiſtrum, cum inſigni typographi. Ultimum continet *Correctiones libri contra Aſtrologos*, cum privilegio Lud. Mariae Sfortiae favore typographi dato VII. Julii 1496. Exſtat in Biblioth. privata SS. D. N. Pii PP. VI. in Caſanat. in Corſin. apud Can. Devoti &c. Vid. ſub anno ſeq.

IX.

STEPHANI de FLANDRIA O. Servorum B. V. M. Logica ab Andrea Arena emendata.

*In fine*:

Opus diligenter emendatum
p acutiſſimum artium auditorem
magiſtrum Andream Arenã Lu-
cenſem Bononiæ impreſſum per
me Benedictum Hectoris Bono
nienſis(*ſic*)1495.dievero.14.menſis
Octobris. *Infra inſigne typogr.*

(*in* 4°.)

Praecedunt duae Epiſtolae: I. Oliverii Jonti de Monte Gallo Bononiae Logicam ordinariam legentis ad Andream Arenam Dialecticae cultorem; II. ipſius Arenae ad Gulielmum Vellutellium Lucenſem data Bononiae Quinto Idus Septembr. 1495., cui ſubjiciuntur duo Epigrammata ejuſdem Arenae ad L.; & haec praeambula primum implent voluminis folium. Caetera omnia ab opere ipſo occupantur, quod deſinit folio verſo. Editio eſt optimo charactere Romano, duabus columnis, & cum ſignaturis tantum. Exſtat in Caſanatenſi & apud Abb. Joannutium.

X.

„ S. I. FRONTINI Stratagematicon libri IV. per Bened. Hecto-
„ ris Bononiæ 1495. *in fol.*

*Queſto libro* (ait cl. Fantutius, poſt memoratam editionem ejuſdem anni per Plat. de Benedictis) *fu riſtampato in Bologna per Bened. Hectoris in fol.* Utraque pa-

pariter editi o laudatur a Mazzuchellio *negli Scrittori d'Italia*, vol. II. par. II. pag. BONON.
1013. Hic vero levis quaedam sese offert utriusque cl. Scriptoris inaccuratio, a qua alieni esse solent vel in minoris momenti operibus describendis. Beroaldus enim non modo emendavit Frontinum, sed & tres alios de re bellica vetustos scriptores *Vegetium*, *Aelianum & Modestum*, quos certe Plato de Benedictis simul omnes XVI. Kal. Febr. anni 1496. literatorum vulgo spectandos exhibuit. Uterque tamen tam in recensione primae, quam secundae editionis Frontini, de aliis tribus scriptoribus silet; solumque monent, epistolam dedicatoriam Beroaldi ad Minum Rossium Senatorem Bononiensem, quae legitur in edit. Platonis de Benedictis, & in qua Beroaldus quatuor de re bellica scriptores se emendasse ait, & *sic emendatos typographo e vestigio imprimendos* dedisse, recusam fuisse par. II. Biblioth. Smithianae char. 282.; ita ut nisi ad manus sit ejusmodi Bibliotheca, ex una lectione operum cll. scriptorum, Lector nullo modo intelligere possit, Beroaldum alios tres scriptores emendasse, & multo minus simul omnes vulgatos fuisse Bononiae XVI. Kal. Febr. anni 1496. a Platone de Benedictis.

Editio autem Frontini anni 1495. per Benedictum Hectoris primum innotuisse videtur ex opere Orlandii, in quo par. I. pag. 114. ejusmodi editio refertur sub ejusdem nomine; sed una annotatur esse *sine nomine typographi*: par. autem II. pag. 332. denuo laudatur sub nomine *Bened. Hectoris*, at defectus nominis typographi silentio involvitur. Tam autem in prima, quam in secunda frustra quaeras editionem hujus anni per *Platonem de Benedictis*. Vide sub anno sequenti, n. 1.

## XI.

Eximii atq; excellentissimi physicorũ motuum cursusq; siderei indagatoris MICHAELIS SCOTI sup auctor sperae (*sic*) cũ questionibus diligenter emendatis incipit expositio ɔfecta Illustrissimi Imperatoris Dñi. D. Fedrici (*sic*) precibus.

*In calce:*

Impressum fuit hoc opus diligenter in alma civitate Bononiae Regnante inclyto principe. Domino. D. Iohanne secundo Bentivolo per Iustinianum de Ruberia. Mccccxxxxv. die. xvi. Setembris (*sic*).

Typographi nomen, mensisque dies editioni ab Orlandio adscripta, de ejusdem veritate L. certiorem faciunt. Eandem ex eodem retulit Maettarius, pag. 606.

Ultimo fol. verso habentur duo epigrammata in authoris laudem: I. Pompilii Alciatii Placent.; II. Joannis Romigniisii Bobiensis, & infra, typographi insigne. Editio est Goth. charact. cum signaturis, sed sine numeris, custodibus & registro plagulat. 40. Exstat in Casanat.

## XII.

„ PHIL. BEROALDI de Felicitate opusculum: per Caligulam Bazalerium. Bononiæ 1495. in 4°.

Ex Longio novam hanc hujus opusculi Beroaldini editionem citat Maettarius,

BONON. pag. 605. Ejusdem quoque meminere Mazzuchellius *negli Scrittori Italiani*, Vol. II. par. II. pag. 1013., & Fantutius *negli Scrittori Bolognesi*, tom. II. pag. 127.

## XIII.

MATTHAEI BOSSI . . . . . . in Iesu Christi Salvatoris Passione flebilis et devotissimus sermo.

*In calce:*

Impressum Bononiæ per Caligulam de Bazaleriis Bononiensem Anno salutis Milesimo (*sic*) quadringētesimo & nonagesimoqnto.

(*in 4°.*)

Primo folio recto habetur rudis imago Crucifixi ligno insculpta, superposito adducto titulo charact. majusculo. Eodem verso incipit oratio ipsa, quae desinit sexto, seu ultimo recto, subjecta subscriptione, *impressum*, &c. Character rotundus est, sed crassiusculus & parvus; adsunt signaturae. De hac edit. sic scribit cl. P. Amoretti ejus possessor alias saepe laudatus: „ Quest' edizione è sfuggita agli „ occhi dell'Orlandi, come anche lo stampatore della medesima: è pure inco- „ gnita al Maittaire, e al suo continuatore Denis, nè da alcuno è riportata, per „ quanto è a mia notizia.

## XIV.

LAERTII DIOGENIS vitæ & sententiæ eorum qui in philosophia ꝓbati fuerunt.

*Latine ex versione* Ambrosii Traversarii Camaldul., a Bened. Brógnolo *recognita & suppleta*.

*In calce:*

Impressum Bononiæ per Iacobum de Ragazonibus
Anno domini. M. cccclxxxxv. die xxx. Marci. (*sic*)
Registrum. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t.
Omnes sunt terni præter. t. quæ est duernus.
(*in fol.*)

Primo folio recto non aliud legitur nisi, DIOGENE LAERTIO. Quod nomen Italice expressum occasionem dedisse videtur Argelato, & (qui eum sequutus est) Paitono, ipsique Denisio, hanc editionem inter Italicas Laertii numerandi. Subscriptio certe, quam hi Bibliographi suae editioni adscribunt, eadem omnino est, etiam quod spectat ad mensis diem, ipsiusque mensis nomen corruptum, ac ea, quae in hac Lat. edit. legitur. Quamobrem aut duas Laertii editiones eadem mensis ejusdem die, a Jacobo de Ragazonibus, Latinam unam *in fol.*, Italam alteram *in 4.* (talis enim formae ii Scriptores suam edit. dicunt) iisdem omnino verbis in principio & fine signatas, absolutas fuisse dicendum erit; aut, quod verisimilius videtur, Argelatum Italico Auctoris nomine deceptum, perperam opus ipsum Italicum existimasse.

Primo fol. verso habetur Epistola Benedicti Brognoli ad Laur. Georgium, & Jac. Baduarium, data Venetiis pridie Idus Augusti anni 1475., eadem, quae legitur in

in edit. Veneta ejus anni per Nic. Jenson, ab ipso Brognolo curata, & in hac repetita. Huic epistolae (quae & partem secundi recti occupat) subjungitur Epistola Ambrosii interpretis ad Cosmum Medicem in opus Laertii, quae residuum paginae & majorem sequentis occupat. Folio III. recto incipit Laertius ipse (praemisso allato titulo), qui desinit circa medium folii CXI. recti, a quo incipit operis tabula ordine alphabetico digesta, indicatis libro & charta ubi unaquaeque vita quaerenda est, & ad cujus calcem subjuncta est allata subscriptio cum supposito registro. Editio est charact. rotundo aliquantisper crasso, cum signaturis & numeris, quorum posteriores tres mendosi sunt; loco enim notae X. typographus in eorum quovis substituit notam V. Exst. in Biblioth. priv. SS. D. N. Pii PP. VI., in Corsiniana, Casanatensi &c. BONON.

## XV.

„ LVDOVICI BOLOGNI tabula in utrumque jus. Bononiae per
„ Vgonem de Rugeriis 1495. *in fol.*

Editio refertur a cll. Bibliographis Mazzuchellio & Fantutio locis sub num. VII. laudatis. Notat autem Fantutius, ejusmodi opus, non secus ac *Interpretationes ad omnes leges*, ibidem memoratas, ignota fuisse Augustino Fontanae.

## XVI.

„ Carmina quaedam perpulcherrima in Sonetis vulgariter redacta,
„ de Cristi fide ac ejus Sacramento in altari consecrato necnon
„ de immortalitate animae, morumque moralitate, &c. (Italice)
„ per FRANCISCVM de ALEGRIS. Bononiae per Io. Iacobum de
„ Fontanetis de Regio *cognominato de Laberintis*, 1495. *in 4°.*

Exscripta haec sunt ex Catalogo *des Livres de la Bibliothèque de M. le Duc de la Valliere*, tom. II. pag. 518. Nihil Francisci de Allegris typis excusum agnovit Quadrius, qui & ejus poëmata, *cose tutte fangose e barbare* appellat, tom. VI. pag. 264. Editionem ignoravit quoque cl. Mazzuchellius; deest certe in ejus opere.

## XVII.

„ BALDVS super Feudis. Bononiae 1495. *in fol.*

Haec est prima hujus operis Baldi editio, quam laudat Mazzuchellius, Vol. II. par. I. pag. 153., non indicato typographo. Eandem ex Catalogo Biblioth Amerbach. citat & Maettarius, pag. 507., omisso pariter typographo; & ex hoc fonte forsitan potavit Mazzuchellius.

BONON.

MCCCCLXXXXVI.

I.

SEXTVS IVLIVS FRONTINVS Vir consularis de re militari.
FLAVIVS VEGETIVS Vir illustris de re militari.
AELIANVS de instruendis aciebus.
MODESTI libellus de vocabulis rei militaris.
*Ex recognitione* Phil. Beroaldi, & *cum ejus Epistola ad* Minum Roscium Senatorem Bononiensem.

*In calce:*

DE Arte Militari: Frontinum: Vegetium: Aelianum et Modestũ auctores penitus Diuinos & castigatissime impressit omni solertia Plato de Benedictis Bononiensis In alma civitate Bononiae Anno salutis. M. cccc. lxxxxvi. Decimosexto Kalen. Februarias.

*Infra insigne typogr.* ( *in fol.* )

Haec editio maiori ex parte pertinet ad annum superiorem, quo lucem viderunt Frontinus, & Vegetius, sub eodem, num. II. & VI. recensiti. Signaturae autem inchoatae in Frontino, continuatae in Vegetio, & sequentibus duobus auctoribus, indicio manifesto sunt, propositum fuisse Beroaldo, aut typographo, ex quatuor hisce auctoribus unum integrum volumen conficere; etsi non improbabile sit, priorum duorum ipso anno 1495. exempla varia fuisse distracta. Primo folio verso occurrit Epistola Phil. Beroaldi ad Minum Roscium Senat. Bononien., in cujus fine haec scribit: *Hosce igitur doctores* (Frontinum, Vegetium, Aelianum, & Modestum, quos antea nominarat) *rei bellicae luculentos ...... emendatos impressori e vestigio dedi sub nomine tuo publicandos*. Vegetio autem praeposita fuit eadem Jo. Sulpitii Verulani ad Petrum Paulum de Comite Epistola, quae habetur in editione Rom. anni 1487. ab eodem Sulpitio curata. Ultima plagula ultimi ternionis signati R R. continet registrum totius voluminis, ex quo apparet ejus plagulas esse 98. (1) Extat in Casanatensi.

II.

Cõmentationes IOANNIS PICI Mirandulae in hoc volumine cõtentae: quibus anteponitur vita p Ioanné frãciscũ illustris principis Galeotti Pici filiũ cõscripta.

Heptaplus de opere Sex dierum geneseos.
Apologia tredecim quaestionum.
Tractatus de ente & uno cum obiectionibus quibusdam & responsionibus.
Oratio quedam (*sic*) elegantissima.

Epi-

(1) Insigne Platonis, quod est veluti totius voluminis fastigium, occurrit etiam in calce Frontini; deest autem in calce Vegetii ob spatii defectum.

Epistolae plures.
Deprecatoria ad deum elegiaco carmine.
Testimonia ejus vitae & doctrinae.
*Ad calcem ultimi folii recti:*
Opuscula haec Ioannis Pici Mirandulae Concordiae Comitis. Diligenter impressit
Benedictus Hectoris Bononien. adhibita p viribus solertia & diligentia ne ab ar-
chetypo aberraret: Bononiae Anno Salutis. Mccccclxxxxvi. die vero. xx. Martii.

(*in fol.*)

Primo folio recto sistuntur tituli operum in volumine contentorum eodem ordine, quo hic exhibentur. Eodem verso habetur Epistola dedic. Jo. Francisci Pici Mirandulae, qui ea edidit, ad Ludovicum Mariam Sfortiam Mediolanensium Ducem datam Mirandulae Kal. Martii 1496. Sequuntur deinde opera in generali inscriptione voluminis memorata, ad quorum postremi calcem, quod desinit folio recto, legitur: *Opuscula haec Joannis Pici* &c.; eodem verso habetur *Registrum hujus operis* cum insigni typogr., ex quo registro colligitur plagulas esse 164.; quibus si addantur duodecim, quae praecedunt, quaeque inscriptionem, Epistolam dedic., & Auctoris vitam continent; summa plagularum totius voluminis erit 176. Non est autem omittendum in fronte voluminis, infra operum titulos haec legi verba: *Exibunt prope dies disputationes adversus astrologos, aliaque complura, tum ad sacra eloquia tum ad philosophiam pertinentia*. Ex quo illud necessario consequitur vel in subscriptione Disputationum contra Astrologos sub anno superiore relatarum errorem in anno inesse; vel forsitan propositum fuisse typographo novam earum editionem, pluribus aliis adjunctis opusculis nondum editis, adornare. At vero longe probabilius est a typographo in subscriptione Disputationum erratum fuisse, omissa in anni notis unitate, qua praecedentibus adjecta, annus 1496. designatus fuisset: cujus rei argumentum suppeditat epistola Jo. Francisci Pici ad Ludovicum M. Sfortiam data Kal. Martii 1496.; in qua de scriptionibus Patrui sic loquitur: *Multis laboribus elucubratae, multis suspiriis ab hominibus bonae mentis expectatae & efflagitatae, multaque opera a nobis in unum ex litturato & multas in partes discerpto exemplari, redactae, quam proxime foras exibunt....... Hos libros si a tractandis regni negotiis feriatus interdum degustaveris, fies extra omnem controversiam certior Astrologorum dogmata meracissimas esse nugas, & veluti somnia delirantium, eorumque praestigias his monumentis patefieri*, &c. Ante diem ergo I. Martii anni 1496. Disputationes contra Astrologos, ipso earum editore teste, publicam lucem nondum aspexerant. Cum Epistola Jo. Francisci Pici concors est Privilegium Lud. M. Sfortiae favore typographi, datum Comi die 7. Julii anni 1496. quod privilegium in tribus harum Disputationum exemplis, quae possidet Casanatensis, subjunctum legitur correctionibus errorum, in ipsis admissorum. Ex tribus hisce exemplis unum colligatum est cum aliis Auctoris operibus & post eadem; ac post correctionem erratorum ad disputationes contra Astrologiam pertinentium, in eo habetur correctio Heptapli aliorumque operum, una cum dicto privilegio Mediolanensium Ducis.

BONON.

III.

„ Commentarii Quæstionum Tusculanarum editi a PHILIPPO „ BEROALDO. Impressit Benedictus Hectoris Bononiæ an. 1496. „ 6. Kal. Augustas Ioanne Bentivolo Bonon. habenas moderante. „ *in fol.*

Non satis in hujus editionis descriptione convenit inter Maettarium & cl. Fantutium: apud Maettarium siquidem unius Beroaldi Commentarii nominantur; apud Fantutium vero subditur, *& aliorum*. Maettario autem potius adhaerendum existimo, quam Fantutio, qui forsitan ex aliquo catalogo minus accurato editionis titulum exscripsit; cum contra ex dici mensis nota, & principis nomine, sub quo editio absoluta fuit, a Maettario recitatis, & a Fantutio omissis, non obscure appareat, editionem ab ipso visam fuisse; praeterquamquod ea referatur num. 2., sub quo recensentur editiones post primam Annalium editionem ab ipso visae.

IV.

„ GVILLELMI OCKAM Ord. Min. Expositio aurea & valde uti- „ lis super totam Artem Veterem continens hosce tractatus. I. su- „ per Porphyrii Prædicabilia; II. in Aristotelis prædicamenta; III. in „ libros duos περὶ ἑρμηνείας; una cum Quæstionibus Alberti Parvi „ de Saxonia; studio Marci de Benevento Cælestini: apud Benedi- „ ctum Hectoris. Bononiæ 1496. *in fol.*

Laudatur a Warthono in appendice ad Caveum, pag. 29. Vide Maettarium tom. I. pag. 617. Exst. in Biblioth. E. B. C. Valentii Gonzagae, Mediolani.

V.

„ TIBERII de BAZALERIIS Quaestio de Praedicatione reali. „ Impen. Ben. Hectoris Bonon. A. S. M. CCCC. LXXXXVI. Ill. &c. „ *in 4°.*

Denisius pag. 402.

VI.

Incipit epistola prohemioli (*sic*) magistri ALPHONSI BO
NI HOIS hispani super epistolā translatā d' arabico ī la
tinum quam scripsit magister SAMVEL israelita oriundus
de civitate regni marachiani (*sic*) ad rabbi isaac magistruȝ
sinagoge qui (*sic*) est sublimione in regno predicto.

*In fine vol.*

Impressuȝ in alma ac inclita civitate bononie p
me Vgonem de rugeriis: sub divo ac
illustri prīcipe ⁊ domino. d. Ioāne
secundo bentivolo sfortia vice

co-

comiti de Aragonia. Sere-
nissime lige armoruz gu-
bernatori dignissimo
.ꝛc. Anno ab incar
natione domini
nostri Ihu Xpi
.Mcccclxx
xxvi. die
.xiii ma
dii. ꝛc.

(*in* 4°.)

Post Epistolam R. Samuelis sequitur opusculum de Sacerdotio Christi, cui praepositus est titulus: *De sacerdotio dñi nostri Jhesu Xpi per sanctuz viruz ambrosiuz camaldulensem generalē patrē*; qui Ambrosius fortasse ex Graeco in Latinum ipsum traduxit. Huic opusculo praeposita est Epistola Federici de Manfredis Episcopi Faventini ad germanum suum D. Galeottum, cui illud misit. Hoc opusculum cum Epist. Manfredi occupat paulo plus, quam 4. chartas, & ad ejus calcem apposita est adducta subscriptio. Editio est charact. Gothico, cum signaturis, quae pertinent usque ad d. ii., ex quibus liquet volum. plagulas esse 28. Exst. in Angelica.

Cum ejusmodi exemplo colligata est alia editio Epistolae R. Samuelis, cui praepositus est hic titulus: *Epistola quam misit Rabbi Samuel Israelita oriundus de Civitate regis Morocborum (sic) ad Rabbi Isaac magistrum Sinagogae quae est in Subiulmeta (sic)* IN PRÆDICTO REGNO... DE ARABICO IN LATINUM TRANSLATA PER FR. ALPHONSUM BONIHOMINIS ORD. PRAED. ANNO 1339. &c. charact. rotundo, sine signaturis, numeris & custodibus, & sine dubio, superiore multo antiquior &, ut videtur, Bononiensis.

## VII.

„ LUDOVICI BOLOGNINI Collectio florum in Ius Canonicum.
„ Bononiæ per Vgonem de Rugeriis 1496. *in fol.*

Editionem refert cl. Fantutius in Notitia Scriptorum Bononiensium, tom. 2. pag. 267.

## VIII.

„ AENEÆ SYLVII Historia de duobus amantibus, Eurialo &
„ Lucretia, *italice versa*. Bononiæ 1496. *in* 4°.

Quadrius, tom. IV. pag. 434. Vid. sub anno 1492. num. XX.

## IX.

„ ANDR. BARBATIÆ super. tit. de Iudiciis Lectura. Impressa
„ Bononiæ per Iustinianum de Ruberia Anno M. CCCCLXXXXVI.
„ die XV. Iunii. *in fol. maj.*

Denisius, pag. 707.

Bonon.

## MCCCCLXXXXVII.

### I.

„ LVDOVICI BOLOGNINI interpretationes novae ad omnes fere „ leges & glossas singulares in utroque jure: per Hieronymum de „ Benedictis. Bononiae 1497. *In fol.*

Ex Jac. Longio & Prosp. Marchandio editionem ejusmodi citat Maettarius; quam a Mazzuchellio & Fantutio praetermissam fuisse quispiam fortasse mirabitur (1).

### II.

Index librorum: qui in hoc volumine continentur.
CENSORINVS de die natali.
Tabula CEBETIS.
Dialogus LVCIANI.
Enchiridion EPICTETI.
BASILIVS.
PLVTARCHVS de invidia & Odio.

*In fine*:

Impressum Bononiae per me Benedictum hectoris bononiesis (*sic*) adhibita p viribus solertia & diligentia. Anno salutis. Mccccclxxxxvii quarto idus Maii Illustrissimo Io. Bentivolo reip. bonon habenas foeliciter moderante.

REGISTRVM.

(*in fol.*)

Perrara esse videtur haec editio, cujus accuratam notitiam frustra quaesivi non apud Orlandium modo & Maettarium, sed, & apud cll. Bibliographos Mazzuchellium & Fantutium. Immo, quod forsitan mirere, plus proficere licet, quod spectat ad editionis notitiam, ex lectione Maettarii & Orlandii, quam ex lectione aliorum duorum scriptorum (2). Ii siquidem praecipuos Auctores, quos continet editio, Basilium scilicet, Censorinum, Epictetum, & Cebetem Bononiae hoc anno a Benedicto Hectoris impressos fuisse demonstrant, licet trifariam peccent; 1. in eo, quod Basilium a reliquis tribus secernunt, quasi separatim impressi fuissent; 2. quod Orlandius unum Cebetem esse ex correctione Beroaldi notat: Maettarius autem nullum; 3. quod uterque silet de Luciano & Plutarcho. Mazzuchellius autem & Fantutius unum Cebetem nominant, quem nixi testimonio Orlandii

(1) Exstabat haec edit. in Biblioth. Telleriana, & refertur in ejusdem Biblioth. Catalog. iisdem omnino verbis, quibus hic describitur, pag. 213.

(2) Mirum id esse non debet; nam Mazzuchellio & Fantutio propositum fuit de scriptoribus eorumque operibus agere; Orlandio autem & Maettario diversas operum editiones recensere.

dii ex correctione Beroaldi esse monent. Ex quo quidem apparet editionem a neutro ex ipsis fuisse visam. BONON.

Primo folio recto voluminis legitur ejus titulus, sicuti hic exhibetur. Eodem verso occurrit Epistola dedic. Philippi Beroaldi ad Bartholomaeum Blanchinum, in qua de hac sua editione haec scribit: *Quas ob res cum nuperrime scriptores aliquot ex situ pulvereo erutos correxissem, tibi eos potissimum dedicavi, & sub tuo nuncupatim nomine impressoribus invulgandos dedi....... Agmen ducit Censorinus...... Secundo loco est Cebetis Tabula....... In tertio loco est Epictetus........ Epictetum subsequitur Basilius...... Novissimus agmen cogit Plutarchi libellus, quo quid ab odio invidia distet...... explicatur*. Quibus in verbis nullo modo nominatur Lucianus, qui Cebeti subjunctus est, cujusque in editione exhibetur *Dialogus de Virtute conquerente cum Mercurio, a Carolo Aretino e Graeco in Latinum traductus*. Cebetis porro Tabula est ex versione Ludovici Odaxii Patavini; Enchiridion Epicteti ex versione Politiani; Basilii Liber de Liberalibus Studiis & ingenuis Moribus ex versione Leon. Aretini; ejusdem Oratio *de Invidia* ex versione Nic. Perotti, Plutarchi interpres siletur. Editio est cum signaturis, quarum registrum descriptum est in calce infra subscriptionem; & ex quo liquet voluminis plagulas esse 38. (1) Edit. pulcherr. Extat in Casanat., & in Corsiniana.

III.

„ IO FRANCISCI PICI Mirandulæ de morte Christi & propria
„ cogitanda libri III., eiusdem de studio divinæ & humanæ phi-
„ losophiæ libri duo: impress. per Benedictum Hectoris bibliopo-
„ lam Bononiensem, XX. Iulii. Bononiæ 1497. *in* 4°.

Editionem refert Orlandius pag. 115. & 385., omissis tamen utrobique mensis die, & numero librorum, ex quibus opuscula constant; quorum utrumque notavit Maettarius, tom. I. pag. 639.

IV.

PHILIPPI BEROALDI Opusculum
eruditum: quo continentur
Declamatio Philosophi Me-
dici Oratoris De excellētia di-
sceptāriū. Et libellus de opti-
mo statu: & principe.

*In fine*:
Impressum Bononiæ p̄ Bñdictū Hectoris boñ. an
no dñi. M.IIID. Eid.Dembr.(*sic*)Io. Bentivolo fœli-
citer regnante.
(*in* 4°.)

Accurate editio describitur a Salvatore M. de Blasis, tom. XX. *di Opuscoli di Autori Siciliani*, pag. 306. & seq. Principio siquidem voluminis occurrit Epistola dedic. Auctoris ad Paulum Sidlovitium scholasticum Polonum suumque discipulum, quae secundam, tertiam, & quartam vol. paginas occupat: prima autem



(1) Sub registro visitur insigne typographi.

BONON. tem nudum allatum titulum exhibet. Quatuor hae paginae, sive duae priores vol. plagulae, signaturis carent, quae incipiunt a prima ipsius Declamationis; quae plagulas decem occupat: reliquae viginti sex continent opusculum de optimo statu, & principe. Editio registro caret; ejusque optimum exemplum extat in Angelica, aliudque apud cl. P. Amoretti.

O

„ PHILIPPI BEROALDI Symbola Pytagorica moraliter explicata.
„ Venetiis (Bononiæ) per Bened. Hectoris 1497. *in* 4°.

Vid. ad ann. MD. n. I.

V.

FRANCISCI ZAMBECHARII equi
tis et poetae laureati epi-
stolae de amore Philochry
si et Chryseae et in hac pri-
ma epistola declaratur prin
cipium amoris Philochrysi
rogaturque Chrysea: ut a-
mori colla summittat.
Philochrysus Chryseę.
u T SOLET IRATI CON-
strictus ab ungue leonis
Quam cupit infelix dissimulare
fugam, *&c.*
*In fine*:
Accipe lector Opusculum lepidũ Bononię impressum p Benedictum Hectoris Bonoñ. MIIID. octauo Kalendas Ianuarii. ILL. IO. Bentivolo. II. P. P. P. fœliciter gubernante.
(*in* 4°.)

„ Carattere tondo e bello, non ha numeri nè richiami, ha le segnature, e co-
„ mincia dal B (forse manca l'A), sono in tutto pagine 28. (1)

VI.

„ HIERONYMI MANFREDI liber de Homine. Bononiæ per Hug.
„ Rugerium 1497. *in fol.*

Ex Orlandio, pag. 363. ubi editionem dicit char. Goth.

VII.

(1) Haec cl. P. Amoretti ex exemplo, quod exstat in Bibliotheca Corsiniana.

VII.

„ ANDR. BARBATIA de Prætenſionibus. Bononiæ 1497. *in fol.*

Ex P. Marchandio, qui Catalogum Ffurt. laudat, edit. refert Maettarius, pag. 651.

VIII.

„ Viaggio di IOHANNE MANDAVILLA. Bologna 1497. *in* 4°.

Recenſetur haec editio in Catalogo Librorum Nic. Heinſii, part. poſter. pag. 192., & ex hoc fonte a Proſp. Marchandio citato, editionem memorat Maettarius pag. 659.

IX.

„ IO. de ANANIA Comment. ſuper V. libros Decretalium. Bo-
„ noniæ 1497. *in fol.*

Ex Orlandii opere, pag. 276. editionem citant Mazzuchellius, & Fantutius, omiſſo typographo, ſicuti omittitur ab ipſo Orlandio. Vide ſub anno 1479., cujus anni poſtremae notae tranſpoſitae annum exhibent 1497.

X.

„ ANDR. BARBATIAE in tit. de Litis Conteſt. Lectura. Impreſſit
„ Bononiæ Iuſtinianus de Ruberia A. Miſericordie MCCCCLXXXXVII.
„ XVI. Cal. Febr. *in fol. maj.*

Deniſius, pag. 708.

XI.

„ *Ejuſdem* in tit. de Verb. Obligat. *iiſdem typ. & anno*. Octavo
„ Idus Novembres. *in fol.* = *Ejuſdem* in tit. de Probat. Impreſſit
„ Bononiae Ioannes Iacobus Regienſis die XXXI. Ianuarii. A. S.
„ M. CCCC. XCVII. *in fol. maj.*

Idem, ibidem.

XII.

„ STEPH. DE FLANDRIA Ord. Ser. queſtio de ſubiecto et pro-
„ pria paſſione ad mentem Scoti diſputata .... Impreſſum Bononiae
„ opera et impenſa Zentilis cartarii de Racaglis Civis Bono..... Anno
„ MCCCCLXXXXVII. die II. Maji. *in* 8°. *latiore*.

Idem, pag. 425.

BONON.

## MCCCCLXXXXVIII.

### I.

„ Summa totius Logicæ GVILIELMI de OCCHAM: impress.
„ non parvo ære Benedicti Hectoris Bononiensis, sexto Aprilis Bo-
„ noniæ 1498. *in fol.*

Refert hanc editionem Maettarius in utraque suorum Annalium editione, pag. scilicet 351. primae, & 659. secundae.

### II.

„ VALERII FLACCI Argonautica. per Benedictum Hectoris Bi-
„ bliopolam die 12. Aprilis. Io. Bentivolo Vrbem fœliciter illu-
„ strante. Bononiæ 1498. *in fol.*

Haec quoque editio, in utraque Annalium editione recensetur, pag. scil. 354. primae, & 663. secundae, ubi & *Petri Nicolai Castellani Faventini in Valerij Flacci editionem Hypogramma* recitatur, quod hic exscribimus.

Quisquis Palladiæ vis scire meacula navis,
Per freta quæ ignotum prima cucurrit iter;
Heroasque simul vectos duce Jasone; raptum
Belligera Martis vellera fulva manu;
Hocce poemation Setini nobile vatis,
Et lege correctum, nunc age, lector, opus:
Cui nec Apollonius præstat, nec & Orpheus, istam
Græcanico historiam qui cecinere stylo.

### III.

ALEXANDRI ACHILLINI
Bononiensis de
orbibus libri
quattuor.

*In fine:*
Explicit Liber de orbibus . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . Anno domini.
Mccccclxxxxviii. septĩa Augusti.
Editus & ĩpressus Bonõie ĩpẽ
sis Benedicti hectoris Bono
niẽsis. Illustriss. &c.
(*in fol*)

Cum

Cum tabula in fine, & regiſtro ſignaturarum, ex quo patet, voluminis plagulas eſſe 52. Charact. Gothicus, binae columnae, numeri in margine ſuperiori, & ſub regiſtro inſigne typogr. Exſtat apud Can. Devoti. BONON.

IV.

C. PLINII SECūDI Iunio
ris Epiſtole per Phi-
lippum Beroal-
dum cor-
recte.

*Penultimo folio verſo.*

C. Plinii Secundi Iunioris Epiſtolæ Magna cura
Impreſſæ Bononiæ per Benedictū Hectoris
Bononienſem. Anno a natali Chriſti
M. CCCCLXXXXVIII.
XIV. Kaleñ. No-
vembris.

Regiſtrum. ?

(*in* 4°.)

Allatus titulus, charactere Gothico grandiori excuſus, legitur folio primo recto. Eodem verſo incipit Epiſtola Beroaldi ad Joh. Vartimbergenſem ſcholaſticum Boemum, diſcipulum ſuum, quae duas & dimidiam implet paginas. Ultimo folio recto habentur Phaleucii 18. Philippi Beroaldi Junioris ad Bartholom. Blanchinum, condiſcipulum ſuum. Regiſtrum, quod praecedenti folio verſo infra ſubſcriptionem deſcriptum eſt, ſic habet, a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. *Omnes ſunt quaterni exceptis* (ſic) f. *qui eſt duernus*, ex quo de numero plagularum voluminis intelligitur. Sub Regiſtro habetur inſigne typographi. Exſtat in Caſanatenſi.

Hoc loco monendum cenſeo, cl. Fantutium in duobus (exigui tamen momenti) circa praeſentem editionem errare: primo cum eam dicit a Philippo Beroaldo dicari Joh. Vartimbergenſi Phaleuciis, qui habentur in fine; cum Beroaldus eam dedicet Epiſtola proſaica, quae praecedit; 2. cum ſupponit, ejuſmodi carmina eſſe ipſius Beroaldi Senioris, cum ſint Beroaldi Junioris; neque ad Maecenatem ſcripta, ſed ad Barthol. Blanchinum.

V.

PHILIPPI BEROALDI libellus Quo
Septem ſapientium Sen-
tentiæ Diſcu-
tiuntur.

*In fine*:

Philippi Beroaldi Heptalogos ſive Septem Sa-
pientes Magna cura Impreſſum Bononiæ
per Benedictum Hectoris Bono-
nienſem. Anno Salu-

tis.

BONON.

tis. M. CCCC.
LXXXXVIII.
Die. XVIII.
Decẽbris.

Registrum. a. b. c. Omnes sunt quaterni
(*in* 4°.)

Hoc opus ab Auctore inscriptum fuit (sicuti praecedens) Joh. Vartimbergensi scholastico Boemo, & non Joh. Vacti Bergensi, sicuti legitur in Notitia Scriptorum Bononien. tom. II. pag. 127. Editio est optimo charactere Romano, sicuti praecedens, & reperitur in Angelica. Confer Salvat. M. de Blasis, tom. XX. *di Opuscoli di Autori Siciliani*, *pag.* 307.

## VI.

„ PYTHAGORÆ Symbola moraliter explicata per Philippum Be-
„ roaldum. Bononiæ per Benedictum Hectoris 1498.

Orlandius, pag. 291. Vid. ad annum MD. num. I.

## VII.

REGVLA Composta per il Beato HIERO
NYMO: E data ad Eustochio: Dove se In
siegna(*sic*)el modo e la via: che tenere de
biano le Sore nel suo Vivere.

*In fine:*

Finisse la utile e sancta Regula del beato Hyero
nymo cũ la Epistola cõtinente la vita de Asella ver
gine vulgaregiata (*sic*) ꝑ Antonio Maria Visdomino:
E diligentemente Impressa in Bologna ꝑ lo accura
tissimo impressore Caligula de Bazalerii Citadino
Bolognese regnante lo illustrio (*sic*) Signore Meser
Ioanne Secondo de Bentivogli auctore e Conserva
tore de la pace e Concordia: adi xxviii. de Martio.
M. CCCC. LXXXXVIII. *Infra insigne typographi.*
(*in* 4°.)

Primo folio recto legitur allatus titulus; versum vacat. Secundo folio incipit Epistola Interpretis ad Magdalenam sororem suam, tertii Ord. S. Dominici Sanctimonialem, data Bononiae XXIIII. Decembris 1494., quae quinque occupat paginas. Volumen excusum est pulchro Romano charactere cum signaturis tantum, & ex 50. plagulis constat, ex quibus ultima vacat. Exstat apud Canon. Alb. Devoti.

VIII.

VIII.

„ Statuta & Decreta COMMVNIS GENVÆ: per Caligulam Ba-
„ zalierium prid. Kal. Quintilis. Bononiæ 1498.

Debetur hujus editionis notitia cl. Leickio, qui eam refert in suo Supplemento Maettariano, pag. 139.

IX.

„ B. PLATINÆ de honesta voluptate, valetudine, opsoniis, &
„ arte coquinaria. Bononiæ 1498.

Editionem refert H. Warthonus in Append. ad Caveum, pag. 190. Sed fortasse in annum irrepsit error; & loco anni 1499., quo sine dubio opusculum Bononiae impressum fuit, a typographo suffectus fuit annus 1498.

X.

„ FELINI M. SANDEI Repet. Cap. I. & II. de Sponsalibus. Bo-
„ noniæ 1498.

Mansius in Additt. ad Biblioth. Med. et Inf. Lat. J. A. Fabricii, tom. II. edit. Pat. 1754. p. 152.

XI.

„ NICOL. BVRTII Elogium Bononiæ (carmine) quo hujus ur-
„ bis amoenitas, situs, nec non Doctorum singularium, atque il-
„ lustrium virorum Monumenta referantur. Bononiæ anno sal. M.
„ CCCCLXXXXVIII. die XXI. Ian. per Vincentium & fratres
„ de Benedictis. (*in* 4°.)

Mazzuchellius, Vol. II. par. IV. pag. 2440.

XII.

„ *Ejusdem* Epitomata Musarum Nympharumque ac Deorum ma-
„ gnorum. Bononiæ 1498. die XXI. Iunii per Vincentium & fra-
„ tres de Benedictis, Bonon. *in* 4°.

Idem, ibid. Vid. sub anno 1494.

XIII.

„ Il Filostrato di messer Gio. BOCCACCI, che tratta dell' innamo-
„ rato Troilo e della Greseida, e di molte altre infinite battaglie.
„ in Bologna 1498. *in* 4°.

Idem, par. III. p. 1363. ubi praeter hanc Bonon. hujus Poëmatis edit. tres alias citat; post quae haec notat: *Tutte queste Edizioni convien credere, che sieno assai rare; perciocchè l'Ab. Antonmaria Salvini parlando di un testo a penna di questo Poema, confessò di non sapere che sia mai stato stampato.* Omnino ineditum credidit Au-

BONON. Auctor *Catalogi librorum per 30. annorum spatium Liburni collectorum*, qui pag. 632. de eo sic loquitur: *Il Filostrato. Codex papyraceus eleganter scriptus, in 4. liber rarissimus, & ineditus.* Quem errorem anno 1789. recoxit P. M. L. B. S.

## MCCCCIC.

### I.

Orationes. M. TVLLII CICERONIS.
per Philippũ Beroaldũ re
cognitae ac diligẽter
correctae.
Addita in Calce Oratione adversus Valerium
quæ hactenus incognita fuit.

*Penultimo folio verso:*

Hoc opus operosum Impressit Benedictus Hectoris Bononiensis | ea
diligentia | qua si omnes operibus formandis uterentur |
bene cum litteris ageretur. Extremã autem manum
imposuit Anno a Natali Xp̃i. M. CCCC.
LXXXXIX. Idibus Aprilis.
Joanne Bentivolo. ii.
Rẽpub. fœlici
ter admini-
strãte.
?
REGESTVM.

(*in fol.*)

In fronte hujus editionis duplex visitur character, Gothicus scil. isque grandior, quo prima inscriptionis pars, usque ad *correctae*, impressa est; & Romanus, quo est altera pars inscriptionis. Verso folio occurrit Epistola dedic. Beroaldi ad Stanislaum Ostrorium scholasticum Polonum, quae & dimidium fere sequentis folii recti occupat. Epistolae subjungitur tabula Orationum in volumine contentarum, quae sunt numero XXXVIII. (1) & ex quibus prima est *de Imperio Cn. Pompeii*; ultima *adversus Valerium*. Folio tertio signato A iii. incipiunt Orationes, quae 272. occupant plagulas, uti colligitur ex Registro signaturarum subscriptioni subjuncto (2). Ultimo folio recto habentur hendecasyllabi 17. Philippi Beroaldi Junioris ad Trajanum Acursium condiscipulum suum. Editio pulcherrima est, optimo Romano charactere; & exstat in Casanatensi.

### II.

PHILIPPI BEROALDI de feli
citate opusculum

In

(1) Praeter *Invectivam* Sallustii in Cicer.

(2) Sub quo habetur insigne typographi.

*In fine:*

Impressum Bononiæ a Benedicto Hectoris Dili genter & emendate Anno Salutis Millesimo unde. quingētesimo. Idibus Aprilis. Illus. Io. Bentivo. ii Reip. Bononiensis habenas feliciter moderante. Regestum huius opis. a. iiii. b. iiii. c. iiii. d. ii. (*in* 4°.)

Nova haec editio nec plus nec minus continet, quam antiquior anni 1495. Describitur accurate a Salv. M. de Blasis, tom. XX. *di Opuscoli di Autori Siciliani*, pag. 309.; & est eodem pulchro charact. ac praecedens editio. Exst. in Angelica.

III.

Declamatio Lepidissima Ebriosi Scortatoris Aleatoris de vitiositate Disceptantium: Condita a PHILIPPO BEROALDO.

*In fine;*

Impressum Bononiæ a Benedicto Hectoris Dili. genter & emendate Anno Salutis Milesi (*sic*) mo undequingentesimo. Illus. Io. Ben. Reipu. Bononiensis habenas feliciter moderā. te

REGESTVM Huius operis. a. iiii. b. iiii. c. ii. (*in* 4°.)

Prima pagina legitur allatus titulus; in sequentibus tribus habetur Auctoris Epistola ad Sigismundum Gossingerum Ecclesiae Vuratisl. Canonicum. Infra registrum insigne typographi. Editio describitur ab eod. de Blasis, pag. 308., sed opusculum denominatum fuit: *Oratio proverbialis*, o vero *Declamatio lepidissima ebriosi*, &c., quo nil absurdius dici potest (1). Exstat in Biblioth. Emin. Card. Valentii Gonzagae, & in Angelica.

IV.

ORATIO Proverbiorum condita a PHILIPPO BEROALDO | Qua doctri na Remotior continetur.

*In fine:*

Philippi Beroaldi Oratio proverbialis Impressa Bononiæ p Benedictum Hectoris chalcogra phum



(1) Auctor Lectori sum, ut nullam rationem habeat eorum, quae leguntur pag. 308. tom. XX. *di Opusc. d'Autori Siciliani*, ubi (nescio quomodo) permixta fuit *Declamatio Ebriosi* &c. cum *Oratione Proverbiorum*. Ibi enim describitur *Declamatio* Ebriosi, &c., circa finem vero ejusdem pag. notantur quaterni, ex quibus constat *Oratio Proverbiorum*; & ad confusionis complementum, in principio pag. 309. assignatur Declamationi subscriptio Orationis Proverbialis.

BONON.

phum accuratissimum Anno Salutis.
M. Vndequingentesimo. Die
xyii. decẽbris sub divo Ioã-
ne Bentivolo secun-
do de patria be
ne meri-
to.

(*in* 4°.)

Primo folio recto allatus titulus; eodem verso incipit Epistola Auctoris ad Christophorum Vaitimillium scholasticum Boemum, quae duas cum semisse fere occupat paginas. Editio est cum signaturis, sed sine registro & insigni typographi, plagularum 28., quarum ultima omnino vacat. Exstat in Angelica.

V.

„ Ad Illustrem & Excellentissimum Dominum Hannibalem Bentivolum de Aragonia dignissimum Bononiæ Iustitiæ Præsidem THOMÆ BECCADELLI libellus. *In fine legitur*: Editum fuit presens opusculum Anno Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi M. CCCC. L. XXXXVIIII. Die vigesimo quinto mensis Decembris. Impressum vero a Platone de Benedictis Stampatore Bononiensi eodem anno. Die xxx. Decembris.

Descripta haec sunt ex Notitia Scriptorum Bononiensium cl. Fantutii, tom. 2. pag. 28., quo conferre se poterit Lector, qui de Auctore, ipsoque opere (1) cumprimis plene cognoscere voluerit.

VI.

„ CICERONIS opuscula quatuor de Finibus bonorum & malorum, de Petitione Consulatus, de Vniversitate & de Somnio Scipionis: per Caligulam Bazalerium. Bononiæ 1499. *in fol.*

VII.

„ IOHANNIS FRANCISCI de TVCIIS ex Busseto Artium & Medicinæ Scholaris, inventio Astronomiæ: per Iustinianum de Ruberia; die v. Iunii. Bononiæ 1499. *in* 4°.

VIII.

„ LVDOVICI BOLOGNINI Consiliorum pars I. Bononiæ 1499. *in fol.*

IX.

(1) Est Poemation Italicum dialogice scriptum, ex 285. ternariis constans cum argumento Latino, inscriptum: *Breve e bella Disputazione de precedentia intra il Cavaliere, Dottore, & Conte*. Libri formam non indicat cl. Scriptor.

IX.

„ FORMVLARIVM Inſtrumentorum diverſorum generum. Bono-
„ niæ 1499. *in* 4°.

Quatuor has editiones refert Maettarius ex fide Proſp. Marchandii, indicatis catalogis, ex quibus Marchandius ipſe earum hauſit notitiam. Tres porro posteriores memorat etiam Orlandius parte ſecunda ſui operis, pagg. 299. 333. 420.

X.

LIBELLVS PLATINE DE HO
NESTA VOLVPTATE AC
VALITVDINE.

*Ad calcem:*

Habes ſplendidiſſime lector viri doctiſſimi Platinæ opuſculum de obſoniis: de honeſta voluptate ac valitudine diligenterq; Bononiæ Impreſſum per Ioannē antonium platonidem Benedictorum bibliopolam necnō civem Bononienſem ſub Anno domini. Mccccxcix. die vero. xi. menſis Maii. Ioanne Bentivolo fœliciter illuſtrante (*ſic*). *in* 4°.

Primo folio recto allatus titulus, Gothico grandiori charactere excuſus; verſum vacat. Secundo ſignato *a. ii.* incipit Auctoris Epiſtola ad D. B. Rovellam (*ſic*, loco *Roverellam*), quae duas paginas, & lineas 13. occupat. Infra adductam ſubſcriptionem viſitur inſigne typographi, quod aliud omnino eſt a duobus Platonis de Benedictis, ab Orlandio exhibitis, & in quo leguntur quinque haec ſigla I. B. F. C. V. Poſt plagulam ſubſcriptionis, habentur aliae quinque, quae operis tabulam continent, & in quarum poſtrema verſa occurrit regiſtrum ſignaturarum & foliorum, ex quo liquet voluminis plagulas eſſe 96. Exſtat in Caſanatenſi.

MCCCCC.

I.

„ PYTHAGORÆ Symbola moraliter explicata a Philippo Beroal-
„ do. Bononiæ per Benedictum Hectoris 1500. *in* 4°.

Ex Proſpero Marchandio, Catalogum Petav. laudante, editionem refert Maettarius, pag. 739. Loco autem editionis anni 1500. Orlandius pag. 291. editionem memorat anni 1498. (non 1497., uti apud cl. Fantutium) (1) per Benedictum Hectoris, praemiſſo loco editionis, *Ven.*, h. e., Venetiis: quod, ut inquit Fantutius,

q 2 *fu*

(1) Si forte Fantutius ipſe (& non potius amanuenſis, aut typographus) ſcripſiſſet 1497., tunc potiori jure de ipſo idem dicendum foret, quod ipſe ait de Orlandio, nimirum id fuiſſe *uno ſcorſo di penna, per lo quale ſcriſſe 1497. in vece di ſcrivere 1498.*

BONON. *fu probabilmente uno scorso di penna, per lo quale scrisse* Venetiis, *in vece di scrivere* Bononiae. Opusculo, eodem Fantutio annotante, praemittitur Epistola nuncupat. *ad D. Thomam Cardinalem, & Archiepisc. Strigoniensem.*

II.

„ PHILIPPI BEROALDI Annotationes in Philippicas M. Tullii
„ Ciceronis. Bononiæ per Benedictum Hectoris 1499. vel 1500.

Testimonio Bartholomaei Blanchini scriptoris vitae Philippi Beroaldi, praeceptoris sui, cuique typographus, vel potius Beroaldus ipse, typographi nomine, editionem nuncupavit, veritatem ejusdem probat Fantutius: *Post haec sextum & quadragesimum aetatis annum gerens celeberrima illa in Asinum aureum commentaria componere instituit, absolvitque. Scripsit quoque Annotationes in Philippicas, quas Benedicti Hectoris Bibliopolae nomine mihi dedicavit.* Haec Blanchinus apud laud. Fantutium, pag. 131.

III.

L. APVLEII Asinus Aureus, cum Commentariis Philippi Beroaldi.
*Ad operis calcem:*
Impressum hoc opus Bononiæ a Benedicto Hectoris ĩpressore solertissimo. Adhi-
bita sũma diligentia ut in manus hominũ veniret q̃ emendatissimum.
Anno salutis Millesimo quingẽtesimo Cal. Augusti. Inciyto (*sic*)
Io. Bentivolo secundo status hujusce Bononien
sis Florentissimi habenas foelici-
ter Mode
rãte.

(*in fol.*)

Exemplo hujus editionis, quod unum hactenus mihi videre licuit, deest Epistola dedic. Beroaldi ad *Maximum Antistitem D. Petrum Archiepisc. Colocensem*; uti liquet ex *Registro Operis*, quod habetur in fine. Nam caeteroquin hujusmodi defectus neque ex signaturis, neque ex numeris, quibus volumen instructum est, detegi dignoscique ullo modo potest, uti paulo post videbimus. Loco autem ejus Epistolae, in hoc eodem exemplo habetur in principio prolixa tabula cum hac declaratione:

TABVLA APVLEI
Habes Lector humanissimæ (*sic*). L. Apulei de Asino aureo
tabulam vocabulorum & historiarum: & locorum
multorum declarationẽ non ingratam. Sũt
& in hac tabula vocabula collocata
quæ in margine forsan non no-
tabuntur: sed intus in cõ-
mentariis legen
do reperies.
VALE.

Quae

Quae tabula sexdecim occupat plagulas, & peculiaribus literis signata est. Post ejusmodi tabulam sequitur, *Philippi Beroaldi in Commentarios Apulejanos Praefatio*; tum *Vita Apulei summatim relata*, subjectis *Scriptoris intentione & consilio, primique libri hypotesi sive argumento*. Incipit post haec Apulejus ipse, quem prolixissimis suis commentariis perpetuo comitatur, &, ut ita dicam, obsidet Beroaldus; & ad quorum calcem novam (brevem tamen) ad Maecenatem subjunxit Epistolam. Ultimam hanc operis plagulam excipiunt aliae duae: quarum prima recta continet *minutulorum aliquot* errorum emendationem; versa, duo Epigrammata in Asinum aureum: I. Caelii Calcagnini; II. Ipsius Beroaldi. Altera plagula, eaque totius voluminis ultima, anteriore facie sistit *Hujus operis registrum* (in quo non comparent tabulæ folia) cum subjecto typographi insigni; posteriore vacat. BONON.

Triplex signaturarum series occurrit in hac edit.: prima signat tabulam; secunda (quae una litera *a* minori continetur) Epist. dedicat. Beroaldi; tertia, opus ipsum, incipiens a Beroaldi praef. & desinens in postremo operis fol. signato XXIII. Operis plagulis insuper adjecti fuere numeri, quorum postremus est 282., cui si adjiciantur 16. tabulae & 4. Epist. dedic. numeris carentes, habebitur summa plagularum totius voluminis, 302. (1).

Uterque character, Textus scil. & Comment. Romanus est, valdeque pulcher. Graeca, Graeco charact. excusa, quae suis Comment. affatim inseruit Beroaldus, omni spiritu & accentu carent. Haec ex exemplo Can. Devoti.

## IV.

Orationes Multifariæ a PHILIPPO BEROALDO
Editæ recognitæq; cum Appendicula
Aliarum quoq; oratiũcularum.

*In fine*:

Opus Philippi Beroaldi ‖ quo Orationes & poemata
continentur ‖ Impressum a Benedicto Bibliopo-
la ‖ Anno Salutis Millesimo quĩgentesi-
mo. Cal. Novembribus. Inclyto
Io. ii. Bentivolo Rei. Pu. Bo-
noniẽsis Moderatore
Saluberrimo :·

(*in* 4°.)

Secunda haec orationum Beroaldi editio, locupletior altera anni 1491., accurate describitur a cl. Fantutio, tom. 2. pag. 122. & seq.; ubi singillatim recenset opuscula omnia, quae in ipsa continentur, numero 54., initio facto ab Epistola dedicatoria Auctoris ad Martinum Boemum, quae eadem occurrit in antiquiore editione. Orationibus, ut in illa, subjiciuntur Carmina, praeposito titulo: *Ludicra haec* &c.; nec tamen haec Carmina, omnia *ludicra* censeri possunt, *Paeanes* praesertim *B. V. Mariae, & Carmen de Passionis Dominicae die*. Editio est cum signaturis, & typogr. insigni, optimo charactere Romano, elegantiori & majori, cha-

(1) Ex hisce patet, quod si forte alicui exemplo desit tabula, vel epistola dedicat., ex residuis vol. foliis id dignosci nullo modo posse. Tam Nicero autem, quam Mazzuchellius & Fantutius de tabula hujus edit. profunde silent; & in editionibus posterioribus, quas videre licuit, desideratur.

BONON. charactere primae: plagulae voluminis sunt 168. Duplex ejus exemplum exstat in Angelica.

V.

ORATIO PROVERBIORVM CONDI
TA A PHILIPPO BEROALDO
QVA DOCTRINA REMO-
TIOR CONTINETVR.

*In fine:*

Philippi Beroaldi Oratio Proverbialis Impressa
Bononiæ per Benedictū Hectoris Bibliopo-
lam Bon. accuratissimum Anno Salutis
Millesimo qngētesimo. die XVII.
Novembris sub divo Ioan-
ne Bentivolo secun-
do de patria be
ne meri
to.

(*in* 4°.)

Nondum itaque elapso anno Benedictus Hectoris hoc opusculum Beroaldi reimpressit. Editio est cum signaturis, & insigni typogr., sed sine registro, sicuti est editio anni superioris: plagulæ 28. uti in illa. Hujus autem inscriptio tota est charactere majusculo; & exstat in Biblioth. Em. Card. Valentii Gonzagae, & in Angelica. Vid. ad ann. 1499. num. IV.

VI.

PLAVTVS DILIGENTER RECOGNITVS
PER PHILIPPVM BEROALDVM.

*In calce:*

Impressum Bononiæ per Benedictum Hectoris Bi-
bliopolam Impressoremq; Diligētissimum.
Recognitum repastinatūq; a Phi-
lippo Beroaldo Curiose
ac Vigilanter.
Anno Salutis. M. D. tertio.
Cal. Decēbr.

REGESTVM.

(*in fol.*)

Primo folio recto legitur allatus titulus: *Plautus* &c. Gothico majore charact. excusus; versum vacat. Sequenti folio habetur Epistola Beroaldi ad discipulum suum Ladislaum Vartimbergensem, in qua circa medium sic loquitur: *Hanc autem novissimam recognitionem Plautinam ut sub tuo nomine publicarem, tibique nominatim*

*tim hac Epistola dedicarem, mi Ladislae Vartimbergensis, hortamenta non pauca invitarunt*. Prima Comoedia est *Amphitruo*, ultima *Truculentus*: post quam subjunguntur additamenta quaedam Beroaldi ad Amhpytrionem & Aululariam, praemissa hac admonitione: *In Amphytrione & Aulularia desunt quaedam genuina Plautina, pro quibus haec substituta sunt, quae etsi notha sunt minimeque Plautinos sales redolentia, tamen non repudianda. Lector id quoque translege*. Haec additamenta octo fere occupant paginas. Editio est cum signaturis, insigni typogr. & numeris, quorum postremus est 253., & cum pulchrioribus hujus saeculi conferri non immerito potest. Exstat in collect. Abb. Nicolai de Rossi, & in Angelica. BONON.

VII.

„ Statuta Civilia & Criminalia Civitatis Bononiæ. per Hectorem Faeli. Bononiæ 1500. *in fol.*

Antiquiorem horum Statutorum editionem ex fide Orlandii laudavimus sub anno 1492. Ejusdem auctoritate nititur & haec ejusdem typographi editio.

VIII.

„ Trialogo chiamato Phil-Amore, cioè parlare di tre persone, „ Christo, Gesù, e S. Maria Maddalena, de frate SILVESTRO de „ PRIERIO; per Zoan Antonio de Benedetti. Bologna 1500. *in* 4°.

IX.

„ Vita di S. Maria Maddalena, con varie annotazioni de SIL- „ VESTRO de PRIERIO, dell'O. de'Predicatori: presso Zoan. An- „ tonio de'Benedetti. Bologna 1500. *in* 4°.

Ex Haymo utramque hanc editionem refert Marchandius, a Maettario laudatus. Utramque ante Haymum retulit Orlandius pag. 391.: neutram invenire licet in Scriptoribus O. PP., in quibus tamen non legitur haeresis, quae in titulo primae occurrit apud Orlandium, &c. scilic. *tre persone, che sono, Cristo, Gesù, e S. M. Magdalena*. En titulum, quem afferunt doctissimi auctores ejus operis: *Trialogus de B. M. Magdalena, qui vernacule dicitur* FILAMORE. Titulus *Trialogo delle tre querele, che a Cristo fa ogni anima santa, e fece la seraphica Maddalena in in la spelunca della sua penitenza. Mediolani* &c.

X.

„ IOANNIS BAPT. PII Elegiæ: apud Io. Antonium de Bene- „ dictis. Bononiæ 1500.

Nititur haec editio auctoritate Spachii in Nomencl. Philosoph., ex quo editionem refert P. Marchandius, & ex ipso Maettarius, pag. 742.

XI.

SIGILLVM AVRIS.

*Auctore* Iacobo Pogio, *cum ejusdem* Epistola ad Camillam Bentivolam:

In

BONON. *In fine:*

Et ſic habes ſplendidiſſime lector opus editũ
per nobilem virum Iacobum pogium
diligẽterq; Bononiæ impreſſum
per Ioãnem Antoniũ platoni
dem Benedictorum Biblio
polam necnõ civẽ Bo
nonienſem ſub Anno
domini. M. CCCCC. die
vero. xxviii. Marcii. Ioanne Ben
tivolo patre patriæ fœliciter illuſtrãte.
(*in* 4°.)

Ante ejuſmodi ſubſcriptionem in ead. pag. legitur Auctoris Epigramma *ad eandem Camillam & alium quemvis lectorem*, quod ſic incipit:

Hunc tibi virgo Jovi ſacrata Camilla libellum
Mẽte animoq; datum, mente animoq; cape.

Sequenti folio recto habentur emendationes erratorum, quae inter imprimendum irrepſerunt, & infra ſeries undecim primarum literarum alphabeti, quibus ſignatum eſt volumen cum hac explicatione: *tutti ſono quaterni ſalvo K, che è terno, & L che è duerno*: ex quo apparet ejus plagulas eſſe 82. Eodem folio verſo incipit *Tabula totius operis*, quae tres integras occupat paginas. Poſtremo denique recto habetur inſigne typographi, idem omnino de quo dictum eſt ad Platinam edit. 1499.

Opus in libros quatuor tributum eſt, in quorum fronte, rubro charactere, quae in unoquoque contineantur, declaratur. Itala lingua exaratum eſt, etſi ejus titulus, ſubſcriptio, quin & inſcriptio Epiſtolae ad Camillam Bentivolam Latina ſint. Extat in Caſanatenſi.

## XII.

„ MICHAELIS FRANCISCI, ſeu de Inſulis, Quodlibetum de ve-
„ ritate Roſarii, ſeu Pſalterii B. M. Virginis ab ipſo renovatum at-
„ que a Stephano Mediolanenſi de Piovera editum, & commenda-
„ tum: per Iohannem Antonium Platonidem Benedict. die 19. Iu-
„ lii. Bononiæ 1500. *in* 8°.

Refertur haec editio in Scriptoribus Ord. PP. tom. II. pag. 8., ubi & extare annotatur in Gymnaſio Navarreo Pariſiis. Ex Proſp. Marchandio, eoſdem Scriptores citante, laudat Maettarius, pag. 732.

## XIII.

„ ANTONII MARIÆ VISDOMINI liber de ocio & Sibyllis: ad-
„ jecti ſunt etiam varii Elegi. Bononiæ 1500. *in* 4°.

Maet-

Maettarius ex Biblioth. Gesn., &c. Vid. Catal. Biblioth. Abb. de Rossi, pag. 76. BONON.

XIV.

„ SOLINVS de Memorabilibus Mundi, ex editione Beroaldi. Bono-
„ niæ 1500.

Hanc editionem refert Maettarius, pag. 740., ubi in subjecta annotatione (4) P. Marchandium citat, qui editionem laudat ex fide Fabricii, qui & ipse ex fide Meursii in Critico Arnobiano eam memorat. Mazzuchellius, & post ipsum Fantutius, loco editionis 1500., editionem anni 1509. referunt.

XV.

„ Epistole di GIOVANNI FILOTEO ACHILLINI al Magnificen-
„ tissimo M. Antonio Ridolfo Germanico, ove si narrano tutte le
„ sorte di Pietre, la varietà dell'Armi antiche, e moderne, di
„ musicali Istrumenti, i Colossi, delle Sibille, delle nove Muse, la
„ diversità degli Arbori, le Cavalcature, gli Abiti antichi, e mo-
„ derni, e gli accidenti diversi. *in* 4°.

*Senza luogo ed anno; ma sembra stampa di Bologna del 1500. dice il Mazzuchelli*. Haec cl. Fantutius, tom. I. pag. 63.

XVI.

Viazo da venesia al sancto iherusalez. et al monte sinai sepul
cro de sancta chaterina piu copiosamente et veris
simamēte descrito. che nesuno deli altri.
cum dessegni de paesi citade por
ti ꝛ chiesie ꝛ sancti luoghi ꝛ
molte altre sanctimōie ch
qui se trovão designa
te et descrite cho
me sono neli
logi lor ꝓ
pri. ꝛc.

*Ad calcem Epistola latina* Ioannis Colæ *ad* Gibertum Pium *Sabaudiensem Carpi principem, qua habetur in fine voluminis*:

Impresso ne lalma ꝛ inclita Citta de Bologna ꝑ mi Iustiniano da Rubiera
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Ne lanno del
M. 500. adi vi. de Marzo. Laus Deo.

*Sub qua subscript. occurrit Registrum & insigne typogr.*
(*in fol.*)

Constat ex plagulis 68. charact. Gothico cum signaturis. Nullibi, quod advertere potuerim, nominatur ejus auctor. Exst. apud Ab. Ferd. Joannutium.

# EDITIONES *quaedam* BONONIENSES SINE ANNO.

## I.

„ S. ANTONINI Archiep. Florentini Confessionale, *quod incipit:*
„ OMNIS MORTALIVM CVRA, *&c.*

Defectu exempli hujus edit., quod unum hactenus mihi videre licuit, eam hoc loco referre cogor; etsi vix dubitem, quin certo anno notata sit, sicuti est altera hujusmet Confessionalis, ad annum 1472. num. II. relata; cum qua ab aliquibus, qui hoc nostrum exemplum viderunt, perperam confusa fuit. Deest prima plagula, in qua, sicut in illa, verisimillime descriptus erat operis titulus cum Auctoris nomine, annique nota: plagula sequens, non secus ac in illa incipit, *omnis mortalium cura*, &c., nullo in neutra, eidem praeposito titulo. Bononiensem vero esse certo certius est; ejusque collatio non tantum cum eodem Confessionali, sed & cum altero ejusdem anni 1472., hujusque nova editione anni 1475. apertissime ostendit. Aliam autem esse ab edit., ad annum 1472. relata, eaque posteriorem, ex sequentibus facile intelligitur.

Paginae hujus editionis paulo breviores sunt paginis edit. 1472., lineae tamen nonnihil longiores: in utraque autem generaliter, eodem numero. Quo fit ut in plagularum summa non valde inter se differant; hujus enim sunt 88., illius vero 86. tantum. Hic autem excessus potissimum oriri videtur tum ex quibusdam additiunculis, novae huic editioni factis, tum (& praesertim) ex frequentioribus versuum principiis (*Capiversi*) majoris elegantiae & distinctionis causa in hac adhibitis. E.C., plagula 41. versa edit. 1472. (quae fere tota respondet plagulae 42. rectae hujus) titulo, *Pigrizia*, legitur: *La quarta figliola de la accidia se chiama torpore cerca la observantia de comandamenti li quali si debono observare da tutti. Questo e secundo Sancto Tomaso in tre modi*, &c. quod capitulum, nunquam abrupto orationis filo, continuatur usque ad finem, clauditurque his verbis: *altramente è veniale*. In hac autem quilibet ex tribus modis, de quibus initio capituli fit mentio, peculiari linea inchoatur, & finitur; ita ut ad finem expositionis cujuslibet modi aliquantulum spatii vacui supersit; cum in illa non aliud spatium occurrat, quam ad finem totius capituli. Ad haec in hac nova, post verba, *altramente è veniale*, subjungitur: *de questa in 22. q. 35. a q.*: cujus quidem generis citationes frequenter occurrunt in hac editione tum in fine tum in corpore capitulorum, in illa autem vel nunquam, vel rarissime. Utraque editio numeris, signaturis & custodibus caret: utraque tamen reclamantibus perpendicularibus ad finem cujuslibet quinternionis, vel quaternionis, vel &c. positis, uti explicatum est sub eadem, instructa est. Ex quibus omnibus facile est conjicere, praesentem editionem posteriorem esse edit. anni 1472. (quod etiam demonstrat characterum collatio) editione autem alterius Confessionalis anni 1475. in quo, omissis reclamantibus perpendicular., adhibitum fuit registrum antiquiorem. Exst. in Casanat.

II

II.

„ GVARINI VERONENSIS Regulæ cum Gloſſis ſuper carmina
„ differentialia. Poſt tabulam legitur: Cum gratia Scipioni con-
„ ceſſa, ob poſtillas, gloſſas, quottationes & tabulam. *in* 4°. Chara-
„ cter Romanus. Scipio videtur fuiſſe typographus. Quidam Scipio
„ Malpigius (*Malpiglius*) Bononienſis anno 1472. edidit: La bella
„ mano de Giuſto de Conti; facile Bononienſi in Vrbe utrumque
„ opus fuit impreſſum.

Haec cl. Mittarellius in Appendice ad Codd. mſſ. Biblioth. S. Michael. Venet. prope Murianum, col. 187.

III.

INCIPIT LIBER TERTIVS CAVSARVM CIVILIVM EXTRA
CTVS A PROPRIO ORIGINALI CAMERE COMMVNIS BO
NONIE ET PRIMO DE IVRE REDDENDO IN CAVSIS CI
VILIBVS ET CAMPANELLA PVLSANDA.

*In fine*:

EXPLICIT LIBER TERTIVS CAVSARVM CIVILIVM.
DEO GRATIAS
AMEN.

*Sequitur in eodem volumine*:

DE OFFITIO ET IVRISDICTIONE DOMINI IVDICIS DISCO
VRSI DEPVTATI IN MALEFITIIS PARVIS ET DAMNIS DA
TIS INFRA QVANTVM TEMPVS FIERI ET EXPEDIRI DE
BEANT ACCVSATIONES RVBRICA

*In fine totius voluminis*:

REGISTRVM.

(*in fol.*)

Poſt operis Concluſionem, inſcriptam, *Concluſio preſentium ſtatutorum*, ſequitur *tabula eorum omnium*, *quae in hoc continentur volumine*, in qua primo occurrunt rubricae partis primae, & deinde partis ſecundae, quae incipit uti modo vidimus, ab *officio & juriſdictione Domini judicis Diſco Vrſi*, &c., & ad cujus calcem habetur regiſtrum ante laudatum; ex quo liquet, utramque partem ad unum idemque volumen pertinere, ejuſque plagulas omnino eſſe 126. quarum poſtrema vacat.

Editionem refert Orlandius ſub Balthas. de Azoguidis, & circiter annum 1475. prodiiſſe ait. Editionem Bononienſem eſſe, certiſſimum eſt, quiſquis demum ejus fuerit typographus, ſive Balth. de Azoguidis, ſive Hugo Rugerius, ſive alius quiſpiam; quod ſine erroris periculo definiri non poſſe arbitror (1). Ante Martium autem anni 1475. lucem non vidiſſe, oſtendunt *Additiones* & *limitationes ſuper ſta-*

r 2

(1) Conſentanee ad haec caſtiganda sunt quae de typographis hujus edit. ſcripſimus pag. 88. n. VI.

BONON. *statutis de damnis*, &c. quae habentur char. 110. & seqq., datae die ultimo mensis Februarii 1475. *tempore pontificatus.... Sixti divina providentia Papae IV.* Numeris & reclamantibus caret: folia intermedia alphab. literis signata sunt, quae incipiunt ab *e*, & terminantur in *l* IIII. Quae praecedunt & sequuntur nulla littera sunt notata. Exstabat in collect. Abb. Nic. de Rossi; aliudque optimum exemplum novissime commodatum habui a cl. Can. Alb. Devoti.

## IV.

MATTHÆI MATTASELANI Singularia Dicta, *&c. Vid.* Gul. Durandus sub anno 1474. num. II.

## V.

„ IVSTINI historiarum libri XLIV. Editio vetus fol. sine anno
„ loco et typographo, sed ut ex præfatione coniicere licet, Bri-
„ xiæ circa an. 1480. Duæ sunt Scriptoris hujus editiones una Ve-
„ neta apud Ienſonum anni 1470. altera Romana apud Vdal. Gallum
„ ....... Haec autem quæ Florum adiunctum habet, vulgata est in-
„ dustria Henrici Coloniensis qui cum Statio Gallico primis Brixiæ
„ typographis adnumeratur. Pour ce qui est de cette edition-ci
„ quoiqu' elle soit sans date, sans nom de ville ni d'imprimeur,
„ on apperçoit pourtant dans un passage de l'Epitre dedicatoire,
„ qu'elle est due a Henri de Cologne l'un des premiers Impri-
„ meurs a Bresse: Quum ego nuper rogatu Henrici Coloniensis senis
„ impressoris sollertissimi L. Florum curiose diligenterque emendas-
„ sem. Phil. Beroaldus in Epist. dedicat. La Souscription de ce vo-
„ lume consiste dans les vers suivans

Aurea Iustini Lucique epitomata Flori
Aere tibi modico, *&c.*

Exscripta haec sunt ex Catalogo Bibliothecae Rewiczkyanae, pag. 120. & 110. quibus manifeste ostenditur, editionem haud esse Brixianam, bene vero Bononiensem: nam etsi Henricus Coloniensis libros primo impresserit Brixiae, anno tamen 1477. imprimere coepit Bononiae, in eaque urbe saltem ad annum usque 1486. artem suam exercere perrexit, uti ex libris, suis locis recensitis, liquet.

## VI.

POMPONII LÆTI de Romanoꝝ magistratibus: Sa
cerdotiis: Iurisperitis: & Legibus ad. M. Pantagathū
libellus.
*In calce:*

FINIS
Pomponii Læti de Romanorum Magistratibus.

Iu-

Iurisperitis: & legibus Ad Pantagahum. BONON.
(*in* 4°.)

Typis Benedicti Hectoris, sine loco & anno, cum signaturis, foliola 16. Esse charactere B. Hectoris manifeste apparet ex aliquot opusculis Beroaldi ab ipso hoc eodem charact. impressis, & cum hoc Pomponii opusculo colligatis in Bibliotheca Angelica.

VII.

IVLIANI DVCIENSIS de Imola, Lugubris. Oratio: p Excellentissimo sacrorũ canonũ ac legũ Doctore. D. Hieronymo zanetino, Boñ.
(*in* 4°.)

Est eodem Goth. charactere, ac Oratio ipsius Duciensis pro *principio Inclyti Bonon. studii*, habita anno 1492, ibidem & eodem anno impressa a Hieronymo de Pullis & Jo. de Mazochis: ad quos idcirco & praesentem pertinere arbitror, quae & cum illa colligata est in Casanat. Plagulae quatuor sunt; & in prima recta habetur Auctoris Epistola ad Bernardinum Scarduam.

VIII.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE
THEOLOGI CARMEN DE FORTVNA
*In calce*:

FINIS.
Impressum Bononiæ.
(*in* 4°.)

Constat ex octo plagulis cum signaturis. In prima non aliud legitur quam vocabulum, FORTUNA. Character rotundus est, officinae, ut videtur, Bened. Hectoris. Exst. apud Abb. Joannutium.

IX.

„ IO. ANDREÆ, seu Andreæ Siculi, I. V. D. Repetitiones su-
„ per C. Raynaldus de Test. fol. sine anno, & typogr. Bononiæ.

Orlandius, pag. 116. & 350.

X.

„ Repet. FRANC. de ZABARELLIS super Cap. Perpendimus de
„ Sententia Excommunicationis ...... impressa Bononiæ ..... Per
„ Vgonem Rugerium, *&c. f.*

Denisius, pag. 697.

XI.

Incipit lectura excellentissimi ꝛ acutissimi
legũ monarche domini ALEXANDRI de IMO

LA

BONON. LA ſuper prima parte. ff. novi. *Cui accedunt ejuſdem* Apoſtillæ ad Bar. *ſuper eadem parte Digeſti novi.*
(*in fol. magno*)

Ex charactere cumprimis & voluminis forma apparet, praeclaram hanc edit. non alii loco rectius tribui poſſe quam Bononiæ. Character idem pene eſſe videtur ac is, quo impreſſa ſunt Hugonis Bencii Conſilia medica, & Mundini Anatomia anni 1482. ad quod tempus referri poſſe videtur editio. Ad calcem Comment. ſuper prima rubrica haec legitur annotatio: *Haec rubrica fuit noviſſime collecta ſub excellentiſſimo praeceptore noſtro D. Alexandro de Imo. qui ſuper hac rubrica nihil unquam ſcripſerat. Poſtmodum eodem anno fecit tranſitum ad ti. de acqui. po. & hoc, anno.* M.CCCCLXXII. *Bononiae.*

Editio magnifica eſt, non ſecus ac aliae Bononienſes operum Tartagni, a quibus tamen differt: primo, quod ad calcem ſingulorum titulorum propria ſubſcriptio appoſita fuit, praetermiſſo ſemper loco & anno, & eorum unicuique peculiares additæ ſignaturae; ſecundo, ad quinternionum calcem adjectae fuere reclamantes: quae duo in aliis operum Tartagni Bononienſibus editionibus me obſervaſſe non memini. Exſt. in Caſanat.

## XII.

COMINCIA LA ELEGANTISSIMA DOC
trina delo excelentiſſimo Marco tullio cicerone
chiamata rethorica nova traslatata di latino in
vulgare: p lo eximio Maeſtro Galeoto da bolo
gna opera utiliſſima & neceſſaria a gliomeni vul
gari e indocti:

*In calce:*

FINIS:

Finiſſe qui La rethorica nuova de lo excelentis
ſimo Marco Tullio Cicerone ĩ vulgare.
(*in* 4°.)

Editio Itala quidem eſt, ſed locus omnino incertus: quem tamen ſi Bononiam fuiſſe ſuſpicarer, fortaſſe propius ad verum accederem, quam ſi de quovis alio Italiae loco id conjicerem. Erroris tamen cavendi gratia nil omnino de loco in praeſentia pronuntiabimus; & contenti erimus quae certiſſima ſunt & ad editionem dignoſcendam, & a quavis alia diſcernendam apprime conducunt, hic ob oculos Lectoris ponere.

Forma quarta eſt, eaque minor linearum 24. ſine ſignaturis, numeris, cuſtodibus, & regiſtro; plagulae 56. Charta craſſior, non ſatis alba. Character pulcherrimus, &, ni fallor, elegantioribus characteribus a Wurſtero, Platone de Benedictis, & Benedicto Hectoris adhibitis, praeferendus. Capitales literae minori forma in amplo ſpatio impreſſae, ad dirigendam calligraphi manum.

Titulus & ſubſcriptio ſupra poſiti, ex optimo exemplo Biblioth. Caſanat. majori, quoad ejus fieri potuit, diligentia deſcripti, iterato cum archetypo ipſo prius-

priusquam e praelo penitus subducerentur, collati fuere, quo de eorum cum BONON. eodem perfecta similitudine, etiam quod spectat ad minutias orthographicas, litterarumqe compendia, certissimi fieremus: qua quidem in re plus minusve deficere exempla, quae exhibent Mittarellius, Argelatus, Paitonus, animadvertere est. En, e. c., quid intersit inter apographum Mittarellii, ipsumque archetypum. Apud Mittarellium legitur, *de lo*; in archetypo *delo*. Apud Mittarellium, *traslata*; in archetyp., *traslatata*: apud Mittarell. *agli buomeni*; in arch. *a gliomeni*: apud Mittar., *& indocti*; in arch., *e indocti*. Has minutias annotare placuit, quo lector intelligeret, ea hujus operis exempla, quibus adscriptus est annus 1478., quaeque ex alia editione esse quidam existimant, reipsa ad hanc ipsam editionem pertinere: quod, ni fallor, satis clare ostendit apographum Argelati, ex exemplo, anno 1478. signato descriptum, tom. I. pag. 279. quod magis concordat cum apographo nostro, (sive cum ipso archetypo). quam apographum Mittarellii ex exemplo sine anno, exscriptum. Confer Fantutium, tom. IV. pag. 378.

# BRIXIAE.

## MCCCCLXXIII. (1)

### I.

STATVTA communis Brixiæ, *partes quinque, vel sex.*
*Ad calcem primæ:*
FINIS Thoma ferrando auctore: M. cccclxxiii.
*Ad calcem secundæ:*

CIVILIVM STATVTORVM FINIS

Patrie post deũ quoniã debemus oĩa ꝛ pecunia qui ꝛ q̃ corporis viribus valẽt: pecunia illã illã corporis viribus tueant̃ Ego quoq; hoꝝ altero natura altero fortuna multis ĩferior: In eo quod mihi ꝑtim natura ꝑtĩ industria tribuit ĩ illam nõ in gratus. Quotquot hac forma ĩpressa statuta studiosissime le ctor legeris: Conciviũ meorũ cõmodo tribus mẽsibus feci Et reliqua volumina brevi ꝑatus absolvere si ĩ his vẽdẽdis liberalẽ exꝑtus ẽptorẽ fuero nõ ꝑcissimũ. M. cccc. lxxiii.
*Ad calcem tertiae & quartae nulla temporis nota.*
*Ad calcem quintae:*
Ex quo ĩprimi ꝑ me Thomã ferrãdũm statuta cepta sũt tãta sigãte pecñie iactura fcã ẽ: ut vẽdendi volumĩs ĩ quo tãtã opã ĩmpẽsamq; imposui spes reliqua vel nulla vel exigua sit mihi Dũ ei ꝑ adulterinã mõ ꝛ modo ꝑ tõsã monetã: etiã nõ adulte rina nõ tonsa omnis interdicit̃ tãtũ est detrimẽtum subsecutum ut

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

facillime potest FINIS XII. Kł. Iunii. M. CCCC. LXXIII.
*Ad calcem ultimæ:*
Brix Thoma Ferrando auctore. M. cccc.lxxiii tertio Kł Iulii (*in fol.*)

Gha-

(1) Exstat, *Jac. Romani I. V. D. ac Eq. Brixien. pro patria ad Ill. Nic. Tronum Ducem Venet. Congratulatio impr. per Mag. Florentium de Argentina* MCCCCLXXII. *die vero XX. Martii in 4.*, sine loci nomine: qui si forte fuisset Brixia, tunc initium imprimendi in hac urbe in annum superiorem referendum foret. Ante tamen ejus anni exitum imprimi ibidem cœpta fuisse *Statuta*, ex notis temporis ipsis adjectis, numeroque foliorum, ex quibus eorundem partes constant, non obscure colligitur.

Character editionis rotundus quidem est, sed rudis; speciemque praefert characteris longo usu exesi jam & detriti. Pars quinta a quarta non distinguitur, nisi quia ad hujus calcem typographus hanc apposuit notam: *Brixie Thoma Ferrando auctore*; nam caeteroqui index parti quartae praepositus, cuncta etiam, quae in parte sequenti continentur, singillatim recenset. Ad calcem quidem quartae, post adductam notam: *Brixie Thoma*, &c. haec leguntur verba: *Clausorum statuta finiunt Macelli nunc Tabernarum Piscarie et esculentia vendentium statuta imprimuntur, quibus absolutis integro libro jam deerit nihil, eos autem presertim concives meos, qui me pollicitationibus suis statuta imprimere hortati sunt oratos velim, ne diutius expectatum labori* (sic) *differant premium*. Sed haec sufficere non videntur ad distinguendam partem alteram ab altera. Utcumque tamen sit; post Statuta *Macelli*, &c. quibus, ut videtur, terminanda erat integra Statutorum collectio (quam, ni fallor, *integri libri* nomine designat typographus) subjunguntur *Statuta Mercantie, mercatorum Brixie & districtus & cetera*: quae ex nota dici ipsis apposita apparet impressa fuisse post praecedentia. Secundae, tertiae, quartae, unaque quintae, & sextae parti, suus praepositus est index; primae, in exemplo Abb. de Rossi (quod unum hactenus vidi) deest. Titulus praepositus huic primae parti sic habet: BRIXIAE.

> IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITA TIS ET gloriosissime dei genetricis & semper virginis Marie & beatissimi euangeliste sancti marci nec nō & beatorum martirum Faustini ac Iouite & totius curie celestis statuta cō munis brixie incipiunt.

Folia impressa hujus vol. inventa sunt a cl. P. Amoretti, 306. Desunt signaturae, numeri, custodes, registrum.

## II.

„ J. D. JUVENALIS, & A. PERSII FLACCI Satyrae. *Ad hujus calcem* „ *legitur*: A. Persii Satyrarum expressus Codex Brixiae, una cum Ju- „ venale Satyrico, jubente presbytero Petro Villa XIII. Kal. Aug. „ MCCCCLXXIII. *in fol.*

Rarissimam hanc Juvenalis et Persii editionem ignorarunt Maettarius, Orlandius, ipseque Bibliographiae Instructivae auctor Deburius (1). Primus, quod sciam, qui eam litterato orbi patefecit, est Eminentissimus Quirinus in Epistola ad Saxium edit. in 4., pag. 88., ubi et subscriptionem, quae est ad Persii calcem, refert (2). Eam subinde accurate descripsit Auctor (3) Catalogi Historico-critici variarum editionum Saec. XV., qui plures in sectiones divisus, editus fuit in Memoriis *per servire all' Istoria Letteraria*, Venetiis impressis per Petrum Valvasensem, &c. tom. XI. et seq., quo conferre se poterit L., qui de ea plenius intelligere volet (4). Paginae Satyrarum Juvenalis, hoc Auctore annotante, sunt 104., Persii vero, 18. Character editionis describitur his verbis: *Il carattere dell' edizione pare bello e nitido* in-



(1) Memoratur in Biblioth. Lat. Fabricii ed. Ernesti, lib. II. pag. 166

(2) Vid. & ejusd. opus de Brixiana Lit., par. I. p. 127.

(3) P. Paitonus. Pag. 225. & seq. tom. XI. describitur haec editio.

(4) Inter editiones Brixianas anni nota carentes, alia adferetur horum Poetarum editio, hac fortasse antiquior: quam librorum falsarii, ubi aliquod ejus exemplum, in perniciem historiae typogr. & litterariae nacti fuerint, ob spatium vacuum, satis amplum, quod infra subscriptionem occurrit, commode in edit. Brixianam, specie omnium antiquissimam, ubi volent, transformare poterunt.

BRI- *in apparenza, ma ha un non so che d'imperfetto, e non finito, quale è a' nostri giorni il carattere frusto e consumato.* Exstabat in Biblioth. Pinelliana, & in di-
XIAE. tissima Collect. Petri Ant. Bolongaro-Crevennae.

III.

„ P. VIRGILII MAR. Bucolica, Georgica, Æneis. *Ecloga absque* „ *inscriptione. Ante Georgica argumentum 4. versuum.* Quid faciat læ- „ tas segetes, &c. *Ante Æneidem primo argumenta XII. libror.*, 12. *ver-* „ *sibus, dein argumenta* L. 1. *itidem versu, uti & ante ceteros libros.* „ *Ad calcem*: Finis: Brixiæ Maronis opera expressa fuere presbytero „ Petro Villa jebente, die vigesimo primo Aprilis. M. CCCC LXXIII. „ *Charact. elegans literis quadratis versuum initialibus aliquantum a vo-* „ *ce distantibus, Sine Signat. Cust. Num. pagg. f.*

Hæc Denisius, pag. 32., ex *Amico*.

MCCCCLXXIV.

I.

HOMERI POETARVM SVPREMI ILIAS PER LAV RENTIVM VALLENS. IN LATINVM SERMONEM TRADVCTA FOELICITER INCIPIT.

*In fine*:

Brixię VIII. KL. decēbr. M. CCCC. LXXIIII. Hēricus Co loniensis. & Statius Gallicus fœliciter impressere.

(*in fol.*)

Duo praecedunt folia (1), quae Epistolam dedic. Justiniani Luzagi (qui opus edidit) ad Bernardum Justinianum, qui Vallae versionem e Galliis in Italiam retulerat, continent: *Quam versionem*, inquit Luzagus, *cum in Galliis legationis munere fungereris, apud eas gentes tam neglectam incultamque miseratus, jussu & impensa tua transcriptam, in Italiam, unde, nescio quo fato, ablata fuerat, retulisti.* Quod idem in sequenti epigrammate, quod ad calcem subjunctum est, repetitur:

En Graiis tantū quondām celebratus Homerus:
Nunc quoq; Ausonio grāmate notus erit.
Primus honor Vallę (namq; is traduxit) at alter
Bernardus post hæc. Justinianus erit.
Namq; hic occiduas Orator missus ad oras
E Galiis Latias rettulit (*sic*) ipse domos;
Quamq; prius pulvis: quā blattre (*sic*) ac tinea pressit:
Ilias in lucē cultior ecce redit.

Edi-

(1) Pagina quarta vacat.

Editio est sine signaturis, numeris, custodibus ac registro, charactere Romano, *Superfilvio*, nec rudi nec eleganti. Opus incipit folio recto, & finitur verso. Ex registro MS., quod olim vidi infra subscriptionem, in exemplo Can. Alb. Devoti, intellexi voluminis plagulas esse 160., quot reipsa & novissime ex numeratione inventae sunt. Aliud exemplum, sed imperfectum, exstat in Casanatensi. BRIXIÆ

MCCCCLXXV.

I.

„ VALLENSIS LAVRENTII de Elegantia Linguæ Latinæ Libri „ VI. In fine : *Per me Eustacium Gallum Brixia opus feliciter impressum* „ *est decimo Kalendas Aprilis* M. CCCC. LXXV. *in fol.* -- *Exemplar in-* „ *tegerrimum edit. rarissima.*

Ex Catal. Biblioth. Pinell., tom. III. p. 277.

II.

„ C. CRISPI SALLVSTII Opera. Brixiæ impressa per Eustacium „ (*alias* Statium) Gallum. 1475. *fol.*

Denisius, p. 54., ex Biblioth. Cœnobii Gottwicen.

O

„ NIC. PEROTTI Rudimenta Grammatices. Brixiæ, per Gabr. Pe- „ tri de Tarvisio 1475. 4. *Quir. b. II. pag.* 59. *Putem*, Venetiis.

Idem, p. 53., & recte quidem : sed Quirinus hoc loco nominandus non fuisset, qui ejusmodi editionem, nec Brixianam, nec Venetam dicit.

O

„ DOMITII CALDERINI Veronensis Emendationes & interpreta- „ tiones in Pap. Statii Sylvas. Brixiæ per Magistrum Henricum de „ Colonia. 1475. f.

Idem ex Quirino, de Optimorum Scriptorum editionibus edit. Jo. Schelhornii p. 245. (1) Sed haud dubium est, quin editio pertineat ad annum seq., sub quo eam videsis.

MCCCCLXXVI.

I.

Ex EMENDATIONE ET INTERPRE-
tatione Domitii Calderini Veronensis Statii Papinii
Neapolitani Sylvarum liber primus ad Stellam.
*In calce volum.*



(1) Nec Quirinus nec Schelhornius quidpiam de libri forma tetigere; quam idcirco de suo Denisius dixit, *in fol.*

BRIXIAE Magister Henricus de Colonia Brixiæ fœliciter impressit. M. CCCC. lxxvi. die Junii viii. Laus Deo. (*in* 4.°)

Allatus titulus legitur in fronte Epistolae Statii ad Stellam, cui praeeunt tria folia, quae Epistolam Calderini ad Augustinum Maffeum, cui opus inscriptum est, et carmen ejusdem ad Statium, quo eum hortatur ut in patriam redeat, continent. Cum primum ex his tribus foliis in exemplo Casanat. (quod unum hactenus vidi) signatum sit, *a* 2., manifestum est, aliud ipsi praecedere debere, quod vel omnino album est, aut titulos operum, non secus ac editio Romana anni superioris, exhibet. Ex adducto porro titulo facile quisque conjiciat in hac editione Sylvas Statii haberi; quæ tamen nullae sunt: nec aliud continet editio, quam Domitii Commentarios in easdem; ejusdemque Lucubrationes in Sappho Ovidii, in quædam Propertii loca, & quædam ex libro tertio suarum observationum, quæ omnia conjuncta cum Statii Sylvis habentur in editione Romana, ante laud.

Ad calcem commentariorum in Statium legitur: *Domitii Calderini Veronensis Secretarii Apostolici Commentarii in Sylvas Statii Papinii fideliter per me Magistrum Henricum Coloniensem Brixiæ impressi*, omisso anno: qua quidem subscriptione tollitur erroris occasio, quam suppeditat titulus. Editio est charactere Gothico, cum signaturis, uti jam dictum est: quæ tamen aliæ sunt in Commentariis in Sylvas, & aliæ in aliis lucubrationibus. Graeca ubique omissa fuere, relicto tamen congruo spatio inani pro iis, ubi placuerit, manu, vel typis, supplendis. Editionem raram esse colligere licet ex silentio Maettarii, Orlandii, &c. (1)

## II.

Excellentissimi medici ANTONII CER
MISONI contra omnes fere egritudines a
capite usque ad pedes Consilia feliciter
incipiunt.

*Ad calcem*.

Antonii Cermisonii (*sic*) Cōsilia felicit expli
ciunt impressa Brixie per me magistruȝ
Henricū de Colōia. M. CCCC. LxxVI.
pridie nonas septembris.
Laus Deo et sue matri. Amen.

(*in fol.*)

Editio est charactere Gothico, pagina bipartita, cum signaturis, sed sine reclamantibus, numeris, ac registro. Primum & ultimum folium alba sunt. Secundo signato *a* 2. incipit tabula, quae terminatur in calce paginae primae folii sequentis. In fronte quarti signati *a* 4. legitur allatus titulus: *Antonii*, &c. Signaturae pertinent usque ad *p* 2. omnesque foliorum fasciculi, ultimo excepto, quaterni sunt. Exstabat in Biblioth. Illustrissimi Archiatri Nat. Saliceti, ex qua transiit in Corsinianam. Eam refert Maettarius, pag. 366. inter editiones a se visas, & ex eo, ut suspicor, Orlandius, par. 2. sui operis, pag. 311. Cl. Tiraboschius ignorasse videtur Cermisoni Consilia aliquando typis fuisse vulgata. Vid. tom. 6. par. 1. Hist. litt. Italiae, pag. 380. edit. Rom. MCCCCLXXVII.

(1) Eam memorat Em. Quirinus in suo opere de Optimorum Scriptorum editionibus, utriusque edit., ubi tamen indiligentia typographi loco 1476 scriptum est 1475.

## MCCCCLXXVII.

ROLANDINI de PASSAGERIIS Flos testamenti.

*In fine*:

Explicit flos testamenti magis
tri. Rolandini de pasagenis (*sic*) per
me magistrum henricum de colo
nia emendatissime impressu; an
no salutis. M. CCCC. lxxvii.
Mens maii. Antonio Venereo
et Johanne Hemo milite claris
simis psidiis feliciter explicit (*sic*).
DEO. GRATIAS

(*in* 4°.)

Hoc opusculum ultimus fortasse foetus est ab Henr. Coloniensi Brixiae editus; nam ante hujus anni exitum suis typis vulgavit Bononiae ingens Tartagni volumen, Lecturam scil. ejusdem super tit. *de Verb. oblig.*; in eaque urbe saltem ad annum usque 1485. imprimere perrexit; & deinde Senis, Lucae, ac fortasse alibi, eandem artem exercuit.

Deest in hoc opusculo Brixiae nomen; sed Venetorum praesidum nomina in eodem inscripta, satis ostendunt, ipsum in Veneta aliqua urbe excusum fuisse: & libri superiore anno Brixiae vulgati, & Tartagnus hoc eodem anno Bononiae excusus ab Henr. Coloniensi, non videntur suspicandi locum relinquere, ne forte aliquem alium locum suis typis interea illustrare voluerit. Editio est charactere Gothico, duabus columnis, & cum signaturis tantum. Reperitur in Casanatensi.

## MCCCCLXXVIII. LXXIX.

Orlandius, Maettarius, ipseque Denisius hos duos annos vacuos dimittunt; neque nobis hactenus librum ullum eo temporis intervallo in urbe Brixia impressum videre contigit. Fortassis post discessum Henrici Colon., urbs Brixia omni typographo caruit usque ad annum 1480., quo Boninus de Boninis de Ragusia, vel ipse sua sponte, vel a civibus accitus intermissam per biennium artem ibidem repetiit.

## MCCCCLXXX.

„ SOLINUS de Mirabilibus mundi: per Boninum de Bononis de
„ Ragusia Brixiae 1480.

Nixus auctoritate Caillii, & Bibliothecae Norib. Sauberti, editionem ejusmodi retulit Maettarius in utraque suorum Annal. editione; eique concors est Orlandius. Memoratur quoque in Bibl. Lat. Fabric. edit. Ern. tom. 2. pag. 242.

## MCCCCLXXXI.

„ JOANNIS BRITANNICI in Persii Satyras Commentarii. *In fine*:

„ IM-

BRIXIAE „ IMPRESSVM Brixiæ per Magiſtrum Gabrielem Tarviſinum et
„ Paulum ejus filium. Anno domini MCCCCLXXXI. Die XIII. No-
„ vembris. Magiſtratibus Vrbis Magnifico Benedicto Priolo: & Ma-
„ gnifico Honfredo Juſtiniano. *in fol. parvo*.

Minus recte Bibliographi quidam (1) editionem hanc deſignant his verbis: *Auli Perſii Satyrae cum Commentariis Joannis Britannici*, cum Perſii Textus in ipſa deſit, uti notatum eſt Auctori Catalogi critici editionum Saec. XV., tom. 2. *delle Nuove Memorie per ſervire all' Iſtoria Letter.* pag. 152., & Mittarellio in Append. pag. 339. Quorum uterque, ſed ille cum primis, editionem accurate deſcribit; quem conſulere poterit ſtudioſus, qui de ea plene intelligere voluerit. Nos ex ipſo annotare contenti erimus, editionem reclamantibus & numeris carere, ejuſque plagulas omnino eſſe 88., quarum prima & ultima vacant; optimam chartam, pulchroſque characteres (2). Vide Catal. Biblioth. Pinell., tom. III., pag. 123.

## MCCCCLXXXII.

### I.

„ GERALDI (fratris) ODONIS O. Min. Scriptum ſeu expoſi-
„ tio ſuper libros Ethicorum Ariſtotelis. Impreſſa Brixie ad ex-
„ penſas ſpectabilis D. Bonifacii de Manerva. M. CCCC. LXXXII.
„ die ultimo Aprilis. In folio

Haec ex Mittarellii Append., col. 170., ubi narratur, Auctorem fuiſſe Miniſtrum gener. ſui Ordinis, inde Patriarcham Anthioch., & deceſſiſſe Catanae anno 1349. Opus antecedit Epiſtola fratris Gratii Brixiani ad Franciſcum Sanſonum Ord. Min. Miniſtrum gen., cujus inſcriptionem affert idem Mittarellius; qui & notat, editionem eſſe *charactere ſemigothico vel Gothico claro*. Eam refert Orlandius, & ex Philemon. Catalogo Maettarius, pag. 437. (3)

### II.

BLONDI FLAVII FORLIVIENSIS (*ſic*) Romae Triumphantis libri X. *In fine*.

HOC OPVS RECTISSIME SCRIPTVM PER BARTHO-
LOMAEVM VERCELLENSEM BIBLIOPOLAM BRI-
XIAE IMPRESSVM FVIT QVAM DILIGENTIS-
SIME ANNO A CHRISTIANA SALVTE QVA-
DRINGENTESIMO OCTOGESIMO SECVNDO
SVPRA MILLESIMVM BENEDICTO PRIOLO:
HVNFREDO IVSTINIANO PATRICIIS VENE-
TIS ET VRBIS ET AGRI BRIXIANI MA-
GISTRATIBVS PER QVAM HONESTIS.

Vrbs

(1) Hoc in numero habendi ſunt ipſe Erneſti tom. 2. pag. 166., & Deniſius, pag. 138.

(2) Exſt. Mediol. in Bibl. E. B. C. Val. Gonzagae.

(3) Editionis exemplum videndum mihi præbuit Can. Devoti, eique octodecim præmitti folia obſervavi, quorum primum verſum regiſtrum, reliqua tabulam Titulorum quaeſtionum omnium librorum operis continent, litteriſque a. & b. ſignantur, aliis a litteris, quibus ſignatur opus ipſum.

Vrbs antiqua tulit Vercellæ Bartholomæum:
Hoc qui impressit opus . Brixia nosce virũ .
Quandoquidem tibi non minus: Ac sibi profuit ille.
Præstin& hunc librũ plurima nosse volens .

LAVS DEO.

(*in fol.*)

Praecedit Auctoris epistola dedic. ad Pium II. P. M., quae totam primam paginam occupat. Pag. sequenti incipit ejusdem prooemium, quod terminatur linea XI. paginae quartae: reliquum ejusdem pag. vacat. Opus desinit folio recto, in cujus inferiori parte litteris majusculis legitur: *Hoc opus* &c.; subjectum tamen epigramma est charactere minusculo. Editio est cum signaturis & registro (1) sed sine numeris, & custodibus. Exstat in Casanatensi, in Corsiniana, apud Can. Devoti, & Mediolani in selectissima Biblioth. Excell. Ball. Cajet. Valentii Gonzagae.

## MCCCCLXXXIII.

### I.

MACROBII AVRELII THEODOSII Viri Consularis Expositionis in Somnium Scipionis libri II. = Saturnaliorum libri VII.

*Ad calcem septimi* :

MACROBII Aurelii Theodosii viri cõsularis & illustris satur naliorũ libri impressi Brixiæ per Boninum de Boninis de Ragusia. M. CCCC. LXXXIII. die VI. Junii.

(*in fol.*)

Nulla cujusquam editoris praefatio praecedit, sed statim incipit primum opus, cui majusculo charactere praefixus est hic titulus:

SOMNIVM SCIPIONIS EX CICERONIS
LIBRO DE REPVBLICA EXCERPTVM.

Ad calcem ejusdem, eodem charactere legitur: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis & illustris in somnium Scipionis expositionis quam elegantissime libri secundi & ultimi finis*. Cui subscriptioni in eadem pagina recta subjicitur charactere eodem inscriptio Saturnaliorum: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis & illustris conviviorum primi diei Saturnaliorum liber primus*. Editio est cum signaturis, ac registro (2); & inter editiones Brixianas, hactenus a me visas, haec est omnium prima, in qua Graecus character pro vocabulis & locis Graecis adhibitus fuerit; etsi quamplurima loca vacua dimissa sint, non secus ac in editione Jensoniana anni 1472., ex qua haec expressa esse videtur. Exst. in Casanat., Corf., Angel. & apud C. Devoti.

II.

(1) Ex hoc registro apparet voluminis plagulas esse 180. praeter plagulam separatam ipsius registri. Character Romanus est & pulcher, magnitudine *Silvii* majoris.

(2) Hoc registrum occurrit ultimo folio verso ipsius operis, & ex ipso apparet voluminis plagulas esse 190. Numeri & custodes desunt. Graecus character, accentibus & spiritibus instructus est: Romanus aliquanto nitidior charactere Romae Triumphantis, & fortasse nonnihil major.

BRIXIÆ

II.

„ TEREN. VARRO de Lingua Latina : per Boninum de Boninis
„ de Ragusia & Miniatum Delsera Florentinum socios die XVI. Ju-
„ nii . fol. Brixiæ 1483.

Praeposita est huic editioni eadem Pomponii Laeti Epistola ad Barthol. Platinam , quae Romanae , a Georgio Lavero adornatae , sine loci & anni nota. In fine , referente Maettario pag. 444. , haec leguntur : *Si quispiam tertio loco fragmentis Varronis tantum addiderit , quantum Pomponius primo , deinde Franciscus Rhollandellus Trivisanus secundo , suo uterque studio ac diligentia contulit , nimirum M. Varro reviviscet.*

III.

„ POMPEIVS FESTVS : per Boninum de Boninis de Ragusia 18.
„ Junii . fol. 1483.

IV.

„ NON. MARCELLI de proprietat. Serm. fol. XVII. Julii Bri-
„ xiæ 1483.

Utraque haec editio refertur a Maettario in utraque suorum Annalium editione ; eique concors est Orlandius . Altera exst. Mediol. in Bibl. E. B. C. Val. Gonzagae.

V.

„ AVBETVR RHASIS Mahometani medici , libri correcti per
„ Hieronymum Surianum medicum . Vol. 2. fol. Brixiæ 1483.

Ita Orlandius , pag. 165.

VI.

Sermones quadra
gesimales IA-
COBI de VA
RAGINE .

*In calce:*

Hos sermones quadragesima-
les Reverendissimi fratris Jaco
bi deVragine (*sic*)Imprimi Curarũt
Angelus & Jacobus de Britañi-
cis fratres: ad laudem omnipoten
tis dei eiusq; genitricis marie : an
no . M. cccc. lxxxiij.die xx.Augusti
In alma Civitate Brixię
( *in* 8°. )

Ope-

Operi tres praemittuntur tabulae, quae duos occupant scapos, quorum primus est sexternus, alter quinternus; & signantur literis maiusculis, *A. B.* Opus ipsum signatur literis minusculis, quae pertinent usque ad *t.* omnesque ejusdem scapi quaterni sunt. Pagina bipartita excusum est volumen, charact. Goth. parvo, sine numeris, custod. & registro. **BRIXIAE**

Allata subscriptio occurrit col. prima ultimae plagulae versae; & in secunda legitur epigramma, quod incipit:

Divinos quisqis latices sitit huc properato
Egregios Fontes nostra vorago vomit.
Vatum quicquid enim, *&c.*

Infra habetur insigne typographi. Evolvit hoc vol. cl. P. Amoretti in Biblioth. Corsin.

## MCCCCLXXXIIII.

### I.

„ JACOBI PHILIPPI Bergomensis Snpplementum Chronicarum „ non castratarum. fol. Brixiæ 1484.

Laudat hanc editionem Maettarius, tom. I. pag. 458. ex fide *Henr. von Lint. Cat. Amsterd.* 1654. pag. 34. Nulla contra ejus mentio occurrit non apud Orlandium modo, sed ne apud Offingerum quidem, licet hic Bibliographus plures horum Chronicorum editiones sive veras, sive falsas, in suo opere retulerit. Posito autem quod ea existet, quod quidem suadere videtur illud: *non castratum*, ea verisimiliter ex edit. Veneta anni 1483. expressa fuerit.

### II.

„ Sorte composite per lo nobile ingegno di LORENZO SPIRI- „ TO Perugino. *Impresse nella augusta cita di Brixa* (cioè Brescia) „ *per Boninum de Bononis*. MCCCC. LXXXIIII. *pridie Idus Februa-* „ *rii. in fol.*

Zenus in notis ad Biblioth. Eloq. Ital. J. Fontanini, tom. II. p. 189. Vide & Biblioth. Ital. Nic. Francisci Haymi edit. Mediol. 1773. tom. II. p. 530., ubi haec eadem edit. refertur, aliaeque duae seq. saeculi, subjuncta hac annot.: *Tutti i libri di Ventura, e di Sorte furono condannati nell' Indice Tridentino.*

## MCCCCLXXXV.

### I.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII.

*Infra registrum, quod subjungitur indici capitulorum totius operis, operi ipsi praemisso:*

Impressum Brixiæ per Boninũ de Boninis de Ragusia anno domini. M. CCCC. LXXXV. Die tercio Martii. Correctore Marco Scaramucino de Palatiolo.

BRIXIA

Si quem cecropia clarum latiaq; camoena
Esse iuvat: geli scripta probanda legat.
Attica nox luci nunq̄ cessura diurnæ
Ad varias artes quābene monstrat iter.
En tibi docta cohors marcus correxit ad unguem
Quem tulit adriaco Brixia marte potens.
Si quid erit falsi veniam dabis: inscia turba
Forsitan huic nocuit: dum celerabat opus.
ἔρρωσο ἀναγνῶστα (*sic*).

(*In fol.*)

Duo praeeunt in hac editione quaterniones, qui indicem capitulorum cujuslibet libri, totiusque voluminis registrum, cum subjecta subscriptione, & epigrammate Scaramucini continent. Signantur hi quaterniones literis majusculis, A. B. geminatis, primoque loco in ipso registro recensentur: quod indicio est, eos ex mente typographi caeteris praeponendos esse. Signaturae autem ipsius operis, quae literis simplicibus constant, primo minusculis, & sub finem majusculis, ostendunt, indicem in exemplis ordinate compactis, ipsi praemittendum, ultimo loco fuisse excusum, uti vulgo fieri solet. Ex registro colligitur, opus constare ex 176. plagulis: quibus si addantur 16. indicis, plagularum totius voluminis summa erit 192., ex quibus prima recta, & ultima versa albae sunt. Ad calcem ultimae rectae, charact. majusculo legitur:

AVLIGELII NOCTIVM ATTICARUM COMMENTARII FINIS. BRIXIAE.

Uterque character, Latinus scilicet & Graecus, iidem sunt ac characteres Macrobii anni 1483. Forma quoque paginarum eadem. Exstat in Corsiniana, Angelica, Casanatensi, apud C. Devoti; E. B. C. Val. Gonzagam, Mediol.

II.

„ PLVTARCHVS de Virtutibus Mulierum, Lat. Alamano Ranu-
„ tino (1) cive Florentino interprete: per Boninum de Boninis de
„ Ragusia; XXIII. Martii, 4°. Brixiae 1485.

III.

„ GVARINUS Veronensis de brevibus clarorum hominum inter
„ se contentionibus a Plutarcho collectis nuper in latinum conversis,
„ per Boninum de Boninis de Ragusia, XXIX. Martii. 4°. Brixiae. 1485.

Utraque haec editio refertur a Maettario & Orlandio; atque peculiaris dies mensis, earum unicuique ab ipsis adscriptus, argumento est, utramque ab ipsis, aut saltem ab eorum alterutro, fuisse visam, vel ab accurato aliquo catalogo descriptam. Exst. Mediolani in Biblioth. E. B. C. Val. Gonzagae.

IV.

(1) Sic habet codex; quod non modo Maettarii, sed & cl. Morellii lectio confirmat, qui tom. V. Biblioth. Pinell. p. 252. (ubi hanc & seq. refert) vocabulo *Ranutini* subjicit: (Rinuccini). Vide eundem Catal., tom. I. pag. 237.

BRIXIAE

IV.

MACROBII AVRELII THEODOSII Somnii Scipionis expositionis libri II. Saturnaliorum libri VII.

*In fine:*

MACROBII Aurelii Theodosii viri cōsularis & illustris saturnaliorum libri impressi Brixiae per Boninum de Boninis de Ragusia. M.CCCC. LXXXV. die xv. Maii.

(*in fol.*)

Nova haec Macrobii editio nec plus, nec minus continet, quam antiquior anni 1483. Typi iidem omnino in utraque; sed in recentiore hac aliquantulum jam detriti. Eadem quoque utriusque paginarum altitudo, idemque linearum numerus, scil. 37. Latitudo autem hujus, digito fere major latitudine illius. Quo fit ut istius plagulae pauciores sint, nimirum 176. tantum, quum illius, uti suo loco diximus, sint 190. Haec, uti illa, signaturis & registro instructa est; numeris vero, & custodibus aeque caret. Pauca haec de opificio typographico utriusque hujus editionis hic annotare operae pretium duximus, quo lectori constaret, novam hanc, etsi in plerisque cum antiquiore, signata anno 1483. conveniat, aliam tamen omnino ab illa esse; nec suspicari licere, ne forte sola subscriptione inter se differant. Refertur a Maettario & Orlandio; omittitur vero ab Ernesti in Biblioth. Lat. Fabricii, lib. III. pag. 183. Exstat in Biblioth. privata SS. D. N. Pii VI., & in Casanatensi.

V.

FRATRIS JACOBI PHILIPPI BERGOMENSIS ordinis fratrum Eremitarum divi Aug. in omnimoda historia novissime congesta Supplementum Cronicarum appellata. liber primus feliciter incipit.

*In fine:*

Impressum Brixie (*sic*) per Boninum de Boninis
de Ragusia Anno dñi M. cccc. Lxxxv.
die Primo Decēbris.

(*in fol.*)

Notanda sunt quae Auctor de suo hoc opere scribit in fine his verbis: *Ac sic demum hic Deo favente Supplementi Chronicarum jam secundo terminum ponam...... Perfectum autem est & denuo castigatum atque auctum per me opus fuit duodecimo Kalendas Decembris anno a Natali Christiano* M. ccccLxxxv. *mihi vero a nativitate quinquagesimo primo......* In calce autem editionis Venetae anni 1483. haec habet: *Hic igitur terminum imponam Supplementi historiarum, quam me promisi cum omni veritate traditurum. Nisus autem sum sine errore successiones regum.....Perfectum autem per me opus fuit, anno salutis nostrae 1483. III. Kal. Iulii in civitate Bergomi. Mihi vero a nativitate quadragesimo nono.* Quibus auctoris verbis subjicitur typographi subscriptio, quae talis est: *Impressum autem hoc opus in inclita Venetorum Civitate: per Bernardinum Benalium Bergomensem eodem anno, die 23. Augusti.* Ex his autem duo manifesta sunt: I. ante III. Kalendas Julii anni 1483. ejusmodi opus nondum ab auctore absolutum fuisse; ideoque nullas esse editiones anno 1483. anteriores, cujusmodi sunt duae, ab Offingero memoratae, Latina una anni 1475., Itala altera anni 1481. II. Editionem Brixianam anni 1485. a typographo absolutam fuisse tredecim post diebus, quam ab Auctore ultima manus imposita fuisset castigationi, & augmento ope-

BRIXIAE operis. Editio Veneta anni 1483. non ultra annum 1482. excurrit; haec vero usque ad ipsum annum 1485. pertinet. Praefixa est ipsi eadem Epistola Auctoris ad Magistratum Bergomensem, quae legitur in illa; sed in hac prætcrea habetur carmen Dominici Barilli Bergomatis in Auctoris laudem, quod in illa desideratur.

Tabula generalis, quae praemittitur, ordine alphabet. digesta est; duosque occupat quinterniones signatos literis, *a. b.* Hanc excipiunt particulares tres, quarum prima inscribitur, *de mulieribus claris in hoc opere conscriptis*; secunda, *omnium regionum ac provinciarum in hoc opere contentarum, ac etiam civitatum*; tertia, *civitatum introscriptarum*: quae tres tabulae simul duas occupant plagulas, seu integrum folium signatum, *a a.* Ad calcem vol. subjunctum est registrum; quod incipit a Carmine Barilli, praetermissis tabularum foliis, quae antecedunt, & peculiaribus literis, uti diximus, signata sunt. Opus, quod subinde sequitur, non signaturis modo, sed & numeris, eorum unoquoque in utraque plagularum parte in summa ora inscripto, distinctum est; horumque postremus est 358. Custodes desunt. Character semigothicus quidem est, sed elaboratus valde & nitidus. Exstat in Casanat. & apud Can. Devoti.

## VI.

„ PETRI PAVLI VERGERII ad Vbertinum Carrariensem de in-
„ genuis moribus opus; Guarini Veronensis in Plutarchum Praefatio,
„ Plutarchus de liberis educandis Latine; Hieronymi presbyteri de
„ officiis liberorum erga Parentes; Leonardi Aretini in magnum Ba-
„ silium Praefatio; Magni Basilii de institutis juvenum liber Lati.
„ impressum per Boninum de Boninis de Ragusia; die VI. Decem-
„ bris. 4°. Brixiae 1485.

Ex Annal. typographicis utriusque edit., pag. 462. secundae. Exempli hujus editionis reliquias quasdam vidi Romae apud quemdam bibliopolam, in quibus Plutarchus solus integer habebatur. In prima pagina literis majusculis legebatur:

GVARINI VERONENSIS IN
PLVTARCHVM PRAEFATIO.

Ad calcem opusculi S. Basilii, quod ultimo loco, sed imperfectum, inter eas reliquias, occurrebat, sic:

Magni Basilii de ĩstitutis: & disci
plinis Juvenum Liber (*sic*). finis.
*Infra*:
Impræssum (*sic*) Brixie (*sic*) per Boninum de Boninis
de Ragusia ano (*sic*) dñi. M. cccc. Lxxxv.
die VI. Decembris.
(*in* 4°.)

## VII.

„ STATII Achilleis cum comment. Johan. Britannici: per Jaco-
„ bum Britannicum Brixianum. fol. Brixiae 1485.

Ra-

Raram hanc Statii edit. ab Em. Quirino diu frustra quaesitam, tandem ad manus suas pervenisse narrat Em. Scriptor, par. 1. pag. 137. Litt. Brix. Refertur a Maettario in utraque Annal. edit. & ab Orlandio in utraque sui operis parte. BRIXIA

VIII.

FRANCISCI PHILELFI Epistolæ.
*In calce:*
Impressum Brixiæ per Jacobum
Britannicum Brixianum,
M. cccc. Lxxxv. die
vii. Maii.

(*in fol.*)

Epistolae, quas continet haec editio, in XVI. libros partitae sunt. Prima libri I. est ad Leonardum Justinianum, data *ex Venetiis VI. Idus Octobres. Anno a natali Christiano*. M. CCCC. XXVII. Postrema libri XVI. est ad Ludovicum Casellam, data *ex Mediolano. IIII. Idus Martias*. M. CCCC. LXI. Sequentibus porro 12. annis quamplurimas alias scripsit, quas in libros XXI. distributas, & cum prioribus, titulo *tomi secundi* conjunctas, exhibet praeclara editio Veneta anni 1502. per fratres Gregorios de Gregoriis. Harum ultima est ad Fredericum Comitem Urbinatem, data *ex Mediolano IX. Kal. Aug.* Mcccclxxiii.

Praesens Brixiana editio est pulchro charactere Rom. cum signaturis, sed sine numeris & custodibus, plagularum 154., præter duas extimas (quæ desunt exemplo Casanat. quod unum hactenus vidi); quarum prima fortasse omnino alba, postrema verisimillime registrum & insigne typographi continet. Conferat L. aliud exemplum.

IX.

P. VIRGILII MARONIS Opera, cum commentariis Servii Mauri Honorati. Brixiae per Jac. Britannicum 1485. die XXII. Augusti. *in fol.*

Exscripta haec sunt ex catalogo Biblioth. Vallierianae, par. 1. tom. 2. pag. 84.: cui catalogo concordes sunt, Sam. Engel, Biblioth. selectiss. libr. rariss. pag. .... Catalogus Biblioth. Bunav., tom. I. pag. 300., Ernesti, Biblioth. Lat. Fabricii, tom. 1. pag. 320. P. Burmannus Junior in Praef. ad Virg. Opera edit. 1746., licet hic scriptor non Virgilii opera, sed Servii tantum commentarios memoret. Maettarius tamen, Orlandius ac Deburius in Bibliogr. Instruct. de edit. operum Virgilii in urbe Brixia hoc anno adornata omnino silent. Fortasse autem Brixiana hujus anni editio ea est, quam ex Longio in annum 1484., refert Maettarius, tom. 1. pag. 459. Utcunque sit, nota diei XXII. Augusti ab Auctore Catal. Biblioth. Vallier. editioni adscripta, & generalis ejus Bibliographi accuratio me plane suadent, reipsa exstare ejusmodi edit.

X.

P. TERENTII APHRI Comaediæ VI. cum Comment. Aelii Donati.
*In fine:*
Impressum Brixiæ per Jacobum Britañicum

Bri-

BRIXIÆ

Brixianum . M. cccc. Lxxxv. die . xx.
Octobris .
Finis .

(*in fol.*)

Editionem curavit Jo. Britannicus, qui in Epistola ad Jo. Petrum Paraticum, quae legitur ultimo folio recto, testatur, *locis supra mille* codicem a se emendatum fuisse: quem tamen quum impressum in manus sumpsisset, invenit impressorum negligentia, *syllabas mutatas*; tum *nonnulla*, *quae expunxerat*, *esse addita*, quae continuo subjicit. Infra hanc Epistolam occurrit registrum, & sub ipso insigne typographi. Ex registro liquet vol. plagulas esse 134., ex quibus prima utrimque, ultima solum in parte aversa vacat. Duplici charactere, Romano utroque, & pulchro, excusum est volumen; majori pro Poetae textu, minori pro Commentariis: illo magnitudinis *Silvii* communis, hic *Philosophiae*.

In sua metra distinctus procedit Poeta; quod tamen in antiquioribus quibusdam editionibus jam factum fuisse non ignorant eruditi. Commentarii in *Heautontimerumenon* (sic), (ut hoc quoque moneamus) Jo. Calphurnii Brixiani nomine, ad quem pertinent, inscripti sunt. Exstat in Casanat.

Editionem valde raram esse, conjicere licet ex silentio insigniorum Bibliographorum, Fabricii, Ernesti, Maettarii, Orlandii, Deburii, Denisii, ipsiusque Quirini in opere de *Brixiana Litterat*.

## XI.

LAERTII DIOGENIS VITAE ET SENTENTIAE EORVM QVI IN PHILOSOPHIA PROBATI FVERVNT.

*Latine ex versione* AMBROSII CAMALDVLENSIS.

*In fine*:

Impressum Brixiæ per Jacobum Britannicum Brixianum
Anno domini . M. CCCC. LXXXV.
die xxiii. Novembris.

(*in fol.*)

Praecedit Epistola Ambrosii (Traversarii) Camaldulen. ad Cosmam Medicem, eique subjuncta est *Tabula Philosophorum*, *qui in hoc volumine continentur*, *secundum ordinem librorum*: quae duo, tres occupant paginas. Ultimo folio recto habetur registrum, ex quo liquet, voluminis foliola esse 122., quo tamen in numero non habentur priora duo, quae epistolam & tabulam continent, quaeque signata non sunt. Numeris & reclamantibus caret, solisque signaturis instruitur. Character Romanus est, idem omnino ac character textus Terentii, ac Epistoll. Philelphi. Infra registrum insigne typographi. Exstat in Casanatensi.

## XII.

„ PETRI PAVLI VERGERII Justinopolitani libellus de moribus
„ ingenuis ac liberalibus studiis. *Sequitur*, *&c.* per Jacobum Britan-
„ nicum Brixianum; XXVIIII. Novembris. 4°. Brixiae 1485.

Nititur haec editio (*a*) auctoritate Mittarellii, pag. 473., ubi recensitis singulis opu-

(*a*) Opusculi P. P. Vergerii a Jac. Britannico 1485. 29. Novemb. impressi meminerunt quoque Maettarius & Orlandius.

opusculis, quae continebantur in editione, quam prae manibus habebat, subdit: *Sed omnia recensita opuscula carent notis typographicis...... Vidimus editionem Brixiae factam per Jacobum Britannicum die XXIX. Novembris anni* 1485.: quo posito, editio supra relata, & signata *die VI. Decembris*, erit secunda horum opusculorum editio, quam eodem anno protulit Urbs Brixia. BRIXIAE

## XIII.

GVARINI VERONENSIS in Plutarchum. praefatio: impressa per Jacobum Britannicum Brixianum; die septimo Decembris 4°. Brixiæ 1485.

Recensetur haec *Praefatio* a Maettario inter editiones, quas post primam suorum Annalium editionem sibi videre contigit; ideoque nulla esse potest de ejus veritate dubitatio. At videtur cl. Annalista hoc loco imitatus fuisse venales quosdam indicum scriptores, qui conjectis raptim oculis in primam & ultimam voluminis plagulam, quae in ipsis legunt, scripto statim consignant, nil curantes, utrum scriptoris nomen, quod in ipsis legunt, sit nomen auctoris, vel interpretis, vel editoris: etsi non raro titulus ipse, quem exscribunt, eos non obcure moneat, praeter id, quod prima libri frons demonstrat, aliud quidpiam longe majoris momenti in volumine, quod prae manibus habent, contineri (uti hic accidit): de quo tamen ne verbum quidem facere solent. Cum Guarini Praefatione, quae minus quam unam voluminis chartam occupat, conjunctus est Plutarchus ipse *de liberis educandis* (in quem praefatur Guarinus, ejusdem interpres); & post Plutarchum sequitur Hieronymus, ad cujus calcem legitur: *Impressum &c. die septimo Decembris*: quae subscriptio idcirco male assuitur Guarini Praefationi, praesertim non declarato, in quod opus Plutarchi sit ejusmodi præfatio. Vid. seq. num.

## XIV.

PLVTARCHVS DE LIBERIS EDVCANDIS, *Latine ex versione, & cum Praefat.* Guarini Veronen. *Accedit*:

HIERONYMI præsbyteri (*sic*) de officiis
liberorum erga parentes brevis admonitio.

*In fine*:

Impressum Brixiæ per Jacobum Britannicum
Brixianum anno Domini. M. cccc. Lxxxv.
die septimo Decembris.

(*in* 4°.)

Praecedit Praefat. interpretis ad Angelum ..... quem cum primis laudat quod inter magistratus & publica munera sedulam in educandis liberis navaret operam. Sub finem eum orat ut Manueli Chrysolorae gratias habeat, quod ejus viri opera Graecarum literarum splendor ad Italos homines redierit. Ad calcem Plutarchi subjunctum est Hieronymi opusculum. Editio est optimo charactere Romano cum signaturis tantum, plagularum 18. Guarini Praefatio occupat paulo plus quam paginam unam cum semisse, & infra eam eadem pagina statim incipit Plutarchus (1). Paginarum lineae, 25. 26. 27. 28. Exstabat in collect. Abb. de Rossi.

XV.

(1) Hieronymus incipit fol. 16. verso.

BRIXIAE XV.

Libri IV. de imitatione CHRISTI. Brixiae 1485.

Ita Maettarius, tom I. pag. 467. ubi in subjecta annot. 15. addit: *Perperam Valgratius & Cajetanus dixerunt omnium primum impressum opusc. de imitatione Christi Brixiae in Italia* 1485. Quo quidem editionis veritas confirmatur.

## M.CCCCLXXXVI.

### I.

ALBII TIBVLLI Equitis Romani Elegiæ, cum Commentariis Bernardini (Cillenii) Veronensis.

*In fine*:

Brixiæ impressum per Boninũ de Boninis de Ragusia anno salutis. M. CCCC. LXXXVI. die XVIII. Februarii.

(*in fol.*)

Non sicut in Romana edit. anni 1475., ita & in hac Brixiana, Tibulli textus seorsum excusus fuit a Cillenii Commentariis, peculiari, ad Commentariorum calcem, utriusque operis registro subjuncto; sed Commentarii cum textu (uti communius fieri solet) consociati fuere; unoque propterea tantum registro voluminis folia designata. Praemittuntur, non secus ac Romanae, Cillenii Elegia *ad Baptistam Ursinum Aerarii Pontificii custodem*, &c. & *Tibulli vita* per eumdem scripta. Suos hos Commentarios his verbis claudit Cillenius: *Hactenus ex ingenio nostro Tibulli elegias enodavimus, prosecuturi elucubrationes coeptas in Propertium, & longas in Catullum peregrinationes, si ex his labores nostri probabuntur*. Ad calcem textus Tibulli quinque subjiciuntur Poeticae compositiones in ipsum Tibullum, cum summa Vitae ejusdem ad instar Commentarii ad latus quartae, quae constat ex 68. versibus (1), impressa, & sub quinta legitur, *Brixiae*, &c. quo completur pars versa penultimi folii. Ultimum registrum totius voluminis exhibet, ex quo liquet ejus plagulas esse 48. Exemplo Abb. de Rossi prima deest plagula, quae in registro vacare dicitur: *primam* (sic) *vacat*. Uterque character, textus scilicet & Commentar., Romanus est & venustus.

### II.

PROPERTII AVRELII NAVTAE Elegiæ, cum Domitii Calderini elucubratione in quædam loca, quæ difficiliora videbantur.

*In fine:*

Propertii Aurelii nautæ poetæ finis
Impressum Brixiæ per Boninum de Boninis de Ra-

Cha-

(1) Tertius sic habet: *Flebilis indignos Elegia solve capillos*. Aliae quatuor compositiones sunt Epigrammata.

gusia Anno salutis . MCCCCLXXXVI. XVII. Chalendas (*sic*) Apriles.
(*in fol.*)

Primo folio verso habetur brevis Poetae vita, auctore Hieronymo Alexandrino, qui sic eam concludit: *Vale gratissime lector & memor Hieronymi Alexandrini, qui tibi tres vitas clarissimorum poetarum in lucem dedit, Catulli, Tibulli, & Propertii*. Editio est charact. Rom. & eleganti, cum signaturis tantum, plagulae 50. Domitii elucubratio nullibi impressa est in summa vel infima pagina, sed semper ad latus ita, ut Poetae textus per totam perpetuo paginae longitudinem excurrat. Lineae paginarum integrarum sunt 42. numero.

III.

VAL. CAT. VERO. POETAE CL. AD CORNELIVM NEPOTEM.

Carmina cum Commentariis Ant. Parthenii Lacisii Veronensis.
*In calce:*

Brixiæ Impressum per Boninum de
Boninis de Ragusia. M. CCCC.
LXXXVI. XI. Kal. Maias.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. tutti sono terni excepto i. che e quaderno (*sic*).
(*in fol.*)

Folium secundum (primum vel deest (1) vel vacat) rectum, signatum *a.* II sistit Epistolam Jacobi Comitis Juliarii Veron. ad Parthenium, in ejusdem in Catullum Commentarii approbationem, subjectis duobus Epigrammatis, altero ipsius Juliarii, quo Catullum ab eodem pristino splendori restitutum praedicat, altero ipsius Parthenii ad *suum libellum*. Eodem verso occurrit Parthenii Epistola ad Julium Pomp. Laetum: post quam sequitur ejusdem Praefatio in suos Commentarios cum Poetae vita, & brevi historia originis Lyrici carminis: quae omnia duobus circiter foliis continentur. Folio 4. recto incipiunt Poeta ipse ejusque interpres Parthenius. Ad calcem Comment. legitur Parthenii Allocutio ad L. quae incipit: *Haec habui Humanissime Lector*, &c. Desunt numeri, & reclamantes; insunt tamen, uti supra vidimus, signaturae, & in fine registrum. Characteres Romani & elegantes, iidemque ac Tibulli, & Propertii.

De hac editione fuse agit Em. Quirinus in suo opere de Brixiana liter. par. I. à pag. 67., ubi fere omnia, quae operi praemittuntur, una cum allocutione Parthenii ad L. quae habetur in fine, ob oculos lectoris ponit.

Narrat etiam Emin. Scriptor, hujus edit. se exemplum vidisse cum *nota* 1485. VIII. *Id. Aprilis*; dolumque quendam librarium (cujus ibidem meminit) sibi demonstrasse, *notam anni* 1485. *magis genuinam habendam* esse, *quam notam anni* 1486. qua, signata sunt exemplaria vulgo nota, & in quem annum (ipso fatente) editionem referunt Scriptores omnes de ea loquentes. At haec codicum omnium (suo hoc excepto), scriptorumque consensio circa annum hujus edit. ipsi potius demonstrare debuisset, annum 1485. suo exemplo inscriptum, non modo *magis genuinum*, sed omnino adulterinum esse, meramque falsarii cujusdam imposturam.

u IV.

(1) In exemplo Abb. de Rossi, quod unum vidimus.

BRIXIAE

IV.

FR. LVDOVICI A TVRRI de Verona Ord. Minorum opus de Conceptione B. M. V.

*In fine:*

.......... Impressuz Brixie p Boninū de Boninis de Ragusia: Et cōpletuz. XVIIII. Augusti. intra octavaz Eiusdem īmaculate virginis. Anno Domini. M°. CCCC°. LXXXVI°.

(*in* 4°.)

Editionem hanc ex Orlandio retulit Maettarius in suis Annalibus edit. novae, pag. 481.; adeoque non satis videtur fuisse causae, cur cl. Leichius eam in suum *Supplementum Maittairii* insereret; etsi prout ab ipso describitur, longe majorem fidem mereatur, longeque magis lectorem instruat, quam uti refertur ab Orlandio & Maettario.

Editio est charactere Gothico, duabus columnis, & cum signaturis tantum, quae pertinent usque ad *p* 3. Cui tamen terno, duernus subjungitur, signatus litera *q* simplici, continens tabulam *pro inveniendis notabilibus in compendio virginei honoris*. Ante allata verba, quibus operis impressio describitur, haec leguntur. *Opus benedictissime conceptionis Virginis Marie per ven. & Sacr. literarum doctissimum interpretem fratrem Ludovicum a Turri de Ver. Ord. Min. Obser. devotissime editum contra libellum invectivarum religiosi innominati turpiter de apostolico ordine immo de virginea innocentia obloquentis explicit. Impressum, &c.* Extat in Casanatensi, & in collectione Abb. de Rossi.

V.

„ AVRELII AVGVSTINI Sermones ad heremitas. Impressum Bri-
„ xiae per Jacobum Britannicum Brixianum, anno Domini M. CCCC.
„ LXXXVI. die V. Januarii. In 8°. non invenusto charactere.

Haec Mittarellius in Appendice, &c., col. 39. Quem vide.

VI.

„ PERSIVS cum notis Joh. Britannici Brixiani: per Jacobum Bri-
„ tannicum Brixianum, XVII. Febr. fol. Brixiae 1486.

Hujus editionis testes habemus Fabricium in Biblioth. Lat. edit. Ernesti, tom. 2. pag. 166., Maettarium in Annalib. utriusque editionis, Orlandium pag. 381., Quirinium de Brixiana literat., par. I. pag. 117., ubi eam cum alia antiquiore anni 1481. ad manus se habuisse refert, & Mazzuchellium *negli Scrittori d'Italia*, Vol. II. p. 4. pag. 2109.

VII.

M. ANNEI LVCANI Cordubensis Pharsalia, cum comment. Omniboni Vincentini.

*In fine:*

Im-

Impressum Brixiae per iacobum britannicum Brixianum. MCCCCLXXXVI. VI. Nonas Maias. BRIXIAE

(*in fol.*)

Tria antecedunt folia, in quibus haec continentur: I. Jo. Britannici Epistola ad Hieronymum Advocatum, Ambrosii IC. filium, qua Jo. Taberii studium & diligentiam in emendandis Omniboni Leoniceni Commentariis in Lucanum summopere commendat: *Correctionem*, inquit Britannicus, *tanto studio suscepit, industria & labore & fide, ut plus certe quam mille locis opus emendaverit: tantumque ex suo ingenio, quo plurimum valet, & addiderit, & ademerit, ut jam Lucanus pueris etiam rudibus intellectu facilis sit*. II. Lucani vita *ex commentariis antiquis*. III. *Ex dimidiato codice particula ad poetae vitam pertinens*. IV. Pomponii Infortunati M. Annaei Lucani vita, subjecta ad calcem suprema ipsius Lucani voce, h. e., Epigrammate olim ab ipso Lucano in militem ex vulnere morientem fuso; cujus mors imaginem mortis sui ipsius referebat. V. Epigramma Lanfranci, sive, uti habet editio, *Laphranci Cb.* ad Lectorem, sub nomine ipsius Lucani. VI. Jo. Taberii Epistola ad Franciscum Barbarum, *posteriorem*, qui ipsi mandaverat, ut *Commentaria, quae in Annaei Lucani Pharsaliam ab Omnibono Leoniceno edita putabantur*, recenseret, data *Brixiae, pridie calendas Majas* MCCCCLXXXVI.

Quae ab eruditis Brixianis, Jo. Britannico, Lanfranco, Jo. Taberio conscripta exhibet editio, studiose retulit Quirinus in suo de Brixiana literat. opere, omissis caeteris, quae ad institutum suum non pertinebant. Editio est eodem duplici charactere Romano, & eleganti, quo est editio Terentii anni superioris, cum signaturis (quae incipiunt a folio quarto), registro, & insigni typographi, sed sine numeris & custodibus ut illa. Ex registro liquet plagulas esse 172., praeter priores tres non signatas. Exstat in Casanatensi.

Omittendum non est, Lanfranci carmen ab Em. Quirino corrupte exhiberi; septimo enim versu Em. Scriptor sic legit:

*O utinam tales produras Brixia foetus*:

quomodo legit Veneta editio anni 1492. aliaeque, ut puto, posteriores. Praesens autem Brixiana editio loco *foetus*, legit, *Bardos*; & ita a Lanfranco scriptum esse, itaque legi oportere, demonstrat vocabulum ipsum, *Bardos*, quod hoc loco non homines tardos, sed *Hymnetas & Poetas*, qui apud Gallos in eximio honore erant, significat: hocque vocabulum a Lanfranco desumptum fuisse videtur ab ipso Lucano, qui lib. I. vers. 447. &c. sic canit:

Vos quoque qui fortes Animas belloque peremptas
Laudibus in longum Vates dimittitis aevum,
Plurima securi fudistis carmina *Bardi*.

Ad quae haec notat Leonicenus: *Bardi enim populi Gallis in eximio honore sunt, quoniam laudationibus & rebus poeticis student*. Confer editionem Lucani cum notis Grotii, cur. Schrevelio, Lugd. 1670. pag. 34. & Lexic. L. L. Rob. Steph. Paris. 1543. fol. 105.

## VIII.

„ ABVCARE Mugamel insignis medici opera: per Jacobum Bri-
„ tannicum. fol. Brixiae 1486.

Ex Caillio editionem ejusmodi citat Maettarius in utraque suorum Annalium editione: In secunda praeterea, pag. 475. haec Prosperi Marchandii animadver-

BRIXIA sionem subjicit: *Cet auteur Arabe est nommé* Mugamet *par Vander Linden p.* 45. *qui ne lui attribue qu'un seul traité; ce qui ne repond point au mot* opera.

IX.

„ RHASIS opera medica, 2. Vol. Brixiæ 1486.

Ita legitur in Annalibus Maettarii, tom. I. novae edit. pag. 478., ubi in subjecta annot. laudatur *Catalog. Sam. Costeri*: pag. autem 472. ita, *Abucare Mugamel, insignis Medici Opera*, *&c.* uti num. praeced. Apud Deburium vero, *Bibliograph. instructive*, *Jurisprudence*, *&c.* pag. 470. sic scriptum est: *Helcavii liber, continens artem medicinae: Auctore Abucbare Mugamet, filio Zachariae Rasis, ex Arabico Latine. Brixiae anno* 1486. *2. vol. in fol.* Hisce autem visis, quis non suspicetur, unum idemque opus, in duo, incuria bibliographorum, transformatum fuisse, & patri filioque aeque tributum?

X.

„ JUVENALIS Satyræ cum Comment. Domitii Calderini. fol. „ Brixiæ 1486.

Ex Catalogo Biblioth. Francofurt. editionem refert Maettarius, pag. 780. In Biblioth. Lat. Fabricii edit. Ernesti, tom. 2. pag. 359. laudatur quidem editio Brixiensis Juvenalis anni 1486., sed loco Comment. Calderini, ipsi adscribuntur Comment. Georgii Merulae, Alexandrini.

XI.

„ ANGELI POLITIANI Opera. fol. Brixiæ 1486.

Recensetur haec editio in Catalogo Biblioth. Lugduno-Batavae, pag. 256., & ex hoc Catalogo eam in suis Annalibus retulit Maettarius, pag. 780.

O

„ JACOBI PHILIPPI Bergomen. Ord. Eremitarum S. Augustini „ dictus de Foresti Supplementum Chronicorum. Brixiæ 1486.

O

„ DOMITII CALDERINI Veronen. Elucubrationes in Catullum, „ Tibullum, & Propertium. fol. Brixiæ 1486.

Postremas has duas hujus anni editiones memorat Orlandius, pag. 163. inter eas editiones Brixianas, quarum impressorum ignorantur nomina. Sed quod spectat ad priorem, manifestum est, Bibliographum hunc vel confudisse editionem Venetam cum editione Brixiana, vel huic secundae, loco anni 1485., erronee tribuisse annum 1486. Patet id ex secunda sui operis parte, in qua haec Brixiana editio anni 1486. desideratur; & ejus loco habetur editio Veneta ejusdem anni, & Brixiana 1485.; licet hujus secundae typographus taceatur. Altera editio similiter deest in eadem secunda parte, in qua tamen Auctor ipse majori studio, & diligentia versatum se fuisse profitetur, quam in prima. Maettarius praeterea, qui editiones, de quibus non aliunde intelligere potuit, quam ex Orlandii ope-

opere, in suis Annalibus speciali paragrapho recensere consuevit, utramque hanc Brixiae omisit.

## MCCCCLXXXVII.

### I.

### POMPONII DOCTISSIMI VIRI INTERPRETATIO IN AENEIDE VIRGILII.

*In calce:*

Inpressum (*sic*). Brixie per Boninus (*sic*) de Bouinis (*sic*) de Ragusia Anno. x. M. cccc. xlxxx. (*sic*) die v. mensis Februarii.

(*in fol.*)

### II.

### POMPONII GRAMMATICI ERVDITISSIMI IN CVLICEM COMMENTARIVM.

*Quod sequuntur Commentaria in alia ejusmodi Poematia, Virgilio tributa, cum Comment. in opus* Bucolicorum, *ac postremo in opus* Georgicorum; *ad quorum calcem:*

Impressum Brixiæ per Boninū de boninis de Ragusiæ (*sic*). M. cccc. lxxx. vii. die xviii. mensis Februarii.

(*in fol.*)

Commentarios hosce, edidit Daniel Gaitanus, eosque inscripsit Petro Mannae *insigni Grammatices & Rhetorices propagatori*, epistola data *ex urbe Cremona prid. Kal. Jan.* 1486., quae volumini praeposita est, tresque fere implet paginas. In hac epistola, prope finem, haec de Pomponio scribit Gaitanus: *Sed ad Sabinum meum redeo. Is est unus, qui in praeclarissima illa & felicissima beatissimi Pii Pontificis Secundi academia optimas & scitu dignas literas in lucem coepit afferre, & mirifica illa veterum annalium apophthegmata miro ingenio dilatavit, nec adhuc parcit quotidiana antiquorum Graecorum uti consuetudine*, &c. Utraque voluminis pars propriis signaturis instructa est: prima minoribus alphabeti literis; secunda majoribus: illa ex 84. plagulis constat, ex quibus ultima omnino, prima anteriore tantum facie vacat; secunda, 68.: registro caret. Sphalmata autem, quae in subscriptione partis primae leguntur, facile condonabit L. nostro Bonino, de Brixiana typographia alias tam praeclare merito. Exstat apud Canon. Devoti.

### III.

La Commedia del Divino poeta DANTE col Comento di CRISTOFORO LANDINI.

*Ad calcem operis:*

FINE DEL COMENTO DI CHRISTOPHORO LAN DINO FIORENTINO SOPRA LA COMEDIA DI DANTE POETA EXCELLENTISSI

MO.

Brixia

MO. ET IMPRESSO IN BRESSA PER BONINVM DE BONINIS DI RA GVXI (*sic*) A DI VLTIMO DI MAZO. M. CCCC. LXXXVII.
(*in fol.*)

In optimo exemplo Bibliothecae Casanatensis primo loco sese offert figura ligno insculpta, tantum fere patens, quantum forma ipsarum paginarum: cujus generis figurae plurimae habentur in volumine, ut mox dicemus. Sequenti folio signato *a* II. incipit primum Inferni Canticum, cum expositione Landini; cui majusculis literis praepositus est hic titulus:

CANTO PRIMO DELLA PRIMA CANTICA OVERO COMEDIA DEL DIVINO POETA FIORENTINO DANTHE ALEGHIERI: CAPITOLO PRIMO.

cujus Cantici primus versus in 12. segmenta, sive lineolas distributus perpendiculariter, & majusculis literis impressus est, quo amplum spatium vacaret, ad literam initialem N. capiendam, manuque, vel alio modo supplendam.

Post operis finem sequuntur alia octo folia, quorum primum rectum exhibet registrum signaturarum & foliorum ipsius operis; idem versum, Prooemium Landinii ad Concives suos, in quo inter caetera memorat scriptores, qui ante se Poetam interpretati sunt: nempe, *Franciscum & Petrum* ejusdem filios; *Benvenutum Imolensem*, Latine; *Jacobum Bononiensem*, patria lingua; *Ricardum*, Theologum Ord. Carmelit.; *Andream Credo*, Neapolitanum; *Guinifortum*, IC. Bergomensem; *Joannem Boccaccium*, (*ma non produxe*, *uti subdit*, *l' opera più avanti che a mezzo la prima cantica*); *Franciscum a Buti*, Pisana lingua. Post Prooemium sequuntur, *Apologia*, *nella quale si difende Dante*, *e Fiorenza da falsi calunniatori*, aliaque varia, quae recensebuntur, ubi de editione Florentina anni 1481., ex qua haec Brixiana expressa est. Octo haec folia registro minime comprehensa (prima plagula excepta, quae simul est postrema ultimi ternionis operis) signata sunt nota, &. Ad latus allatae subscript. habetur insigne typographi.

Dicebam antea, editionem plurimis figuris ligno insculptis ornatam esse: quod quidem de duabus prioribus ejus partibus verissimum est; nam singulis earum canticis propria praeposita est figura: in tertia vero parte, sive *Paradiso*, una tantum figura occurrit in principio. Character tam textus, quam Commentariorum Romanus est, satisque elegans & nitidus; major ille, hic minor.

## MCCCCLXXXVIII.

### I.

FRANCISCI PHILELFI eqtis aurati: laureatiq; poetæ & oratoris: ac philosophi cla rissimi orōnes: & nōnulla alia opa: in qbus omne bene dicendi genus: oēsq artis rhetorice partes: ac divinæ philosophoꝝ: & theologorum sen tentiæ cōperiuntur.

*Ad calcem*:

Impressum Brixiæ per Jacobum Britan ni-

nicum die. xviii. Junii. M. cccclxxxviii. Brixiae.

Regiſtrum orationum Franciſci philelfi & aliorum operum

in hoc volumine contemptoꝝ (*ſic*)

abcdefghiklmnopqrſtuxyz

omnes ſunt quaterni

*Infra inſigne typogr.*

(*in* 4°.)

Adducto titulo ſubjicitur elenchus operum omnium in vol. contentorum, quae, ſi bene numeravimus, ſunt num. xxviii. & in vii. claſſes diſtribuuntur: quarum prima complectitur v. Orationes funebres; ſecunda vii. Orationes nuptiales; tertia viii. Orationes diverſas; quarta *Conſolationem*; quinta *Rhetoricam*; ſexta utraque *Apophthegmata Plutarchi* a Philelfo latine facta; ſeptima, opuſcula miſcellanea quatuor, quorum tertium, quod continet inſtructionem *bene vivendi*, Italica lingua ſcriptum eſt. Initio autem voluminis habetur Auctoris Epiſtola ad Ludovicum Mariam Sphortiam Barhi Ducem, data Mediol. vi. Kal. Junias 1481. Editio eſt charact. rotundo, cum ſignaturis tantum; & exſt. in Biblioth. SS. D. N. Pii PP. VI., in Collect. Abb. de Roſſi, & apud Can. Devoti (1).

II.

„ Tractatus de modo bene moriendi: cum multis orationibus.
„ *Ad calcem*: Explicit tractatus de modo bene moriendi completus
„ per d. Jo. de Brucella. Impreſſum Brixiae per Angelum Britani-
„ cum de Pallazolo. M. CCCC. LXXXVIII. die XXVI. Octobris.
„ *Char. Goth.* 8°. *Aug. v.*

Deniſius, p. 252.

III.

„ PLVTARCHI Vitae cum Parallelis & aliis, in Latinum conver-
„ ſae a Guarino Veronenſe. fol. Brixiae 1488.

IV.

„ Ejuſdem Opuſcula quaedam, Alamano Ranucino interprete. 4°.
„ Brixiae 1488.

V.

„ POLYBII Hiſtoria, Nicolao Perotto interprete. fol. Brixiae 1488.

Ex fide Orlandii priorem editionem citat Maettarius, tom. I. pag. 504.; alias duas vero ex fide ejuſdem & Beughemii, ex quo forſitan in ſuum opus eas tranſtulit Orlandius.

MCCCCLXXXIX.

(1) Non eſt omittendum in ſubſcriptione hujus exempli loco *contemptoꝝ* legi *contentoꝝ*; quod veteres editiones detegendi ſtudioſi ceu alterius editionis argumentum forſitan jactabunt.

BRIXIAE

## MCCCCLXXXIX.

### I.

„ Le Epistole di OVIDIO Volgarizzate in rima da Domenico da
„ Monticello Toscano. Brescia 1489. 4°. *Rarissima edizione*.

Ex catalogo Biblioth. Illustriss. Archiatri Nat. Saliceti, pag. 215., post cujus obitum, exemplum, quod in ea exstabat, cum plurimis aliis selectissimis libris in Angliam navigavit. Editio decst apud Argelatum & Paitonum. Vid. ad an. 1491.

### II.

„ AESOPI Fabulæ cum suis moralizationibus. *Ad calcem*: Im-
„ pressum Brixie per Boninum de Boninis de ragusia Anno salutis
„ Domini. M. CCCC. LXXXIX. XII. Kal. Septembris. *Char. goth. 4. Cas.*

Denisius, pag. 259.

## MCCCCXC.

### I.

Illustrissimi philosophi & theologi: domini ALBERTI MAGNI cōpē
diosū: insigne: ac putile opus Philosophie naturalis feliciter īcipit.
*In fine*:
Illustrissimi philosophi & theologi: domini Alberti magni cōpē
diosum: insigne: putile opus Philosophiæ naturalis: felicit. Ex
plicit: Brixiæ Impræssum (*sic*) p Præsbyterum Baptistā de Farsengo: An
no Domini. M. cccc. Lxxxx. Die vero Decimo mēsis Septēbris.
(*in* 4°.)

Volumini praepositus est Index capitulorum V. librorum, ex quibus opus constat; qui index tres occupat paginas, seu duo foliola (quorum primum rectum vacat) nullis alphabeti literis signata; quae idcirco aeque postponi potuissent. Subscriptio allata occurrit ultimo folio recto, & infra eam habetur insigne typographi. Hoc eodem folio verso, inadvertentia impressoris, in exemplo Casanatensi, repetita fuit integra pagina quinti libri, quae est nona quaternionis *bb.* & continet finem capit. XXI., quod quomodo accidere potuerit, non facile dixerim. Ad calcem Philosophiae Alberti subjuncta sunt excerpta duo ex opere Aegidii Romani de Regimine Principum, quorum primum est *de duodecim passionibus animae*, alterum, *de intellectiva*. Editio est charactere Romano haud quaquam rudi, sed parvo potius, & cum signaturis tantum.

### II.

Reverendissimi patris: & Dñi sancti BO
NAVENTVRE septimi generalis minoꝝ cardi
nalis & episcopi; catholiciq; Doctoris Pa

ri-

rifienfis Theologi . sup primo snia; opus
saphicū feliciter incipit. BRIXIAE

*In fine*:

Reverendiſſimi patris ⁊ dñi ſancti Bonaventure ſeptimi generalis minoꝝ Cardinalis ⁊ epi catholiciq doctoris pariſienſis theologi. Super primo ſniaru; opus ſeraphicu; explicit. Accuratiſſime correctu; atq; emēdatu;. Maximaq; diligentia ac ſtudio. Brixie per presbyterū Baptiſtam de farſengo Feliciter. Impreſſum. Anno Domini. M. cccc. lxxxx. die vero vigeſimo menſis Octobr.

(*in* 4°.)

Supra ejuſmodi ſubſcriptionem habetur regiſtrum ſignaturarum, his literis conſtans: a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z &, cum hac declaratione: *Omnes ſunt quaterni preter q et & ; qui ſunt quinterni*: Initio vero volum. habetur index titulorum quaeſtionum, cui praeponitur hic titulus: „ Incipiunt tituli qōnū ſeraphici doctoris Sancti Bonaventure ſuper primum Sñiarum „: qui index eſt foliorum 8. quorum primum & poſtremum omnino vacant. Haec priora 8. folia haud ſignata ſunt, & ſignaturae incipiunt à primo operis folio. Editio eſt charactere Gothico & parvo, ſatis tamen nitido, duabus columnis, ſine num. & cuſt. Exſt. Ananiae apud Fratres Praedicatores.

III.

„ S. EPHREM Sermones, ab Ambroſio Monacho Camaldulenſi trans-
„ lati.

*In fine*:

„ Impreſſum Brixie per presbyterum Baptiſtam Fargengo (*ſic*) Anno
„ dñi MCCCCLXXXX. die XV. menſis November (*ſic*). *in* 4°.

Hujus editionis notitiam acceptam refero cl. Sal. M. de Blaſis, qui eam recenſet inter editiones Saeculi XV. in Bibliotheca S. M. de Scala urbis Panormi exſtantes, tom. 20. *degli Opuſculi di Autori Siciliani*, pag. 377. ; ubi & notat, eam ejuſque typographum deſiderari apud Orlandium. (1). Editio porro deſideratur, non apud Orlandium modo, ſed & apud Maettarium: uterque tamen typographum memorat ſub anno 1497. Vid. ad hunc ann.

IV.

„ Conſilia RAPHAELIS de RAIMVNDIS de Cumis, & RAPHAE-
„ LIS FVLGOSI de Placentia: impreſſa Brixie per Jacobum Britan-
„ nicum, qui non modo maximam curam adhibet, ut opera, quæ
„ ex ejus officina prodeunt, valde (*ſic*) ſint impreſſa, ſed & optime
„ correcta. Anno Domini M. CCCC. XC. die XIIII. Auguſti. fol.

x V.

(1) Orlandius pag. 162. editionem Brixianam hujus anni operum S. Ephrem Syri refert; ſed eam adſcribit Jacobo Britannico, in quo veriſimiliter errat. Idem ſcribit Maettarius, pag. 518.

BRIXIA

V.

BALDI Conſiliorum partes quatuor : majori fol. Brixiae 1490.

Prima editio nititur teſtimonio Maettarii, qui eam recenſet pag. 523. inter eas editiones, quas poſt primam ſuorum Annalium impreſſionem videre ſibi contigit. Et certe accurata ſingularum ſubſcriptionis particularum expoſitio, Lectori fidem facere poteſt, librum ab Annalium Scriptore tractatum fuiſſe. Eam quoque memorat Orlandius, ſed ſuo more, h. e., preſſo admodum ſtilo.

Alteram editionem citat idem Annaliſta, pag. 527. ex fide Geſneri & Loeſcheri, quorum hic librum excuſum fuiſſe ait, *per Boninum de Boninis Brixiae* 1490.

VI.

„ BARTHOLOMAEI CEPOLLÆ Conſilia Criminalia : *Prait Index*
„ *concinnatus ab ejus filiis Michaele & Leonardo ICtis. Ad calcem* : Fe-
„ liciter & accurato ſtudio Bonini de Boninis de Raguſia ſuiſque
„ maximis ſumptibus Brixie impreſſa. Anno ſalutis noſtre 1490. XII.
„ Kalendas Aprilis. *Foll.* 96. *f. mag. Dresd.* 11. *p.* 130.

Denisius, pag. 285.

## MCCCCXCI.

I.

„ JVVENALIS Satyrae fol. Bixiæ 1491.

Ex Proſpero Marchandio, catalogum ſive *Bibliothec. Marchian.* laudante, ejusmodi editionem citat Maettarius, pag. 785., quae quidem ſi exſtat, Brixienſia praela jam tertio in hoc Poeta excudendo deſudarint, oportet.

II.

„ JACOBI DE VARAGINE Archiepiſc. Januenſis Sermones de
„ tempore.

*In fine*.

„ Caſtigatiſſime quidem ac maxima diligentia per Angelum & Jaco-
„ bum fratres de Britannicis Brixiæ impreſſi ſunt. X. Kalendas aprilis
„ M. CCCC. XCI. *in* 4°. charactere ſemigothico ſed claro.

Haec Mittarellius, pag. 470. ſuae Appendicis ad Codd. MSS. Biblioth. S. Michaelis Venetiarum prope Murianum.

III.

„ STATVTA COMMVNITATIS BERGOMI : *Ad calcem* : Ad lau-
„ dem omnipotentis Dei — Brixie per Angelum & Jacobum fratres
„ de britannicis : omni cura ac diligentia impreſſa ſunt. Anno Do-

„ mi.

„ mini nostri Jesu Christi. 1491. XV. Kal. Januarii. *Char. lat. elegans.* Brixie
„ *f. Am. Caes.*

Denisius, pag. 315. Vid. Biblioth. Pinell., tom. 1. pag. 193.

IV.

„ BALDI de PERVSIO tertia pars Consiliorum. *Ad calcem*: Im-
„ pressa ingenio ac solerti cura Bonini de Boninis de Ragusio dal-
„ mate. Pridie Idus Februarii. Anno salutifere incarnationis.
„ MCCCCXXXXI. *Ch. Goth. f. Caes.*

Denisius, pag. 302.

V.

„ ANGELI (de Ubaldis) de Perusio Repetitio l. si vacantia C. de
„ bonis vacant. *Ad calcem*: Elegantissimas has repetitiones (*igitur*
„ *plures*) impressit Boninus de Boninis de Ragusia Brixie anno do-
„ mini. M. CCCC. LXXXXI. die XI. Martii. *Char. Goth. col. 2. fol.*
„ 20. *maj. Nov.*

Denisius, pag. 703.

VI.

„ Epistole de OVIDIO in rima. (*in fine*): Finiscono le Epistole
„ de Ovidio in rima. Impresse per D. pre Baptista de farsengo
„ nela cita de Bressa del anno M. ccccłxxxxi. Die v. de Novem-
„ brio. *in* 4°.

„ *Incomincia el libro* (così al secondo foglio) (verba sunt Paitoni, tom. III.
„ pag. 70.) *dele Epistole di Ovidio in rima vulgarizzate per messere Dominico de*
„ *Monticelli thoscano: Et prima comincia il prologo: & inde segue la Epistola la*
„ *qual Penelope figliuola del Re Icharo manda ad Vlisse figliuolo de Laerto suo ma-*
„ *rito*. Il *Prologo* consiste in cinque Stanze, ovvero ottave rime, nelle quali è
„ anche tutta la traduzione, e così ad ogni Epistola precede il suo Prologo.
„ Sta nella *Zeniana*.

VII.

„ BALDI de PERVSIO quinta pars Consiliorum. *Ad calcem*: di-
„ ligenti castigatione emendata cum ipso originali collatione habi-
„ ta per D. presbyterum Baptistam de Farsengo. Brixie Impressa
„ die XVII. mensis Decembris. MCCCCLXXXXI. *Pars 1. 2. 4. nota*
„ *Maettario. Char. Goth. f. Caes.*

Denisius, pag. 302. Vide sub anno super. num. V.

BRIXIÆ

## MCCCCXCII.

### I.

„ CHRISTOPHORI BARZIZII Grammaticarum institutionum edi-
„ tio prima: impressa Brixiæ per Bernardinum Papiensem & Cæ-
„ sarem Parmensem, III. Nonas Martias. M. CCCC. LXXXXII. quo
„ die & Brixiani Palatii fundamenta sunt posita. 4°. Brixiæ 1492.

Editionem hanc ad manus habebat Em. Quirinus cum partem alteram sui operis de Brixiana Literatura elucubrabat, ut patet ex iis, quae de eadem scribit pag. 75. ejusdem secundae partis, ubi & typographi integram subscriptionem refert, fideliter hic a nobis exscriptam. Subdit deinde Em. Scriptor nuncupatoriam Auctoris Epistolam ad Ludovicum Martinengum, Brixianum Patritium, in qua, eodem annotante, *humilitatem materiae excusans, eam tamen esse affirmat, sine qua ad altiorem quamlibet disciplinam aspirare non liceat*. Ante Quirinum editionem in suis Annalibus retulerat Maettarius, tom. I. pag. 549., & quidem iisdem verbis ac Quirinus, atque inter editiones, post primum suorum Annalium impressionem, a se visas. Apud Orlandium vero desideratur non editio modo, sed & Auctoris nomen; qui confundi non debet cum Christophoro Barzizio Bergomate, in Gymn. Patavino Medicinae Professore; hic enim Barzizius Brixianus fuit.

### II.

„ Summa JO. AN. ( i. e. Johannis Andreæ ) de Sponsalibus, &
„ matrimoniis: impressa per Bernardinum de Misintis de Papia, & Cæ-
„ sarem Parmensem socios; anno 1492. die 20. Aprilis. 4°. Brixiæ
„ 1492.

Et hanc editionem recenset Maettarius inter editiones a se visas post primam suorum Annalium editionem, pag. 547. Desideratur vero aeque ac praecedens apud Orlandium. Vid. numerum V. hujus anni.

### III.

„ CHRISTOPHORI BARZIZII de fine Oratoris pro Ciceronis
„ & Quintiliani assertione ad Heliam Capreolum libellus. Brixiæ,
„ per presbyt. Baptistam de Farfengo 1492.

De hac editione, seu opere potius, ejusque Auctore fusissime agit Quirinus in opere ante laudato de Brixiana Literatura, par. 2. pag. 81. seqq., ubi praeter operis Prooemium, ejusque conclusionem ad Heliam Capreolum, excerptum bene longum ex eodem recitat, (in quo Auctor *de fine Oratoris* agit) & Bartholomaei Capreoli, Heliae filii Epigramma, in quo, exposito controversiae statu, sic Barzizium alloquitur:

Corrigis hoc pietatis honos, & pacis alumne
  Barzizi, excellens arbiter eloquii.
Doctorum lites rabiosaque jurgia tollis
  Et certum finem materiamque doces.

Non

Non tantum studiosa cohors, sed foedere juncti
Tullius & Fabius te quoque Rhetor amant.
Editio deest in Maettario & Orlandio.

BRIXIAE

IV.

„ R. IMMANVELIS, filii Salomonis, Mecabberod, sive poeticae „ compositiones, *Hebraice*. Sub finem haec leguntur: *Et absolutum* „ *fuit omne artificium libri hujus dicti mechabberod Imanuel per manum* „ *minimi typographorum Gersonis typographi filii sapientis Rabbi Mo-* „ *sis ..... Fuit autem complementum ejus hic Brixiae .... hodie feria II.* „ *hebdomade die XXVI. mensis Marchesvan anno MMMMMCCLII. ab* „ *orbe condito* Christi MXDII. *in* 4°.

Librum hunc ejusque editionem agnovere cl. Bibliographi cum Latini, tum Hebraici, Chevillerius nempe, a Maettario laudatus, pag. 543. Orlandius in suis Originibus, pag. 165., Bartoloccius, Wolfius, Biscionius, & novissime Jo. Bernardus de Rossi in egregio opere *de Hebraicae typographiae origine*, pag. 49., ubi de eodem & praesenti Brixiana editione accurate simul & sine Lectoris fastidio agit; quem idcirco adire poterit L. qui de utroque plenius intelligere voluerit. Nos ex ipso annotabimus, editionem exstitisse olim apud Bartoloccium, quae idcirco nunc temporis exstet oportet in Bibliotheca S. Pudentianae, Romae, in quam illati fuere ejus libri post ejusdem obitum. Alia duo exempla memorat cl. vir, suum nempe, alterumque Biblioth. Mediceo-Laurentianae.

V.

PSEVSTIS, *pastor paganus*, & ALETHIA, *pastrix christiana, de religione litigantes*; *& iudice* PHRONESI *victoriam referente* Alethia. *Opusculum anonymum hexametro carmine conscriptum*.

*In calce*:

Laus. Deo. Finis.
Impressum *Brixiae*: per Bernardinū de misintis de
Pap. & Cæsarē Parmēsem: socios. 1492. die. 13. Maii.
(*in* 4°.)

Nullus opusculo praefigitur titulus, sed statim in summa pagina prima incipit hisce carminibus:

Ethiopum terras iam fervida torruit estas.
In cancro solis dum volvitur aureus axis.
Compuleratque suas tilie sub amoena capellas.
Natus ab Athenis pastor cognomine PSEVSTIS.
Pellis panthere cui corpus textit utrinque.
Discolor & rigidas perflavit fistula buccas.
Emittens sonitum per mille foramina vocum.

Ac

BRIXIA

At fontem iuxta paſcebat oves ALETHIA.
Virgo decora nimis David de ſemine regis.
&c. &c.

Haecque carmina cum aliis 27., quae ſequuntur, cauſam litis, & conditiones in quas utraque pars convenerat, exponunt.

Poſt haec ſequuntur 39. confabulationes ex pluribus vel paucioribus carminibus conſtantes, quarum ſingulis praeponitur hic titulus:

Pſeuſtis loquitur. Alethia reſpondet.

Conſtat ex 12. paginis, quorum pars maxima lineas continet 33. Signatur uſque ad *a* III., ſine numeris & cuſtodibus. Exſt. in Biblioth. Em. Card. Valentii Gonzagae.

## MCCCCXCIII.

### I.

„ JOANNIS BRITANNICI Grammaticæ Regulæ. Brixiæ apud An-
„ gelum, & Jacobum Britannicos, 1493. *in* 4°.

Has regulas ab Auctore conſcriptas fuiſſe ad ſuorum filiorum, Darii, Hippolyti, & Pomponii inſtitutionem, eaſque ſubinde ab Angelo & Jacobo Britannicis fratribus Brixiae hoc anno impreſſas fuiſſe, teſtis eſt Card. Quirinus *de Brixiana Literat.* p. 2. pag. 10. Praemittit eiſdem Jo. Britannicus Epiſt. ad Marcum Civilem, in qua dolet, *quorumdam hominum invidia, & iniquitate famam ſuam ita peſſum dari, ut vel Commentaria a ſe edita in Perſium, & in Achilleida Statii, plagii nomine traducantur*. Maximam (bonam certe) partem ejuſmodi Epiſtolae recitat laud. Quirinus; & quaſi ea non ſufficeret ad Lectoris eruditionem, & apoſtrophen Auctoris ad Lectorem, ad calcem operis ſubjunctam, exhibere voluit.

### II.

Phĩa. d. ALBERTI M.

*In fine*:

Brixiæ Impræſſum(*sic*)ꝑ D.Præsbyterũ(*sic*)Baptiſtã de Farfengo:Anno domini. M. ccccIxxxxiii. Die. xiii. menſis. Junii.
(*in* 4°.)

Haec penultimo folio verſo, infra quae incipit *tabula hujus operis*, quae reliquum ejuſdem folii verſi, & totum ultimum occupat. Primum folium verſum exhibet figuram, ſeu potius varias figuras ſymbolicas, rectangulo circumſcriptas, quarum praecipua, quae medium locum tenet, naturam repraeſentat, caeli ambitu incluſam; extra quem alia habentur minora ſymbola, quae, ni fallor, ad Sapientis dictum: *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti*, referuntur. In hujus figurae perimetro ſententiae quaedam inſcriptae ſunt: & in ejus faſtigio legitur praemiſſus titulus: *Philoſophia D. Alberti M.* Praeter hanc praecipuam generalemque figuram, aliae tres in operis corpore occurrunt, de quibus in praeſentia nil opus eſt dicere.

Nova haec Philoſophiae B. Alberti editio, a Farfengo adornata, antiquiore anni 1490. ratione typographici artificii ſine dubio praeſtat; ornatior ſiquidem eſt, una-

unaque simplicior: haec enim, uti diximus, quatuor figuras continet; illa, duas tantum: haec capitalibus florentibus literis ornata est, quibus illa caret: haec una tantum signaturarum serie signatur, quae pertinent usque ad *f* v. (praecedentes scapi, omnes quaterniones sunt); in illa liber de *anima* novis signaturis, geminatis literis constantibus, notatur: hujus recentioris plagulae sunt 50.; illius; 52. Characteres (qui Romani sunt) figura & magnitudine nil differre videntur: hujus tamen character omnino nitidior, minusque crassus est. Utraque numeris, custodibus & registro caret. Exst. in Casanat. &c. BRIXIA

## MCCCCXCIV.

### I.

„ BIBLIA HEBRAICA cum punctis, in quarto. Brixiæ anno CCLIV.
„ Christi MXDIV. per Gersonem Soncinatem.

Exstat haec editio Parmae penes cl. virum Bernardum de Rossi, qui eam fuse accurateque, sicuti caetera omnia, describit in suo *de Hebraica typographiæ origine ac primitiis* opere, pag. 50. & seq.; quem idcirco consulere poterit L., qui de ea plene intelligere voluerit. Nobis satis erit monere editionem referri a Longio, Maettario, Orlandio ac Wolfio; qui tamen, uti observat idem de Rossi, non recte eam dicunt in 8., cum sit in 4.

### II.

„ PENTATEVCHVS Hebraice cum quinque sacris voluminibus
„ Cantici Canticorum, Ecclesiastis, Threnorum, Ruth, Esther,
„ & cum Propheticis lectionibus. in 8°. Brixiæ anno CCLIV. Chri-
„ sti MXDIV. per Gersonem Soncinatem.

Describitur ab eodem de Rossi, pag. 52.; ubi ex clariss. Kennicottio refert, ejus exemplum reperiri in Bibliotheca Margravii Baden-Durlac.

### III.

„ PSALTERIVM Hebraicum cum punctis. in 24. Brixiæ anno
„ CCLIV., Christi MXDIV. per Gersonem Soncinatem.

Exstat haec editio Florentiae in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana; & describitur ab eodem de Rossi, pag. 53.

### IV.

Summa aurea de
virtutibus
ꝛ viciis.

Auctore GVLIELMO PARALDO Ord. Prædic. Partes duæ.

*Ad calcem prima*:

Explicit summa de virtutibus edita a

fra-

BRIXIAE.

fratre . Gulielmo . Paraldo de ordine fratrum predicatorum .

*Ad calcem secunda* :

Ad Laudem ꝛ honorem domini nostri iesu christi . nec nõ matris eius virginis Marie : Hoc preclarum opus Summe virtutũ ꝛ vitioꝝ : lr̃is aureis merito scribẽdũ. Impmi fecerũt his pulcherrimis litteraꝝ characteribus Angelus ꝛ Iacobus de Britannicis de pallazolo : fratres . In alma civitate . Brixie . die . 24. Decembris . 1494. In quo quidẽ opere q̃ʒta sit adhibita diligẽtia . Lector facillime dignoscet .

a b c d e f g h i k l m n
o p q r ſ t u x y z ꝛ 2 ꝝ
A B C D E F G H I
K L M N O P Q R
S T V.

omnes sunt quaterni excepto D qui ẽ sexternus .

(*in* 4°.)

Adest et alius sexternus, signatus litera minori *a*, alia ab ea, quae in allato registro primo loco occurrit, qui tabulam totius operis, in duas partes distinctam complectitur: quarum prima ordine literarum digesta, demonstrat materias de quibus in utraque parte tractatur; altera indicat singula capitula partis primae, eodem ordine quo in ipso opere habentur; prætermissis capitulis partis secundae. Primo folio recto hujus tabulae legitur allatus titulus, *Summa aurea*, &c.

Character semigothicus est & minutus valde, nitidissimus tamen; meritoque a typographis, *pulcherrimus* appellatus; columnae binae, sine numeris & custodibus. In fronte primae columnae operis haec legitur inscriptio, charactere rubro:

Reverendissimi ac Eximĩ sacre theo' logie doctoris fr̃is . Gulielmi paraldi Ep̃i Lugdunienſis (*sic*) . ex sacro ordine predicatorum . In Summã suã de virtutibus ꝛ vitiis . Prologus . Feliciter Incipit ꝛc̃.

Exst. in Casanat. &c.

MCCCCXCV.

MCCCCXCV. BRIXIÆ

I.

„ C. CRISPI SALLVSTII Coniuratio Catilinæ cum Comment. „ Laur. Vallensis. Bellum Iugurthinum cum Comment. Iohannis „ Chrysostomi Soldi Brixiani. &c. Opera & diligentia Bernardini „ Misintæ, Ticinensis, impensa Vero Angeli & Iacobi Britannico- „ rum fratrum, impressa Brixiæ idibus Ianuarii M. CCCC. LXXXXV. „ accuratissime, per Pomponium Lætum, & Iohannem Brittanni- „ cum revisa. *in fol.*

Desideratur haec editio in Originibus Orlandii, in Annalibus Maettarii, & in Bibliographia Deburii. Exstat vero ejus exemplum in Bibliotheca Corsiniana, aliudque in Bibliotheca S. Michaelis Venetiarum prope Murianum: & describitur a Mittarellio in Append. ad Codd. MSS. ejusdem Bibliothecae, col. 419. seq., ubi binas recitat Epistolas Jo. Chrysostomi Soldi ad Bartholomaeum fratrem suum: post quas in codice sequi ait brevem Sallustii vitam, tum Soldi Commentaria, ac postremo Orationes omnes ante recensitas (1). Utraque ex laudatis Epistolis data est multo ante editionem codicis, sive anno 1470.

II.

„ ALEXANDRI APHRODISEI enarratio de anima interprete Hiero- „ nymo Donato patritio Veneto: impress. solerti Bernardini de Misin- „ tis de Papia opera. MCCCCLXXXXV. Idib. Septembr. 4. Brixiæ „ 1495.

Hanc editionem sub titulo, quo hic a nobis enuntiatur, refert Maettarius in prima suorum Annalium editione. In secunda autem, pag. 594. eam recenset inter editiones a se visas, hoc titulo: ***Hieronymi Donati in Interpretationem Alexandri Aphrodisei: Solerti Bernardini de Misintis***, &c. ut in primo titulo. Eam quoque sub primo titulo memorat Orlandius in utraque sui operis parte: qui tamen fortasse de ea intellexit, ex prima Annalium Maettarii editione. Exst. in Angelica.

III.

Opuscula sancti BONAVENTVRE ordi
nis minorum de observantia
Cardinalis ꝛ docto
ris eximii.
Aureis notis digna. (*sic*) Im-
primi nuperrime in lu-
cem edita.

*In calce*:

Impressū hoc opus mira arte solertiꝗ



(1) Quas apud ipsum videsis.

BRIXIAE

cura p Bernardinuȝ de misintis: sumptib9
Angeli britannici de Pallazolo civis Bri
xie. in alma civitate Brixie. die. XVII. Decē
bris. M. ccccLxxxxv. Ad laudē omnipo-
tentis Dei: ꝛ genitricis Marie.

( *in* 4°. *min.* )

Quinque praecedunt folia, quorum primo recto, allatus titulus: *Opuscula*, &c., eodem verso, index opusculorum, quae sunt numero XXIIII., sequentibus tribus habetur tabula capitalorum singulorum opusculorum; quintum penitus vacat. In inferiori parte ultimae pag. versae occurrit insigne typographi. Editio est charact. Gothico parvo & nitido, duabus columnis, cum duplici signaturarum serie: prior literis simplicibus expressa pertinet usque ad *q ii*; altera literis geminatis; & definit in *gg*. IIII. sine num. custod. & registro. Exstat. in Casanat., & Mediol. in Biblioth. E. B. C. Val. Gonzagae.

## IV.

PHILOTHEI monachi: De vita & moribus Divi Bernardi abbatis Clarevallis: cōgregationis Cister ciensis: ex ordine Beatissimi patris Benedicti: Carmen encomiasticon.

*In calce*:

Edita Brixiae. iii. idus febru. M. ccccLxxxxiiii.

## V.

Opuscula Divi BERNAR
DI Abbatis Cla
revallensis.

*In calce*:

Castigata sunt hec opera Divi Bernardi Abbatis Clarevallensis p venerabilē Monachū dn̄m P.(1) de Brixia. Impressaqȝ p Angelum ꝛ Jacobū de Britānicis fratres in alma Civitate Brixie ad laudē omnipotentis dei nec nō ꝛ matris ejus virginis marie. Quinetiā ꝛ Divi Bernardi. die. xviij. Martii. M. ccccLxxxxiiij.

( *in* 8°. )

Philothei Carmen praepositum est S. Bernardi Opusculis, quae sequenti numero indicantur, & cum quibus, Prolegomeni instar, unum integrum absolutumque volumen efficit: quod liquet tum ex primo praecipuoque voluminis lemmate: *Opuscula Divi Bernardi*, &c. quod legitur primo folio recto (quod ad ipsum Carmen pertinet), tum ex tabula ipsorum Opusculorum, quae incipit folio verso (2) ipsius Carminis; & sequenti recto terminatur. Character Carminis rotundus est & nitidus: opusculorum vero Gothicus & valde minutus, niti-

(1) Philotheum. (2) Folia seu plagulae Carminis sunt XXI.

nitidissimus tamen. Tam Carmini, quam Opusculis propriae appositae sunt signaturae (1). Opuscula, quae continet editio, sunt numero XXXIX., & in his habentur etiam *Libri de Consideratione ad Eugenium PP.*, & Epistola ad Raymundum Castri Ambrosii dominum, *de Gubernatione familiae*. Ultimo folio recto, in quo occurrit subscriptio, *Castigata sunt haec opera*, &c. legitur Epistola ipsius editoris ad L., in qua de studio a se adhibito in colligendis & castigandis ipsis Opusculis disserit. Nota anni 1494. subjecta Carmini encomiastico, ostendit ipsum ab auctore editum fuisse eo anno; & fortasse etiam impressum; etsi res difficultate non careat. Editio exstat apud Canon. Devoti, & in Casanatensi, ubi & alia habetur editio, hac Brixiana, ut videtur, locupletior, Venetiis adornata eodem anno 1495. 17. Octobris. BRIXIAE

## VI.

LANDVLFVS CARTVSIENSIS in me
ditationes vite christi ⁊
super evangeliis to
tius anni. Opus
divinum.

*Ad operis calcem:*

Explicit venerabilis religiosi Landulfi
almi ordinis cartusiẽsis viri doctissimi evã
gelistaruꝫ ⁊ evangelii totius anni interpre
tatio ⁊ expositio ac super ipsis meditatio.
Impressa Brixie per Magistrum Angelũ
⁊ Iacobum de Britannicis anno domini
M. cccclxxxxv. die . xxx. octobris.
(*in* 4°.)

Opus in partes duas tributum est, & ad utriusque calcem adjectae sunt Rubricae capitulorum earumdem. Primo folio recto legitur allata inscriptio: eodem verso habetur longum Auctoris praeloquium, quod incipit: *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Propterea zelus Domini comedit me*, &c. Editio est charactere Gothico, parvo, sed nitido, duabus columnis, & cum signaturis tantum. Exstat in Corsin. & apud Canon. Devoti.

## VII.

„ GREGORII BRITANNICI O. Præd. Sermones funebres vulga-
„ riter literaliterque pronunciandi. Item Sermones nuptiales pul-
„ cherrimi. *Ad calcem trium tabularum quae subjiciuntur duabus Epi-*
„ *stolis, quae praecedunt, legitur*: Hoc præclarum opus imprimi cu-
„ rarunt Angelus & Iacobus de Brittannicis de Palazzolo, anno D.
„ 1495. in civitate Brixiæ. *in* 8°.

y 2 Edi-

(1) Desunt tamen numeri, custodes, et registrum. In opusculis duplex habetur signaturarum series: prima pertinet usque ad ꝝ iiii. altera desinit in P V.

BRIXIAE Editionem hanc accurate deſcribit cl. Mazzuchellius in opere *degli Scrittori d'Italia*, vol. II. p. IV. pag. 2111., ubi enumeratis ſingulis, quae ſermones praecedunt, ſubdit: „ dietro a tuttociò viene il ſeguente titolo: *Excellentiſſimorum „ virorum ſermones ornatiſſimi funebres in vulgus perplures: perpauti vero ſed „ luculenti in doctos: nuptiales autem aliquot rerum peculiares, in lucem editi „ cura diligentiaque F. Gregorii Britannici, almi Ord. Praedicatorum Profeſſoris, quorum nonnullos ex propria, nonnullos ex aliena prompſit officina*. In queſta Raccolta, che non ha numeri alle pagine, ha il noſtro Gregorio XIV. Sermoni. „ Funerali, e IX. Nuziali. Altre edizioni, &c.

VIII.

„ DOMINICIS (de) DOMINICI Epiſcopi Brixienſis Tractatus „ de Reformationibus Romanæ Curiæ, per aduiſamenta ſive conſi- „ derationes, cum allegationibus, ad SS. D. Pium Papam II. *Bri- „ xia per Presbyterum Baptiſtam Farfengum*, 1495. *in* 4°.

„ Libellus cum ſit rariſſimus, eos latuit, qui ſcripta ejuſmodi de „ reformatione Romanæ curiæ venati ſunt „.

Ex Catal. Biblioth. Pinellianae, tom. 1. p. 183. Confer. Deniſium, p. 390., ubi nonnulla invenies ad Bibliographiam ſpectantia, quae cl. Auctor Cat. Pinell. Morellius brevitatis gratia omiſit.

IX.

„ ALOYSII PASSERINI Brixiani jureconſulti hiſtoria lepida de qui- „ buſdam ebriis mercatoribus — *cum præfatiuncula quadam qua ſe ab „ hujuſmodi scribendis rebus* apud *cenſorem ſuum Achillem Voliam juriſ- „ conſultum & patricium Bononienſemexcuſat*. *Ad calcem*. Lepidiſſimam „ hanc hiſtoriam Presbyter Baptiſta Farfengus Brixianus artis impres- „ ſoriæ ſolertiſſimus artifex quam emendatiſſime faciundam curavit. „ Brixiæ. MCCCCXCV. die XX. Februarii 4.

Deniſius, p. 395. ex Biblioth. Caeſarea.

X.

„ PETRI PAVLI VERGERII Juſtinopolitani de ingenuis moribus „ ac liberalibus diſciplinis Liber ad Vbertinum Carrarienſem. *Ac- „ cedunt* S. Baſilii Cæſar. Cappad. Ep. de liberalibus ſtudiis liber & „ Plutarchi Cheron., Tractatus de Liberis educandis cum Præf. Gua- „ rini Veron. *Ad calcem*: Brixiæ quam accuratiſſime emendatiſſime- „ que impreſſum per Venerabilem dominum presbyterum Baptiſtam „ Farfengum artis impreſſoriæ ſolertiſſimum. Impenſa Franciſci „ Laurini civis Brixiæ. Anno a Natali Chriſtiano. M. CCCC. XCV. „ die. IIII. Aprilis. *Char. lat.*

Idem, p. 1399. ex ead. Biblioth.

XI.

XI.

„ FIOR DI VIRTV. Brescia per Filippo de Misinta 1495. *in* 4°.

Ex indice MS. selectiss. Biblioth. Excell. Ball. C. Val. Gonzagae, ad hunc annum.

MCCCCXCVI.

I.

C. PLINIVS SECVNDVS De Natura
li Hystoria diligentissi
me Castigatus.

*In calce:*

Caii Plinii Secundi de naturali hystoria opus feliciter absolutum est: ꝙ diligentissime castigatum: Impressum Brixiæ opera & impensa Angeli & Jacobi de (*sic*) Britannicorum fratrum: Magnifico Equite Hieronymo Donato urbis pretore: Regnante Serenissimo principe Venetiarum Augustino Barbadico: Anno Nativitatis Domini M. cccclxxxxvi. die xx. Aprilis. FINIS.

(*in fol. magno.*)

Allatus titulus, *C. Plinius*, &c. charactere Gothico grandiori excusus legitur primo folio recto. Eodem verso occurrit brevis Plinii vita auctoris anonymi, quae aliquanto plus quam IX. lineas occupat, in qua Plinius Veronae, patre *Celere*, matre *Marcella* natus dicitur. Quae sequuntur duo (1), tres diversorum scriptorum Epistolas continent, in quibus id potissimum agitur, ut Plinius patria Veronensis fuisse demonstretur. Ex his prima, est *Jo. Britannici* impressorum fratris ad Lucam Tertium; II. *Alexandri Benedicti* Physici Veronensis ad Matthaeum Rufum, Eccl. S. Thomae civit. Veronae Praelatum; III. (quae est longa dissertatio apologet.) est ipsius *Rufi* ad Justum J. C. & Equitem Veron., quae totas tres amplissimas paginas implet, & in qua auctor data opera Plinium, non Novocomensem, (sicuti ab impressoribus inscriptus fuerat) sed Veronensem fuisse demonstrare instituit. Hae vero tres Epistolae cum Vita Plinii, quae antecedit, omnino pugnant cum iis, quae sequentibus duobus foliis leguntur, in quorum primo affertur Svetonii locus ex libro *de Viris illustribus*, in quo Plinius *Novocomensis* diserte dicitur; & eodem verso recitatur Eusebii locus ex ejus Chronico, in quo itidem Novocomensis appellatur; in altero vero praemittitur Epistola ipsius Plinii ad T. Vespasianum, in cujus titulo Plinius ipse non Veronensem, sed *Novocomensem* se inscribit.

Haec quidem pugna utcumque tolli posse videtur ex verbis Jo. Britannici, quae leguntur in Epist. ante laudata ad Lucam Tertium, ubi posteaquam in sententiam Matthaei Rufi de Plinii patria Verona, se concessisse declaravit, eamque sua conjectura confirmavit, haec de fratribus suis editionis auctoribus subdit: *Illud*

(1) In exemplo Casanat., quod unum hactenus mihi videre licuit. Caeterum ejusmodi duo folia, quae omni signatura carent, consultius toti vol. praeposita fuissent, aut ad calcem rejecta, ne signaturarum ordo perturbaretur, & prima registri series penitus corrumperetur. Et ita fortasse propositum fuisse typographis videntur ostendere ipsa duo folia non signata, uti diximus.

BRIXIAE *Illud autem te scire volumus Angelo & Jacobo Britannicis fratribus nostris molestum accidisse, quod in ipsam Matthaei apologiam, ipso die, immo articulo inciderint, quo jam operi fastigium imponebatur; ut cum fere omnes codices titulo Plinii Novocomensis impressi essent, mutato sine cunctatione titulo, quod reliquum fuit, impressum sit. Id enim attentissima cura infatigabilique studio curarunt, ut sexcenti codices Pliniani, quos non tam lucri cupiditate, quam ut linguae Latinae dignitas propagaretur, sumptu suo imprimi fecerunt, ut quam correctissimi haberentur*, &c.

In maxima ergo hujus editionis codicum parte Plinius Novocomensis appellatus fuit; adeoque nostrum hoc exemplum unum ex iis sit necesse est, in quo, cum jam operi fastigium imponeretur, sine cunctatione mutatus fuit titulus. Fastigium autem illud, quod, teste Joanne Britannico, operi imponebatur, cum ejus titulus mutatus est, aliud esse non potuit, quam voluminis frons, in qua in maxima codicum parte, Plinius Novocomensis dictus fuerat: qui titulus idcirco initio impressionis operis, albus dimissus fuerit oportet. Subscriptionis folium sequuntur alia duo: quorum primum sistit registrum voluminis, initio facto a folio, in quo occurrit titulus, quod *album* dicitur; alterum omnino vacat.

Foliorum fasciculi, quos exhibet ejusmodi registrum, sunt num. 34. qui omnes quaterni sunt, sexto excepto, signato *f.* qui ternus est, & incipit: *Colligitur Varro*. In facie aversa habetur insigne typographi. Editio magnifica est, optimo charactere Romano, cum signaturis & registro, uti dictum est; sed sine numeris. Ad calcem cujuslibet folii versi librorum Plinii posita fuit reclamans folii recti sequentis. Paginarum integrarum lineae 56. De hac Pliniana editione, aliaque ad annum 1498. referenda, confer Ant. Jos. a Turre Rezzonici.

## II.

BIBLIA cū Concordantiis in
margine: nec nō Hebrai-
corū nominū Inter
pretationibus.

*Ad calcem tabulae alphabeticae Historiarum Bibliae, quae praemittitur:*

Impressa est hec Biblia solerti diligentia
Angeli ꝛ Iacobi Britannicoꝝ ad honorē ꝛ
laudem oīpotentis dei: nec nō matris eius vir
gīs Marie: Anno salutis nr̄e Mccccl xxxxvi.
die vero xxix. Decembris.

(*in* 4°.)

Post tabulam Historiarum Bibliae, quae IX. folia, seu plagulas occupat, sequitur folium aliud, in quo de Translatoribus Bibliae, & modo eam intelligendi agitur. Folio XI. incipit Prologus S. Hieronymi; & ad calcem Apocalypsis (quae terminatur folio verso) habetur clausula quaedam, in qua editio ipsa describitur his verbis: *In cujus quidem margine singulorum locorum concordantiae diligenter annotatae sunt: nominum Hebraicorum interpretationes solito more annectuntur; una cum tabula alphabetica singulas Historias totius Bibliae accuratissime recolligente. Correcta insuper ac studiosissime emendata per doctissimum in sacris lite-*

*veris Baccalarium Petrum Angelum de Monte Vlmi ordinis minorum Seraphici Francisci, revisaque per venerabilem Fratrem Gregorium de Britannicis sacri ordinis Praedicatorum de observantia.* BRIXIA

Impressa vero Brixie p Angelū ꝛ Iacobū Britannicos fratres Anno. M. cccclxxxxvi. Septimo Idus septēbris.

Post quae sequuntur Interpretationes nominum Hebraicorum. Editio est charact. Gothico parvo quidem sed nitidissimo, cum signaturis, sed sine numeris & custodibus. Signaturae in quatuor series tributae sunt: quarum prima literis minoribus simplicibus constat; altera literis pariter minoribus, sed geminatis: & unaquaeque ex duobus hisce prioribus seriebus integrum alphabetum complectitur. Tertia literis majoribus constat & usque ad Q. v. (reipsa usque ad Q. vi.) pertingit. Quarta quae interpret. nominum Hebraic. signat, notis numericis expressa est & usque ad 5 s. pertinet; praecedentes quatuor scapi quaterni sunt. Paginae Hebraic. nominum tripartitae, aliae omnes bipartitae. Duplex ejus exemplum exstat in Casanat., quorum pulchriores plagulae numeris manuscriptis notatae sunt, fere usque ad volum. finem. Numerus ultimae Apocalypseos plagulae inscriptus, est 511. Initiales praeterea literae librorum hujus exempli auro & coloribus pictae, & in prima pagina prologi S. Hieronymi habetur duplex ejus effigies, altera habitu cardinalitio, altera (ad calcem pag.) eremitico induta.

## III.

Dialogus Seraphice ac Di
ve CATHARINE de SENIS
cum nōnullis aliis
orationibus.

*In fine vol.*

Explicit Dialogus. Dive ac Sera
phice Catharine de Senis cum cer
tis orationibus per eam factis: ac-
curatissime Impressus ac emenda-
tus. In alma Civitate Brixie per
Bernardinum de misintis de Pa
pia die quintodecimo mensis Apri
lis. M. cccc. lxxxxvi.
(*in* 8°.)

Duae praecedunt Epistolae: prima Marci Civilis Brixiani (cui debetur editio) ad Paulum Sancheum Aragonen. Ord. Prædic., altera Steph. Carthusiensis, S. Catharinae familiaris, ad Thomam Antonium de Senis Ord. Praedicator. In prima ante medium haec de ipso opere scribit Civilis: *Nec quemquam terreat, aut fastidio amoveat infimus & vulgari propior quam Latino dicendi stilus; libuit enim olim spirituali Catharinae patri, quem ipsa vernacula locutione ediderat, in tale dicendi genus transferre: rerum eloquentia illic, non verborum petenda est*, &c. Ex quibus liquet hujus Latinae versionis auctorem fuisse B. Raymundum Capuanum S. Virgi-
nis

BRIXIAE nis confessarium. Post dialogum, qui in sex tractatus dividitur, sequuntur orationes num. XXII. diversis occasionibus a Sancta compositae. His subjunguntur: 1. *Pii secundi in vitam, & Canonizationem B. Catharinae Senensis Epistola*; 2. Versus plures ejusdem Pontificis in S. Catharinae laudem; ac postremo, *Tabula capitulorum, orationum, & quorumdam Versuum contentorum in hoc volumine dialogi S. Catharinae*. Editio est cum signaturis tantummodo, Gothico charactere, parvo quidem, sed nitido. Exstat in Casanatensi.

IV.

Vererādi fratris BAPTISTÆ MANTVANI Carmelitæ Theologi: poetæ oratorisq; clarissimi in funere ferrandi regīs oratio.

*In fine:*

Brixiæ impressa: per Bernardinū de misintis Papiensem. Die VII. mensis Decembris. M. CCCCXCVI.

(*in* 4°.)

Editio est cum signaturis, optimo Romano charactere; plagulae sex. Exstat in Angelica, & Chisiana.

V.

ECCE TIBI LECTOR HVMANISSIME:

PHILIPPI BEROALDI Annotationes centum.

Eiusdem Contra Servium grammaticum notationes.

Eiusdem Plinianæ aliquot castigationes.

ANGELI POLITIANI Miscellaneorum Centuria prima.

DOMITII CALDERINI Observationes quæpiam.

POLITIANI item Panepistemon.

Eiusdem lectio in Aristotelem: Cui Titulus Lamia.

PHILIPPI rursus BEROALDI Appendix aliarum annotationum.

IOANNIS BAPTISTÆ PII Annotamenta.

Quæ simul accuratissime impressa: te cum (*sic*) quæso habe: perlege. & Vale.

*In calce:*

Hieronymo Donato prætore sapientissimo: Bernardinus Misinta papiensis castigatissime impressit: Brixiæ.

Sa-

ſaturnalibus. M. cccc. xcvi. Sūptibus. Angeli Britannici.

(*in fol.*)

Annotationes centum Beroaldi antecedit ejuſdem epiſtola ad Ulricum Roſenſem; eaſque ſequitur hendecaſyllabon ejuſdem ad eundem: Notationes contra Servium, epiſtola ad Franc. Caſatum, & hendecaſyllabon ad eundem: Plinianis caſtigationibus nulla praemittitur praefatio, ſed continuo incipit prima caſtigatio de *Latinis populis*, ex lib. III.

Centuriam primam Miſcellaneorum Politiani praecedit longa ejuſdem praefatio ad Laurentium Medicem; & ad ejus calcem ſubjunctae ſunt Calderini obſervationes, ſub cujus epigrammate ad L. (quod eſt in fine) legitur:

Τελοσ συμ Δεω (*ſic*).

Politiani Praelectiones nemini inſcriptae ſunt. Appendix Annotationum Beroaldi in Svetonium eſt ad Hannibalem Bentivolum, & ad ejus calcem habetur epigramma Jo. Bapt. Pii *ad Librum*.

Annotationes demum ipſius Jo. Baptiſtae Pii in fronte gerunt epiſt. dedicat. ad Reverendiss. Proton. Illuſtriss. Marchionem de Gonzaga; quem ad calcem nova ſalutat epiſt., ſub qua legitur typographi ſubſcriptio: *Hieronymi*, &c.

Volumen conſtat ex 112. foliis, ſive plagulis; ex quibus 38. priores continent priora Beroaldi opuſcula, ultima tamen penitus vacat. Quae ſequuntur 46., continent Politiani Centuriam, cum Calderini obſervationibus, quae tres poſtremas occupant plagulas; quae non ſecus ac praecedentes, in ora ſuprema inſcriptae ſunt titulo *Miſcellaneorum Politiani*. Praelectiones continentur plagulis 10. Beroaldi Appendix, 6. Pii denique annotationes, 12. Editio eſt cum ſignaturis, & reclamantibus in calce paginae ſecundae plagularum, quae tamen in plurimis locis deſunt, ſine numeris. Character Latinus, rotundus eſt, & valde pulcher: Graecus, non invenuſtus, eique ſimillimus quo uſus eſt Leonardus de Arigis in editione Florent. operum Politiani anni 1499., cum qua colligata eſt haec editio in Caſanat. Signaturae continuata ſerie progrediuntur uſque ad s III. Nullum in exemplo Caſanat. occurrit regiſtrum neque typographi inſigne, quamvis ultimo folio verſo infra ſubſcriptionem multum ſpatii vacui ſuperſit.

## VI.

MAFEI VEGII laudenſis dialogus veritatis & philalites ad euſtachiū fratrem. Incipit feliciter Philalites.

Quęnam es tu, &c.

*In fine*:

Impreſſum Brixię per Bernardinum de miſintis de Papia anno M. ccccIxxxxvi. die. XII. Maii.

(*in* 4°.)

Edit. eſt pulchro charact. rotundo, ſed minuto, cum ſignaturis, *a. a.* II. *a.* III. Numeris & cuſtodibus caret. Exſt. in Corſiniana, ubi eam evolvit cl. P. Amoretti.

## VII.

„ THEOPHILI MONACHI Brixiani Carmina *varia*. *Ad calcem*:

BRIXIAE „ Impressit Brixiæ Bernardinus Misinta Papiensis Calchographorum
„ castigatiss. Hieronymo Donato prætore eminentiss. Anno Theo-
„ goniæ. M. CCCC. XCVI. *in* 4°.

Praecipuum hujus collect. carmen est *Dialogus de Vita solitaria & civili, interlocutoribus* Mauro eremita, & Pyrro equite, *inscriptus* Guidoni Ubaldo Monferetrio *Vrbini Duci*. Hunc sequuntur Elegi plures encomiastici de vita & moribus S. Bernardi, quibus inserta Elegia, cui titulus: *Divi Benedicti pro instauratione Monasticæ Religionis prolata supplicatio, & accepta a Deo promissio*. Postremo habentur Hymni novem: tres priores in *S. Benedictum*; tres intermedii in *S. Lucam*; tres ultimi in *S. Justinam*. Typographi subscriptionem antecedit Epistola Heliae Capreoli ad Augustinum Aemilium, Elegos in S. Bernardum, Auctoris Epist. dedic. ad Lud. Martinengum, Hymnos, ejusd. Praefat. ad D. Simonem Ticinensem: hasque tres Epistolas, ne uno quidem verbo omisso, recitat Quirinus in suo de Brix. Liter. opere, par. II. a pag. 280. Cum hisce Epistolis conjunxit Quirinus & plurimos Auctoris versus: nimirum primo, quatuordecim ex ejus Elegia ad Calliopem, dialogo praemissa; secundo, priores 26. ipsius Dialogi; postremo, binos ex quolibet Hymno, praetermissis prorsus Elegis in S. Bernardum. Hujus edit. exemplum exstat in Angelica, quod tamen propter temporis inopportunitatem consulere non licuit. Confer Deburium, *Belles Lettres*, num. 2875.

VIII.

„ DOMITII CALDERINI Veronensis Comentarii in Persii Satyras. fol. Brixiae 1496.

Maettarius, pag. 630., ex Beughemio. Nullum hujus edit. vestigium in scriptoribus Veron. Cl. Maffei edit. in fol. 1731., ubi tamen, col. 117. accurate describitur edit. Brixania Comment. Calderini in Statii Silvas anni 1476. ( suo loco relata ) & non 1475., uti apud Denisium.

IX.

„ STEPHANI FEDERICI Brixiani Opus de Interpret. Iuris.
„ *Ad calcem*: Impressum Brixie per venerabilem Dominum Presby-
„ terum Baptistam Farfengum. Anno Domini M. CCCC. XCVI.
„ die XXVIII. Aprilis. *Char. lat. Signat. foll.* 24. *f. ma.*

Denisius, pag. 707., ex Biblioth. Novacellen. Can. Reg.

MCCCCXCVII.

I.

Incipiunt sermones aurei
quadragesimales Cõpilati p̄ ve-
nerabiles patres: fratrem IOAN
NEM AQVILANVM ꝛ fratrẽ
DANIELẽ
VINCẽTINũ divini verbi declama

to-

tores fructuosos : sacri ordinis pre
dicato℞ de observantia.
*Ad calcem operis, col. 1.*
Explicit quadragesimale qd
dicitur lima vitiorum.
*In fronte seq. col.*
Divino huic operi Angelus
Britãnicus civis Brixianus opti
mo favente deo : eiusq3 genitrice
Maria : finem optatum imposu
it : cuius fidem solertiamq3 princi
pes veneti charipédentes neq5
aliús opus ipsum infra sex annos
imprimat : aut impressum vendat
in ditiõe sua: preter ipsi9 angeli nu
tum : Senatusconsulto pena pro-
mulgata caverunt : anno dñi M.
ccccLxxxxvij. die XVIII. Aprilis.
*Infra, insigne typographi.*
(*in* 8°.)

Praeeunt undecim folia, maximam partem impressa: quorum priora quatuor duas continent epistolas fratris Benedicti Brixiani editoris, primam ad fr. Danielem Vincentinum; alteram longe breviorem, ad lectorem, cum indice ipsorum Sermonum & epigrammate Italo acrostico in Salutationem Angelicam. Sequentia septem, Sermonem in Annunciat. B. V. sine auctoris nomine. Post haec incipit opus ipsum praefixo allato titulo: *Incipiunt*, &c. et hinc pariter incipiunt signaturae, primo litteris minoribus usque ad 4 IIII. deinde majoribus usque ad O. IIII. Editio est charact. Gothico communiori Angeli Britannici, sine num. custod. registro, duabus columnis, & sine dubio Brixiana (1).

## II.

„ FRANCISCI PHILELPHI Odae (2) : impressit Angelus Britanni-
„ cus. IIII. Iulii .... 1497. *in* 4°.

Referunt hanc editionem Maettarius in utraque suorum Annalium editione; Orlandius in secunda sui operis parte, pag. 387., (qui tamen in eo fallitur, quod eam esse ait sine loco & typographo) & Deburius uterque: *le Jeune* quidem, *Belles Lettres*, tom. I. num. 2871., addita hac notatiuncula: *Edition rare & fort recherchée; elle est aussi la premiere de ce livre*: cui doctrinae, quod spectat ad primatum editionis, subscribere in praesentia non audeo; *l'Ainé* vero in Catal. Biblioth. D. de la Valliere, tom. II. pag. 127. & seq. Ejus exemplum exstat in Corsiniana.

 III.

(1) Perperam Maettarius, pag. 617. edit. novae, post Possevinum aliosque quosdam scriptores hanc edit. Venetiis tribuit. Exst. in Biblioth. Em. Card. Valentii Gonzagae.
(2) Deburius le Jeune addit & *carmina*, quod omittunt Maettarius & Deburius l'Ainé.

BRIXIAE

III.

Musice utriusq; cantus practi
ca excellentis FRACHINI GA
FORI Laudensis libris
quatuor modu
latissima.

*In fine*:

Impressa Brixiae opera & impensa Angeli Britannici: anno salutis Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo: nono Kaleñ: Octobris.

(*in fol. par.*)

Allatus titulus occurrit primo fol. recto; eodem verso habetur *Registrum hujus operis*. Sequenti verso ( rectum vacat ) incipiunt tituli capitulorum quatuor librorum operis, quibus praepositus est hic titulus: *Descriptio Musicae actionis Franchini Gafori laudensis*; qui tituli duas occupant paginas.

Pagina sexta seu folio tertio verso incipit epistola dedicatoria Auctoris ad Ludovicum Mariam Sfortiam Anglum, Ducem Mediolanensium, plus quam duarum paginar., cui subjunctum est *carmen* Epigrammaticum *Lucini Conagi*, versuum 22. in laudem Maecenatis ipsiusque Auctoris. Haec hactenus dicta, quatuor continentur plagulis, nulla signatis litera. Editio est optimo charactere Romano, cum signaturis tantum, quae pertingunt usque ad *L* III.; praecedentes foliorum fasciculi, omnes sunt quaterni. Maxima paginarum pars respersa est notis Musicis ligno affabre insculptis. Exstabat in collect. Abb. de Rossi.

IV.

Opuscula ꝛ tractatus q̃3plurimi
Sancti BONAVENTVRE Car
dinalis ordinis
minorũ.

*In calce*, *col.* 2.

Libri ꝛ tractatus una cum oratione (1) in vitam ꝛ miracula sancti Bonaventure: generalis quondam ministri fratrum minorum Cardinalis episcopi albanẽsis ꝛ sacre theologie doctoris seraphici: per Bernardinum Misintam pap. sumptibus Angeli Britãnici: vigilanti cura impressi finiunt feliciter. Brixie: Anno gr̃e M. cccclxxxxvij. pridie Calend. Ianuarij.

(*in* 4°.)

Se-

(1) Auctor hujus Orationis est Octavianus de Martinis Suessanus, Advocatus Concistorialis, qui eam dicat Juliano de Ruvere Card., aliquanto prolixiore Epistola.

Secundo fol. verso habetur index tractatuum & opusculorum, in volum. contentorum, quae sunt num. XXII. Editio est charact. Goth. sed claro, cum non multis abbreviaturis: duplici signaturarum serie instructa, quarum prima per literas minores expressa pertingit usque ad q IIII.; altera literis majusculis, & pertinet usque ad N. III. Custod. num. registro & insigni typogr. caret. Exst. in Casanat. BRIXIÆ

V.

Fr. GABR. de BARELETA Or. PP. Quadragesimale, *cum Praef. fr. Benedicti Brixiani ad fr. Thomam Cajetanum O. PP.*

*In calce:*

Impressum est hoc divinum atque utilissi
mum opus: impensa. procuratio
ne. & his speciosissimis
caracteribus (*sic*).
Iacobi Britannici Brixiani: in egre
gia Brixie urbe. maxima
cum vigilantia corre
ctum. 1497.
die. xi. No
vẽbris.
FINIS.

(*in* 4°.)

Vid. sub anno seq.

VI.

PHILIPPI BEROALDI Orationes multifariæ & Appendicula Versuum. Brixiæ apud Io. Britannicum 1497. *in* 4°.

Brixianae hujus Orationum Beroaldi exemplum possidet Corsiniana; aliudque selectissima Biblioth. Excell. B. C. Valentii Gonzagae Mediol. Eam agnovere cl. Bibliographi Mazzuchellius & Fantutius, qui eam cum Bononiensibus recensent, ubi de Beroaldo seniore sermonem habent, videndi.

VII.

Si bono literarum studio delectaris suavissime lector. Volumen
istud lectioni tuæ sæpius occurrat facito. eo enim continentur.

CIOMEDIS (*sic*) de contemplatione orbiũ excelsorum disputatio:

ARISTIDIS & Dionis de concordia orationes.

PLVTARCHI præcepta connubialia.

Eiusdemq; de virtutibus morum.

Quæ

BRIXIAE Quæ omnia legentis animum & præcipue delectant: & maximope exornant: eumq; perbelle: optimeq; componunt. Vale.

*In fine:*

Impræssum (*sic*) Brixiæ. per Bernardinum misintā sumptibus Angeli Britannici Civis Brixiani anno. M. cccc. lxxxxvii die. iii. Aprilis.

(*in* 4°.)

Singula haec opuscula sunt ex versione Caroli Valgulii Brixiani, Caesaris Borgiae Cardinalis Valentini a Secretis. Primum ipsi Borgiae ab interprete nuncupatur, prolixiore epistola eidem praeposita, in qua eum miris extollit laudibus. Orationes Aristidis & Dionis nuncupat Francisco Piccolomineo Card. Senensi: Plutarchi libellum de virtute, Alexandro VI. P. Ejusdem praecepta Connubialia Joanni Borgiae Candiae & Suessae Duci. Ad calcem ultimi opusculi habetur epigramma Francisci Ducci Brixiani ad Heronymum Calciavelium, infra quod posita est subscriptio, *impressum* &c. Cleomedis duo sunt libri; Dionis Orationes, duae pariter: secunda habita Niceae, sedata seditione, est duarum pagin. tantum. Ante Aristidem legitur epistola P. Gravinae ad Valgulium, cujus haec est inscriptio: *Valgulio Brixiano Aristidi Romano cognominato salutem*. Epistola ad Card. Senensem praeponitur Orationibus Dionis.

Libellus est optimo charactere Rom. cum signaturis solummodo, quae pertingunt usque ad k. IIII., *e* & *i* sunt duerni, caeteri quaterni. Accedunt libello quatuor alia foliola, quibus praepositus est hic titulus:

Errorū ac defectuum: qui culpa impressorum contigerunt castigationes īferius cōtinent.

Quorum primus sic habet: *In primis Epistola praeposita orationibus Dionis legi debet ante Orationem* Aristidis. Extabat in collect. Abb. Nic. de Rossi.

VIII.

Reverendi fratris BAPTISTAE Mantuani Carmelitae de patientia aurei libri tres.

*In fine:*

Impressum Brixiæ p Bernardinū Misintam Papiensem iii. Cal. Iunias. Anno Theogoniæ. M. cccc. xcvii.

(*in* 4°.)

Allatus titulus charact. Gothico grandiori excusus occurrit primo folio recto, versum vacat. Sequenti folio habetur Epistola Heliae Capreoli ad Joannem Taberium, qua eum rogat ut opusculum, quod *omnis molestiae praesentaneum medicamentum* vocat, publico usui exponendum curet. Sequuntur deinde *Indices libro-*

*librorum*, qui argumenta capitulorum, ex quibus libri constant, sistunt; quibusque subjuncta est epistola Auctoris ad Franciscum Fantucium: & haec omnia sex plagulis littera *a* notatis continentur. Sequitur postremo opus ipsum in libros tres distinctum, quod signatum à *b.* usque ad *p* III. ita ut ejus plagulae sint 110.; omnes enim scapi, ultimo excepto, quaterniones sunt: quibus si addantur folia VI. quae praecedunt, summa foliorum erit 116. Opus desinit folio recto, in quo occurrit adducta subscriptio; eodem verso legitur *Ioannis Taberii Brixiani ad Heliam Capreolum amicorum optimum Antigraphia* versibus elegiacis, numero 28. Editio est charactere rotundo nitido cum signaturis tantum; & exitat in Casanat. et in collect. Ab. de Rossi. BRIXIAE

IX.

DE CONFIRMATIONE CHRISTIANÆ FIDEI.

*In fine:*

Impressum Brixiæ per Bernardinum Misintam Pa
piensem Diligentissimum Impressoré. anno. MXDVII.
Die Vltimo Mensis maii.
(*in* 4°.)

Uno tantum die post Mantuani tract. de Patientia, super. numero recensitum, hoc Heliae Capreoli opusculum Misintae typis in lucem prodiit. Praeit brevis epistola Auctoris ad Bernardinum Fabium concivem suum, Episc. Pharensem, data Brixiae Cal. Apriles MXDVII., et in fine accedit eiusdem oratio *ad impetrandam propriorum reatuum veniam*. Sex omnino sunt opusculi plagulae, signatae littera *a*, eodemque charactere impressae ac praecedens, cum quo compactum est exemplum Casanatense. Orlandius, qui praecedentem editionem propriis oculis usurpasse videtur, opusculum hoc Capreoli omnino ignoravit; sicut ignorarunt Maettarius et Prosper Marchandius, quem allegat, et auctor Bibliothecae Cordesianae a Marchandio laudatus: quod argumento est exemplaria libri de Patientia ab ipsis visa hoc opusculo caruisse; vel non satis diligenter ab ipsis fuisse evoluta.

X.

HOC HABES STVDIOSE LECTOR
PONTANI LIBRO: QVICQVID
EST DE ASPIRATIONE SCITV DI
GNISSIMVM.
IOANNIS IOVIANI PONTANI DE ASPIRATIONE
AD MARINVM TOMACELLVM LIBER INCIPIT.

*In fine:*

Impressum Brixię per Bernardinum Misintam Papiensem.
Anno. M. CCCC. LXXXXVII. die. xii. Augusti.
(*in* 4°.)

Hisce

BRIXIA Hisce subjicitur insigne typographi cum hisce siglis: B. M. C. P., quod exhibet Maettarius ipse, pag. 640., addita rectissima hac interpretatione: *Bernardinus Misinta Civis Papiensis*. Prima inscriptio: *Hoc habes* &c. legitur primo folio recto; altera in fronte folii sequentis. Signatur ab *a* usque ad *g*, omnesque foliorum fasciculi quaterniones sunt. Numeris et custodibus caret. Character Romanus est & pulcher; desinitque opusc. circa medium ultimi folii versi. Exst. in Corsiniana, ubi eam evolvit cl. P. Amoretti.

## XI.

HOMERI POETARVM SVPREMI ILIAS PER LAVRENTIVM VALLEN. IN LATINVM SERMONEM TRADVCTA FOELICITER INCIPIT.

*In fine*:

Accuratissime ac solerti cura Impræssum (*sic*) ac emendatū hoc opus p Venerabilē. d. psbyterū Baptistā Farfengum. Impensa vero. d. Francisci Laurini civi (*sic*) Brixiani. Anno a natali xpiano. M. CCCC. LXXXXVII. Die vero Sexto. Mensis Septēbris.

(*in fol.*)

Novam hanc Iliados Homericae Brixianam editionem studio & labore suo in lucem prodire curavit Bernardinus Laurinus Brixianus, praemissa eidem longa epistola nuncupatoria ad Nicolaum Corigiensem, subjunctoque etiam epigrammate in ejusdem laudem. In calce ejus epistolae ita de se loquitur Laurinus, quasi opus ab ipso & elucubratum & excusum fuisset: *Nam alia*, inquit, *nec te minus digna, et quae non injucunda tibi fore mihi persuadeo, propediem excudam, si haec mea scripta quantula sunt, tuo acri & censorio judicio comprobatum iri sensero & me a genuino oblatrantium, quae maxima turba hodierna tempestate est*, &c. Hisce tamen verbis non aliud significare potuisse Laurinum, quam opus ipsius opera fuisse excusum, suoque studio & labore emendatum, praefixa ipsi prolixa historica ad Maecenatem epistola (ad quam potissimum respexisse videtur) ostendunt titulus operi praepositus & subscriptio ad calcem adjecta, quorum ille versionis auctorem, haec typographum ostendit. Quam quidem subscriptionem mirum est occasionem praebere potuisse Orlandio, Franciscum Laurinum inter Brixianos typographos numerandi, praetermisso vero operis (aliorumque plurimorum) typographo, Baptista Farfengo.

Duo priora folia, non signata, secunda & tertia pagina continent Bernardini Laurini epistolam cum subjecto epigrammate, de quibus supra diximus; prima & quarta vacant. Signaturae incipiunt a primo operis folio; & pertinent usque ad o III.; ac supra allatam subscriptionem, nullo praemisso registro, haec legitur ejusdem descriptio: *Omnes sunt terni praeter* a, *et* b *qui sunt quaterni*. Numeris & custodibus caret; character Romanus & pulcher est. Exstat in Biblioth. Em. Card. Valentii Gonzagae.

## XII.

Iesus Maria.
Nel nome sia de Christo Iesu

e de

e de la sua pia madre vergine Maria
Incomincia el prologo in la seguen
te opereta ditta Summula o ve-
ro Sumeta de pacifica conscientia.

*In fine* :

Impressa : e con ogni diligentia emẽdata
q̃sta aurea opereta : ne la cita de Bressa
per el venerabile miser pre. Baptista :
farsengo nel año . M. cccc. lxxxxvii. a di
xii. de septembre .
( *in* 4°. )

Editio est charact. Gothico , cum signaturis , quae pertinent ab *a* usque ad *e*, omnesque foliorum fasciculi sunt quaterniones . Numeris , custodibus & registro caret . Exst. in Collect. Abb. Nic. de Rossi .

XIII.

HOMERI Odyssea per Raph. Volaterranum in Lat. conversa . Brixiae 1497. *in fol.*

Ex Catal. Biblioth. A. N. de Rossi , pag. 62.

XIV.

„ BREVIARIUM Rom. cum annexo Proprio O. S. Aug. *Ad calcem* :
„ Explicit Breviarium secundum Ritum Romanum Brixiae impressum
„ per Iacobum Britannicum , Anno . M. CCCC. XCVII. die XII.
„ Octob. *Sequitur Adpendix Festorum Ordinis , Char. goth. Num. foll.* 12.

Denisius , pag. 423.

MCCCCXCVIII.

I.

Tractato del origine ɇ immortali
ta de lanime in theologia e philoso
phia morale e utilissimo. composto
per valentissimi homini in dialogo
e vulgare .

*In calce* :

Finisse el dialogo de frate IACOBO CHAMPHORA
da çenna . Stampato ne la inclyta cita de Brixia in
casa del venerabile . d. prete Baptista da farsengo .
M. cccc. lxxxxviii. adi iij. Marzo ,
( *in* 8°. )

BRIXIÆ Plagulae 36. cum signaturis tantum, charact. Gothicus. Signaturarum postrema est i. 11., scapi omnes duerni. Desinit folio recto; eodem verso incipit tabula Capitulorum opusculi, quae & quindecim lineas sequentis recti occupat. Editionem refert Mittarellius in Append., col. 116., ubi notat in hac editione deesse Epistolas nuncupatorias ad Bernardum Justinianum, & Jo. de Marcanova, quod verissimum est. Exst. in Angelica.

## II.

„ C. PLINII SECVNDI NATVRÆ HISTORIARVM LIBRI „ XXXVII. E CASTIGATIONIBVS HERMOLAI BARBARI QVAM „ EMENDATISSIME EDITI.

*Sequitur prolixa Epistola dedicat.* Io. Baptistæ Palmarii ad nobiliss. Iuvenem Consalum Ruitium Delavega & Mendosa, *cum subiecto epigramm. ad L, quod incipit:*

Qui Cœlum: Terras: Æquor: genus omne animantum. *&c.*

*Infra quod, caractere majusculo legitur:*

OPERI SVPREMA MANVS IMPOSITA ANN. GRATIAE MIID. EIDIB. FEBRVARII. AVGVSTINI BARBADICI PRINCIPATVS ANNO XII.

*Ad calcem, eadem subscriptio ac in edit. anni 1496. in fol.*

De hac edit. sic scribit Ernesti in Biblioth. Lat. Fabricii, lib. 11. pag. 191. *Sequitur* ( edit. Venetam anni 1498. (1) per Bernardinum Benalium & cum Praef. J. B. Palmarii ) *altera Brixiensis a. 1498. adsignari solita, sed in calce annum 1496. exhibens: in quo vitium sit necesse est; quia Benalianae vestigiis incedit: videturque ille annus temere ex eadem prima ductus esse. Nisi in tota re fraus est, ut videtur. Nam nos habuimus exemplum, quod haberet annum 1497. sed id nobis periit...* Exst. in Biblioth. Regia Parmensi.

## III.

Moralia Sancti GREGORII Pape in libros beati Iob una cum duabus tabulis: quarum una: seriatim oīa puncta Biblie: altera ipsius Sancti Gregorii mellifluos sententiaꝝ flores cōtinet: Impressa Brixie anno 1498. per Angelū Britannicū de pallazolo: Cui p illustrissimū ducale Venetoꝝ dominiū ↄcessum est: ne qs audeat in terris

ipsius

(1) Haec Veneta Benalii editio, quam ad manus habeo, in calce gerit annum 1497. in principio vero exhibet ea omnia quae habentur in hac Brixiana cum iisdem omnino chronologicis notis; & (quod magis est) annotatiunculis in margine ad varias lectiones pertinentibus instructa est: quae omnia de suo exemplo signato anno 1497. negat Ernesti. Nodos hos dissolvere, quos tam haec Brixiana editio, ( quam hactenus videre non licuit) quam Benaliana modo commemorata legenti offerunt, in praesentia neque vacat, neque codicum defectus tentare sinit. Conferat interim L. quae Jo. A. a Turre Rezzonici, & Ernesti de utraque disseruerunt.

ipsius illustrissime dominationis istud
opus in hac parva forma Impme
re infra qnquéniũ sub pena
ut in gratia cõtenta ꝛc.

*In fine* :

Exaratum diligentissimeqꝫ emendatum
est opus presens moralium sancti Gregorii
pape In officina Angeli Britãnici de palazolo. Anno dñi. 1498. Die. 2. Iunii. Ad
laudẽ ꝛ honoreꝫ dñi nostri Iesu xp̄i: eiusqꝫ
genitricis Marie,

Registrum.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. f. t. u. x y.
z. ꝛ. ꝛ. ꝝ. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L.
M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

Omnes sunt quaterni preter Z. qui est qnternus.

( *in* 4°. *par.* )

Charact. Goth. minutissimus, cum signaturis tantum, paginae bipartitae. Tabula *punctorum tactorum in Moralibus* S. Gregorii, quae praecedit, est foliorum 15. Auctoritatum Scripturae, 16. Haec folia specialibus signaturis notata, non continentur in registro. Desinit fol. verso. Exst. in collect. Abb. de Rossi.

IV.

QVESTIONES SVPER
EVANGELIIS TO
TIVS ANNI.

Edite per Reverendũ. d. JOANNEM de TVRRECREMATA: ordinis predicatoꝝ: episcopuꝫ Sabinensem: sancte Ro. ecclesie Cardinalem.
S. Sixti. Nuperrime Impresse Brixie
per Angelum Britannicum de pallazolo &c.

*In fine* :

- - - - - - - - - Impresse. Brixie Anno. M. cccc. xcviij. die. ij. Iunii per Angelum Britãnicum de palazollo (*sic*): ad laudem
dei ꝛ eius genitricis marie.

Registrum huius opis

a b c d e f g h i k l m n o p q r f t u

Omnes sunt quaterni.

( *in* 4°. )

 In-

BRIXIÆ Inscriptio volum., quae legitur primo folio recto, duplici charactere Gothico majusculo exarata est, & in lineas sive particulas XVI. distributa. Verso folio occurrit epistola fratris Gregorii Britannici O. P. ad L., in qua de fortuna conqueritur, quod usque ad id tempus tantum thasaurum mortales celaverit: lectorem deinde hortatur ut universa potius vendat, cuncta deserat, ac talem tantamque gemmam, quae secum futura sit, emat. Qua quidem oratione ostendit, antiquiorem operis editionem, quae Romae prodiit anno 1477., ignotam ipsi fuisse. Sequitur deinde *tabula hujus operis continens quaestiones CCCXVIII. tam de tempore quam de sanctis collectas ex omnibus Evangeliis omnium Dominicarum & festivitatum principalium totius anni secundum ordinem & usum fratrum prædicatorum*; quae tabula quinque occupat plagulas; quarum prima & secunda signantur numeris Romanis II. III. omissa litera. Signaturae alphabeticae incipiunt a primo operis folio, & continuata serie usque ad finem progrediuntur. Sub registro habetur insigne typogr. Charact. Goth. valde pulcher, columnae binae. Exst. in Casanat.

## V.

LIBELLVS MEDITATIONVM
Hec sunt que in hoc opusculo continentur.
Meditationes divi AVGVSTINI episcopi hypponensis que se in . xl. capita extendunt.
Soliloquia eiusdem: que se in . xxxvii. capita extendunt.
Manuale eiusdem quod . xxxvi. continet capita.
Item meditationes divi BERNARDI abbatis Cantuariensis (*sic*) que in . xvii. capita dividuntur.
Epistola eiusdem pulcherrima de perfectione vite.
Item Sermo unicus PETRI DAMIANI.
Item meditationes Sancti ANSELMI, quæ in quatuor capita dividuntur.
Item carmina. N. laudensis ordinis predicatoꝝ: quibus laudes hoꝝ opusculoꝝ perbelle concinnūtur (*sic*): necnō ꝛ carmina Pii secundi pontificis maximi: que divi Augustini laudes modulantur: Iteȝ carmina MAPHEI VEGII laudensis: In laudem sancte Monice matris divi Augustini.
Item tractatus sancti VINCENTII admodum utilis de vita spūali: qui in capita. xix. dividitur.
Itē Sermo unicus divi BERNARDI abbatis: de passiōe dñi.

*Ad calcem carminum Maphei Vegii*:

Hec preclara opuscula: Imprimi fecit Brixie Angelus Britannicus de Pallazolo: Civis Brixianus: ad honorem ꝛ laudem omnipotentis dei: ꝛ gene-

tri-

tricis eius virginis Marie: die
viii. Octobris. Mccccxcviij.
Registrum.
a b c d e f g h i k l m n
Omnes sunt quaterni preter o
qui est quinternus. *Infra, insigne typogr.*
(*in* 8°.)

Signatura *o* in serie literarum, ex quibus constat registrum, omissa fuit. Post ejusmodi signaturam in exemplo Casanat. sequitur signatura *p*, qua signatus est sermo S. Bernardi de Passione D. Hanc excipiunt signaturae *l. m.* aliae ab iis quas exhibet registrum, quibusque signatus est tract. S. Vincentii, qui ultimo loco in volumine occurrit, & plagulae, quibus duo haec opuscula continentur, sunt num. 28., quae conjunctae cum iis, quas registrum designat, efficiunt summam plagularum 142. His tamen adjungendae sunt aliae quatuor: quarum prima allatum titulum, aliae tres singulorum tractatuum tabulas, sive indices continent, quae tabulae non omni ex parte respondent titulo volum., neque ordini ipsorum Opusculorum. Charact. Goth. nitidus, cum custod. quaternorum, sed sine numeris, pagina bipart. Exst. in Casanat.

## VI.

Tractatus de modo
bene moriendi:
cum multis
orationi
bus.

*In fine*:

Explicit tractatus de modo bene moriendi completus per. d. IO. DE BRVCELLA (*sic*). Impressum Brixie per Angelum Britannicum de Pallazolo. M. cccc. lxxxxviij. die xxvi. Octobris.

(*in* 8°.)

Charact. Goth. nitidus, cum signaturis: plagulae XX. columnae binae. Exst. in Angelica.

## VII.

„ ANGELI DE VBALDIS Lectura aurea super Tit. Interdictis di-
„ gesti Novi. Brixiæ per Angelum Britannicum de Palazzuolo (*sic*)
„ 1498. *fol. maj.*

Denisius, p. 456. ex Biblioth. Gottwicensi.

VIII.

Brixiae

VIII.

GASPARINO BORRO Trionfi, Sonetti, e Rime ſpirituali. in Breſcia per Angelo Britannico. 1498. *in* 4°.

Ex Catal. Biblioth. Pinell., tom. IV. p. 315. Vid. Deniſium, pag. 440.

IX.

SERMONES DE SAN
CTIS FRATRIS GABRI
ELIS BARELETE.

*In calce*:

Expliciunt ſermões de ſanctis Eximii ſa
cre Theolog. magiſtri Gabrielis de barele
ta ordinis predicatoꝝ. Impreſſi vero Bri-
xie ſumptibus atqꝫ ſolerti cura Iacobi Bri
tãnici Brixiani. anno incarnatiõis. 1498.
die 13. Ianuarij.

Regiſtrum operis.

Quadrageſimale hujus operis incipit
in *a*: excepta eplã: ⁊ deſinit in *r*. õesqꝫ ſunt
quaterni. Sanctuarium vero incipit in A
⁊ deſinit in K õesqꝫ ſunt quaterni excepto
E quod eſt ternus.

(*in* 4°.)

Minuto valde, ſed nitidiſſimo charact. Goth. duabusque columnis impreſſum eſt hoc volumen, non ſecus ac Quadrageſimale ſub anno ſuperiori (ad quem revera pertinet) relatum. Utrique praeter ſignaturas adjuncti ſunt numeri, quorum poſtremus in Quadrages. eſt 135. in Sanctuario, 77. In calce utriuſque occurrit inſigne typographi; & in principio, tabula Sermonum. Exſt. in Caſanat., in collect. Abb. de Roſſi, &c. Confer Mazzuchellium.

X.

AEMILII PROBI VIRI CLARISSIMI DE VITA EXCELLENTIVM IMPERATORVM LIBER INCIPIT FELICITER.

*In calce*:

Hoc opus Probi Aemilii De Virorum Excellẽtiũ Vita Impreſſit Iacobus Britã
nicus. In Inclyta Brixiæ civitate Anno. M. cccc. IID. xv. Calen. Octobres.

(*in fol.*)

Primum folium exempli Caſanat. Bibliothecae, quod certe ejuſdem temporis ejuſdem-

demque chartariae officinae est ac reliqua, omnino vacat; & ita etiam se habet exemplum Bibliothecae Corsinianae, ita ut pro certo haberi possit, ita prodiisse ex ipsa typograph. officina, quamvis sequens folium, in cujus fronte occurrit allatus titulus, signatum sit *a* II. Volumen ex uno quaterno & tribus ternis, sive ex foliis 26. constat, sine numeris, custodibus & registro. Character Romanus est & nitidus. BRIXIÆ

## XI.

POLYBIVS HISTORICVS
DE PRIMO BELLO
PVNICO ET PLV
TARCHI PA
RALELIA. (*sic*).

*In fine:*

Impressum Brixiæ per Iacobum Britãnicum die vigesimo quarto octo bris. M. cccclxxxxviii.

(*in fol.*)

Nitidissima editio, quae certe Brixiensis typographiae gloriam amplificat. Polybius est ex versione Leonardi Aretini, cujus Epistola ad Historiae studiosos legitur primo folio verso; eodem recto habetur adductus titulus, *Polybius* &c. Plutarchi Parallela sunt ex versione Guarini Veronensis, cujus Epistola ad Jacobum Lavegnolum ipsis praemittitur. Editio est cum signaturis tantum; plagulae triginta duae. Exst. in Collect. Abb. de Rossi.

## XII.

SOLINVS DE MIRABILI
BVS MONDI (*sic*).

*In fine:*

Solinus de mirabilibus mundi Brixiæ per Iacobum Britannicũ Impressus. Anno. MCCCCIIC. Die Vigessimo (*sic*) Novẽbris.

(*In fol.*)

Perpulchrae hujus C. Solini editionis auctor fuit Bartholinus Atriensis Brixianus, qui eam inscripsit Lucae Passo Jureconsulto Bergomati, Epistola, quae legitur ad calcem tabulae volumini praemissae. „ Mitto itaque (inquit post medium) ad te „ mei in te amoris indicem Solinum Polyhistora, qui cum antea multis errori„ bus refertus circumferretur, a nobis multis adhibitis & novis & vetustis exem„ plaribus nonnullisque in illum Jo. Britannici praeceptoris nostri observationibus „ castigatus est, ut putemus omnibus linguae latinae cultoribus satisfecisse. Ad„ didimus insuper tabulam ita capitulatim paginatimque graphice digestam, ut „ nihil in toto sit opere, sive loca, sive urbes, sive, &c. quod vel modico temporis „ dispendio non reperiri possit „. Haec tabula in tot segmenta partita est, quo sunt alphabeti literae, & sub unaquaque posita fuere ea vocabula, quae ab eadem incipiunt: in eorum tamen collocatione haud servatus fuit alphabeticus ordo, sed ordo Capitulorum atque adeo paginarum, ita ut quae in primis capitulis leguntur,

c

BRIXIA ea primo loco occurrant, & ita porro. Paginas 14. cum dimidia circiter occupat, & signatur majoribus alphabeti literis A. B. Opus vero ipsum signatur minoribus literis, quae pertinent usque ad *e* IIII. Numeris quoque in supremo margine a primo operis folio incipientibus notatum est, horumque postremus est 34., cui numero si addantur octo folia, quae tabulam, editoris Epistolam, Epistolamque ipsius Solini continent, ac primum folium, quod allatum titulum exhibet, summa foliorum erit 43.; qui tamen numerus impar suppletur plagula alba, quae occurrit post Solini Epistolam. Exstat in Casanatensi, in Corsiniana, &c.

## XIII.

SOLINVS de Mirabilibus Mundi.

*In calce:*

Solinus de Mirabilibus mundi Brixiæ per Iacobum Britannicum impressus

Anno MCCCCIIC. Die Vigesimo Novembris.

(*in fol.*)

Alteram hanc Solini editionem diligenter examinavit & cum superiore accuratissime contulit cl. P. Amoretti in Bibliotheca Corsiniana (ubi utraque exstat); & duas plane diversas editiones esse, saltem quod spectat ad typographicum artificium, certissime deprehendit. Ex differentiis maxime obviis ab eodem observatis praecipuas hic memorare contenti erimus; quod earum una, vel se sola, nullum de diversitate editionum ambigendi locum relinquit.

I. In superiore titulus est charact. Rom. majusculo; in hac charact. Goth. ordinario.

II. Illius tabula, uti vidimus, paginas 14. cum semisse occupat, duabusque columnis excusa est; hujus tabula, septem tantum, easque tripartitas.

III. Illius initiales florentes sunt, ligno insculptae; hisque caret altera haec, nisi quod primi capitis initialis grandem cujusdam beati effigiem exhibet, dextera librum, sinistra crucem tenentem, ligno pariter insculptam.

IV. Hujus character charact. superioris major est: quo fit ut ejus paginae, etsi eodem numero, ac praecedentis, cum longiores, tum latiores sint paginis illius. Numeri insuper in summis foliis inscripti, in hac Romani sunt, in illa Arabici. Generaliter autem in utraque initia & fines paginarum conveniunt.

Cur duas ejusdem operis editiones, eodem anno eademque die notatas idem Brixianus typographus evulgarit, paullo longius esset inquirere.

## XIV.

PYLADAE BVCCARDI Grammaticarum Institutionum Regula & Carmen Scholasticum. Brixiae 1498. per Iacobum Britannicum.

Pluries hoc opus impressum fuisse Brixiae & Venetiis, refert Card. Quirinus, *de Brixiana liter.* parte 1. pag. 8. & ex pluribus hisce tres memorat, Brixianam unam & Venetam alteram, utramque ab Auctore improbatam; tertiam autem, scil. Brixianam hujus anni 1498., quam ipse Auctor *provectiorem*, & *suo cum nomine exire gratulatus*, ut scribit idem Quirinus, *criticorum latratus nauci faciendos esse* de-

*declarat*. Ex hac editione Emin. Scriptor, pag. 9. recitat versus, quibus Pylades ejusdem frontem & calcem exornavit, qui apud eundem videri poterunt. BRIXIA

XV.

„ Ejusdem PYLADAE breve Vocabularium, metricis legibus vin-
„ ctum. *iisd. typis & anno*.

Et ex hoc Vocabulario laud. Quirinus refert versus, quibus Auctor Scipioni Tertio Brixiano illud nuncupavit, pag. 10.

XVI.

„ PAMPHILI SAXI Brixia Illustrata *carmine*. Brixiæ 1498.

Ex iis, quae scribit Tiraboschius in Biblioth. Mutin., tom. V. pag. 30. videtur dubitari non posse, quin hoc Saxi poema typis excusum fuerit Brixiae, & quidem hoc ipso anno 1498. Fatetur tamen cl. Scriptor, nullum ejus exemplum se videre potuisse; neque alium quempiam scriptorem offendisse, qui ejusdem meminerit.

MCCCCXCIX.

I.

„ FIOR de VIRTV: impress. in la cita de Bressa per pre Baptista
„ de Farfengo. M. CCCC. LXXXXVIIII. a di otto de Febraio. P. M.
„ Bressa 1499. *in* 4°.

II.

„ RAPHAELIS FVLGOSI Comment. super II. par. ff. veteris. fol.
„ Brixiae 1499.

Prima editio nititur testimonio Maettarii, qui eam recenset, tom. 1. pag. 692. inter editiones a se visas; addens se nescire, quid sibi velint literae P. M. subscriptioni subjunctae. Alteram ex fide Prosperi Marchandii laudat idem Bibliographus pag. 703. Utraque deest apud Orlandium.

III.

Vitae PLVTARCHI adhibita solerti diligen
tia ac multis collatis exemplaribus
graecis & latinis ad unguem
per excellentem virum
Pyladen Brixia
nũ castigatae.

*In fine*:

Virorum illustrium vitæ ex Plutarcho græco in latinum versæ solertiq;
cura emendatæ feliciter expliciunt: per Iacobũ Britãnicum

BRIXIAE

Brixiæ Impſſæ. M. cccclxxxxix. die. ix. Auguſti.
Regiſtrum huius operis.
aa a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z &
A B C D E F G H I K L M N O omnes ſunt quaterni.
(*in fol. magno.*)

Praemiſſus titulus eſt charactere Gothico permagno; caetera omnia, charactere Romano, & quidem valde eleganti, quam plurimis noſtri temporis longe praeſtantiori. Primum folium rectum exhibet allatum titulum; eodem verſo incipit

Index Vocabuloꝝ & rerũ in toto Vitaꝝ Plutarchi ope cõpræſarũ (*sic*).

qui 26. paginas cum ſemiſſe occupat. Ad ejus calcem legitur Epiſtola Pyladae ad Joannem Paulum Averoldum patricium Brixianum, data Brixiae Idibus Auguſti MID. ex qua operae pretium duco, duo excerpta huc afferre, quorum alterum ſtudium a Pylade in emendando Plutarcho adhibitum declarat; alterum ſuae hujus editionis deſcriptionem continet.

„ Quantum mihi provinciae deſumpſerim, quum emendandum Plutarchi volumen accepi, non modo tu..... ſed ipſi in primis literarum profeſſores, ac deinde quisquis Minervam colit, judicare poteſt, ſi modo primam illam impreſſuram Venetam a Nicolao Jenſone excuſam, utpote caeteris meliorem immo reliquarum originem fontemque perlegerit. Vel ab ipſo libri capite & Theſei vitae principio, ac deinceps plurimis locis ita mutilatae, inverſae, atque ex ſuperfluo adjunctis verbis legebantur, ut nec cohaererent ſenſus nec... Quod niſi, praeter pauxillum id ingenii quod nobis natura conceſſit, cum graeca quaedam tum vero latina ac manu ſcripta exemplaria multo cum labore.... ſuppetias tuliſſent: iis enim freti late ſcatentes errores expunximus, ſupra tria erratorum millia quæ caſtigavimus, offenderentur: praeter barbariem cacographiae paſſim codicem ferme totum occupantem. Id tamen onus quamquam graviſſimum libenter aſſumpſi.... Quinque autem praecipui utriuſque noſtrum (ſui & Jacobi Britannici) ſtudii ab hoc emptores volumine peculiariter conſequentur: caſtigationem; titulos in ſingulis paginis cujuſque vitae; foliorum numerum prima quaque pagina annotatum (1); expoſitionem in marginibus vocabulorum, claſſium, exercituum, &c. Poſtremo quod palmarium exiſtimo, ad alphabeti perpetuum ordinem digeſta annotatio praedictorum, ut quam facillime inveniri poſſint, quoto quaeque folio contineantur „.

Poſtremis hiſce verbis ſatis declaravit Pylades ſuae hujus editionis praerogativas, ut non neceſſe ſit fuſiore oratione eas perſequi. Addi tamen poteſt, ultimo folio recto haberi etiam indicem vitarum in volumine contentarum, cum deſignatione folii, ubi unaquaeque quaerenda eſt: ſolae autem reclamantes omiſſae fuerunt. Quaecunque autem ſint hujus editionis praerogativae, eae certe majores fuiſſent, ſi vitarum Plutarchi verſionibus praemiſſae fuiſſent interpretum Epiſtolae cum nominibus eorum ad quos ſcriptae fuerunt, ſicuti factum eſt in Romana editione a Jo. Antonio Campano curata. Tunc enim non modo Plutarchi hiſtoriae, ſed & ipſorum interpretum integri labores in publicum correcti

(1) Poſtremus numerus eſt CCCIIII., quo tamen numero non comprehenduntur quatuordecim priora folia, de quibus ſupra diximus, propriis ſignaturis a ſequentibus diſtincta; neque omnium noviſſimum quod indicem vitarum continet.

cti & emendati, elati fuissent. Falso praeterea suppofuit noster Pylades Jensonianam editionem esse omnium primam: hanc enim aliquot annis praecessit Romana, aliaque aetate ipsi quam proxima, sed loci incerti. Exstat in Casanatensi & in Angelica. BRIXIA

IV.

„ THEOPHILI BRIXIANI, item PAMPHILI SAXI varia Carmina:
„ Brixiæ per Bernard. Misintam 1499. 4.

Denisius, pag. 461. ex Biblioth. Caesar.

V.

PAMPHILI SAXI Poetæ lepidissimi.

Epigrammatum. Libri quatuor.

Disticorum. Libri Duo.

De Bello Gallico.

De laudibus Veronæ.

Elegiarum liber unus.

Cum privilegio. Impressi.

*In fine:*

Angeli Britannici civis Brix. sumptu: Bernardinus: Misinta impressit: Impetrato privilegio ab illustris. D. D. V. ne quis librũ imprimere: aut alibi impressum ĩ sua Jurisdictione vẽdere audeat. Sub poena in eo irrogata. Brixiæ pridie nonas Quintiles. M. ID.

(*in* 4°.)

Praecedit Epistola Jo. Taberii Brixiani ad Heliam Capreolum, data Brixiae Id. Junii 1499. quae Epist. incipit primo folio verso, & desinit secundo recto, quod signatur *a*. Tertio folio signato *a* II. habetur Epistola ipsius Saxi ad Sigism. Gonziacum; quarto signato *a* III. incipiunt Epigrammata. Ultimum folium exhibet correctionem erratorum. Editio est optimo charact. Rom. cum signaturis tantum, quarum duplex habetur series: prima terminatur in *q* IIII. (loco *q* posita fuit litera *a*), altera, in H. IIII. Post Elegias Auctoris sequitur carmen Baptistae Mantuani ad ipsum Saxum, in cujus calce legitur subscriptio; & hoc carmen signatum est *r*. & *r* II. Exstat in Angelica.

Brixia

MD.

I.

OPVS PRECLARVM MEL
lifluí Doctoris : atq; divinorum solertissimi archano-
rum exploratóris Divi BERNARDI Abba-
tis Clarevalensis (*sic*) : Cantica Cantico-
rum multifariã interpretantis.

Serve dei Bernarde meis ne desere ceptis.
Quem precibus sacris devotum nomine dicunt.
Me superum magno rectori trade volenti.
Auxilio cujus concrescunt omnia cepta.
Da pater ardenti servo qui numen adorat.
Gregorio fratri : nato de stirpe britanna.
Artificis magni pro summis laudibus instat.
Hoc opus impressum reddat pro nomine sancti.

*In fine* :

Expliciũt sermones devotissimi Ber
nardi abbatis super cantica canticorum
Salomonis: diligẽter impressi per magi-
strum Angelu; Britanicum. Brixie. An
no domini M. ccccc. die. xxviii. Ianuarii
Existente pretore. Magnifico Dominico
Tarvisino viro dignissimo. Venetiis im
perante Serenissimo principe Augustino
barbadico.

*Seq. columna.*

Registrum.
a b c d e f g h i k l m n
o p q r s
Omnes sunt quaterni preter s qui est
duernus.

*Infra, insigne typogr.*
(*in 4°. par.*)

Duo praecedunt folia minime signata; quorum primum rectum exhibet allatam inscriptionem, cum subjuncto Epigrammate. Idem versum & totum secundum, indicem sermonum in vol. contentorum, qui sunt num. LXXXVI. Signaturae incipiunt a primo fol. 1. Sermonis & pertinent usque ad s 11. ut in registro dicitur.
Duabus columnis Gothic. charactere sed nitido impressum est opus, in quo adhuc desunt numeri; adsunt tamen custodes quaternorum. Exst. in Casanat.

II.

II.

„ S. ANTONINI Summula Confessionis . II. Eiusdem decisiones in „ Foro conscientiæ . III. ANGELICI de PERIGLIIS tractatus de „ societatibus . Ad hujus finem legitur : *Ad honorem & laudem Dei* „ *eiusque Marie* (1) . . *Impressit hoc opus defecerunt nuncupatum cum* „ *multis additionibus : ut quisque intueri potest : Angelus Britannicus Ci-* „ *vis Brixianus . die* XXVII. Feb. M. CCCCC. *in* 8°.

Placidus Braun in *Notitia de libris ab artis typogr. inventione usque ad annum MD. in Biblioth. lib. & Imper. Monasterii ad SS. Vdalricum & Afram Augustae exstantibus*, par. II. pag. 322.

III.

„ Regula musicæ planæ venerabilis fratris BONAVENT. de BRI- „ XIA ord. Minorum seu Beviloquium (2) musicale . *Accuratissime* „ *impressum per Angelum Britannicum sub die* III. *Septembris* 1500 „ ( *Brixiæ* ) . In 4°.

Haec Laerius in Indice librorum ab inventa typographia ad annum 1500., *par. II. pag.* 256.

IV.

Tractatus de modo visitan
di: & corrigendi subidi. (*sic*)
tos : & de modo inqui
rendi contra eo.
rum defectus
perutilis .

*In fine* :
Impressum Brixie per Angelum Britannicum .
M. CCCCC.
( *in* 8°. )

Huic tractatui nullius auctoris nomen inscriptum est; vulgo tamen Jacobo Trajectano tribuitur. Post Opusculi finem sequitur ejusdem Oratio habita in S. M. Montis Oliveti anno 1497. tempore Capituli gen. Editio est charact. Rom. cum signaturis, & laudatur a Maettario, tom. 1. pag. 725. Exst. in Angelica.

V.

„ PYLADAE BVCCARDI Annotationum libellus, quo Alexandri „ grammatici nugæ confutantur . Brixiæ 1500. per Iac. Britannicum.

Hujus editionis locupletissimus testis est Card. Quirinius in suo de Brixiana lite-

(1) Sic apud Braunium.
(2) Sic in *Indice* Laerii.

BRIXIAE literatura opere, parte 2. pag. 4. seqq., ubi ex eadem, Auctoris Epistolam nuncupatoriam ad Heliam Capreolum recitat, ne uno quidem omisso verbo.

VI.

„ A. FLACCI PERSII Satyræ cum commentariis Ioannis Britannici ad Senatum Populumque Brixianum. Impresse Brixie per Iacobum Britannicum Brixianum anno Domini M. CCCCC. die XVI. Luii (*sic*). in folio.

Editionem referunt Mittarellius inter impressos codices Saec. XV. exstantes in Biblioth. S. Michaelis Venet. prope Murianum, pag. 339. & Pl. Braun in *Notitia de libr. Biblioth. Monast. SS. Vdal. & Afrae*, ante laudata, par. II. pag. 322. De eadem silet Quirinus in Brixiana literatura.

VII.

Sonetti e capituli del claris
simo poeta miser PAM
PHILO SASSO modene
se. Cum gratia et
privilegio.

*In fine*:

Opera & impensa Bernardini misintæ impressum est hoc opusculum Brixiæ sub auspicatissimo Augustini barbadici scæptro(*sic*) Venetorum duce trecentesima christianorum olympiade: cum gratia & privilegio.
(*in* 4°.)

Nuncupat Saxus sua haec carmina Elisabethae Gonzagae Urbini Ducissae, Epistola prosaica eisdem præposita, quæ incipit a primo folio verso, & per totum sequens extenditur. Primum rectum sistit allatum titulum, *Sonetti*, &c. Gothico grandiori charactere excusum: reliqua omnia sunt Romano charactere, multo minori, non invenusto. Epigrammata (Sonetti) sunt numero 407. Capitula XXXVIII. uti demonstrant numeri cum illis, tum hisce praepositi. Inter Capitulum autem XXVII. & XXVIII. interpositae sunt Eclogae V. quarum in titulo nulla fit mentio. Post plagulam operis ultimam, in qua occurrit subscriptio, duae aliae sequuntur, quae errata ab impressoribus admissa continent. Ad horum calcem legitur:

Registrum.
Oēs sunt quaterni p̄ter
f h k m o q s u y A C E
G I K sūt terni p vacat.

Exstat in Casanatensi.

EDI-

# EDITIONES BRIXIANAE

*Saec. XV. sine anni nota.*

## I.

„ PHALARIDIS Epiſtolæ a Franciſco Aretino Latine redditæ.
„ In fine. *Brixiæ Thoma Ferrando Auctore Kalendis Septembris*. Sæc.
„ XV. in 4°. *Exemplar nitidiſſimum*.

Haec cl. Morellius in *Catal. Biblioth. Pinell.*, tom. II. p. 213. Editionis exemplum poſſidet Excell. Ball. C. Valentius Gonzaga, Mediolani. Perperam vero Deniſius, pag. 638. poſt verba, *Thoma Ferrando Auctore*, ſubjunxit, (*non Typographo*): Ferrandus enim non modo hujus editionis typographus exſtitit, ſed & alterius (1) longe majoris molis; qua antiquiorem, alteriuſque typographi nomine notatam, inter Brixianas editiones certo detegere Bibliographorum nullus hactenus valuit. Vide pag. 136. ſeq. hujus Speciminis.

## II.

I. D. IVVENALIS & A. FL. PERSII Satyræ.
*Ad calcem* Perſii:
() 1. FINIS 1. () BRIXIE.
(*in fol. par.*)

Editio antiqua valde ſine ſignaturis, numeris, cuſtodibus ac regiſtro, charactere rotundo, cum literis initialibus verſuum a ſequentibus aliquantulum diſtitit. Juvenali nullus praeponitur titulus, nec Satyrae inſcriptione aliqua aut numero prænotantur; ſed inter praecedentem & ſequentem ſatis ſpatii vacui relictum eſt, ad titulum vel numerum manu, vel alio modo adjiciendum. Aliter factum eſt in Perſio, in quo primo legitur: *Auli Flacci Perſii Satyra prima*; deinde *Satyra ſecunda*, & ita porro. Juvenalis paginae ſunt 116. Perſii 20. (2) Nullus bibliograph., quod advertere potuerim, memorat hanc editionem: non Quirinus, non Fabricius, non Erneſti, non Deburii, non Morellius, non Deniſius, non Auctor Dictionarii Bibliographici editi Pariſiis anno 1791., non, &c.
Cum exemplo olim mihi commodato a cl. Can. Alb. Devoti, & quod nunc ornare intelligo ſelectiſſimam Bibliothecam Excell. Ducis Caſſani Serrae, Neapoli, conjuncti erant D. CALDERINI *in Juvenalis Satyras Commentarii*, ex alia tamen editione, & charactere minori, valde eleganti, temporiſque poſterioris, & cum ſignaturis: qui fortaſſe & ipſi Brixiae lucem viderunt.

## III.

„ Epiſtolæ Magni TVRCI per Laudivium (Zachiam) Equitem Hie-
„ roſolymit. in latinum traductae. Brixiæ per Bernardinum Miſintam.
„ in 4°.

Ex

(1) Aliarumque fortaſſe mihi ignotarum.
(2) Uberiori illuſtrat. indiget haec editio.

BRIXIAE Ex Indice MS. selectissimae Biblioth. Excell. Ball. C. Valentii Gonzagae, Mediolano ad nos transmisso.

## IV.

Versi in laude de la lyra compo-
sti: per il clarissimo poeta miser
PĀPHILO SASSO Modenese.
*In fine*:
Brixie per Bernardinum de misintis.
(*in* 4°.)

Sub adducta inscriptione, quae est charactere Gothico magno, habetur figura Heliconis montis, in cujus jugo stat Pegasus, ungula saxum feriens; ad radices vero sedet Orpheus laureatus Lyram pulsans. Charta versa omnino vacat. Editio est eodem charactere ac *Epigrammata*, &c. impressa anno 1500., quibus tamen Poemation hoc antiquius esse, videtur indicare ejusdem impressura. Signaturis instructum est, quae non excurrunt ultra A III. Exst. in Casanat.

## V.

Capitolo De predestinatiõe: composto
per il clarissimo poeta Miser PAM
PHILO SASSO Modenese.
*In fine*:
Brixiæ per Bernardinum de misintis.
(*in* 4°.)

Paucioribus adhuc quam praecedens, foliolis constat alterum hoc opusculum: non enim sunt plura quam quatuor; & ex his primum non continet nisi allatum titulum, eodem Gothico charactere quo praeced. impressum; quartum autem versum omnino vacat. Ad calcem capituli habetur Epigramma, cujus haec est prima strophe.

Se ben Dio vede ogni cosa futura
E non se po mutar la sua scentia
Non e sogno pero: no e dementia
Affaticarse & aver di se cura

Et infra hoc Epigramma occurrit subscriptio, *Brixiæ*, &c.

Utrumque hoc opusculum numeris & custodibus caret; & exstat in Casanat. Exemplum secundi, quod exstat in Biblioth. Ducali Ser. Ducis Mutinae, referente Tiraboschio, imperfectum est, ed ideo subscriptione mutilum.

## VI.

Opera del Clarissimo Poeta. d. PAMPHYLO SASSO (*in V. Capitoli*).
*Sine loco & nomine typogr.*
(*in* 4°.)

Constat hic libellus ex duobus ternis, duobus duernis, ex folio uno, signatis li-

literis majusculis A. B. C. D. E., ac charactere majori & nitidiori charactere duorum praecedentium, quibus *Brixiae* & *Misintae* nomina inscripta sunt, excusum est; ut certo statuere non audeam, Brixiae lucem vidisse. Adest & aliud non omittendum discrimen. Superiora duo opuscula, sicuti & *Epigrammata Itala* ac *Capitula* anno 1500. vulgata, suis frontibus, in quibus eorum tituli grandi charact. Gothico, magnitudine *Canonis*, excusi leguntur, instructa sunt: hoc vero opusculum omni fronte caret; statimque incipit ab Epist. dedicat. cujus inscriptio est charact. rotundo minusculo ipsius opusculi, cujusmodi etiam est titulus totius opusculi primae paginae primi capituli praefixus: *Opera*, &c. Charta tamen, compositionis typographicae ratio, ipsorumque characterum idea eaedem sunt in omnibus hisce opusculis, uti & in opusculis Thebaldei infra referendis: & quod nonnulla animadversione dignum videtur, omnia haec opuscula, in Casanatensi, in unum idemque volumen congesta fuere, non heri aut nudius tertius, sed a tempore antiquo. BRIXIAE

Deest haec editio apud cl. Tiraboschium (Bibliot. Moden. tom. V. p. 31.), qui non aliam laudat editionem quam Brixianam anni 1502. cui adjunctus sit Epigrammatum liber, qui in hac desideratur: totum enim opus capitulis V. absolvitur, ad cujus postremi calcem legitur, *Finis*. Opusculum praeterea Italicis carminibus exaratum est, non Latinis, ut supponere videtur cl. Scriptor, qui totam opusculi inscriptionem, ac Maecenatis nomen Latine effert. Allatus titulus, *Opera* &c. legitur in fronte secundi folii recti; in summo primi habetur inscriptio Epistolae Auctoris, quae talis est: *Al Magnifico Joanne Antonio Agilario Capacio Conte de la Sumaglia. Pamphilo Saxo. S.* In qua inscriptione aut typographus corrupit Maecenatis nomen; aut illud corrupit Misinta in edit. an. 1502.; aut denique corruptum illud fuit ab impressore Mutinensi operis cl. Scriptoris, in quo pag. 31. loco *Agilarii*, legitur *Agislarius*, & loco *Capacii*, *Cassacius*. Verum quidem est & in hac nostra edit. capit. V. legi, *Agislarii* alibi *Agesilari*; & deinde *Agilarii*. Caeterum, *Cassacium* omnino corruptum esse puto. Haec Epistola, quae prosaica est, occupat totam primam plagulam, & ab ea incipiunt signaturae, quae pertinent usque ad E., uti vidimus. Custodibus, numeris & registro caret.

## VII.

I. DIALOGVS de contemptu mundi: Interlocutores: Dorias: Philonus: ꝛ Hilarius:

II. Paternum morientis Tobie CONSILIVM.

III. Divine legis ꝑCEPTVM per os profete ad populum Israel.

IV. SALVTATIO nativitatis domini nostri iesu christi ad populos fideles.

*In calce:*

FINIS.

Brixię impressum per Bernardinum de misintis.

(*in* 4°.)

Exiguus libellus, ex quatuor tantum plagulis constans: quarum priores duas occupat primum opusculum; alias duas, tria, quae sequuntur. Eodem rotundo ac minuto charact. excusus est ac Mafei Vegii (ad quem fortasse pertinet) *Dialogus Verit. & Philalites ad Eustachium* sub anno 1496. relatus, sine signaturis, numeris, &c. Exst. in Corsiniana.

BRIXIÆ

## VIII.

## PYLADAE GENEALOGIA.

( *in* 4°. )

Editionem hanc ignoravit Em. Quirinus, qui in suo opere de Brixiana literatura, par. 2. pag. 296. loco primariae hujus editionis citat duplicem Hesiodi Theogoniae Basileensem editionem Saec. XVI., utrique quarum adjunctum fuit hoc Pyladae opusculum. Inscriptum ab Auctore fuit Lucae Tertio, Brixiano patricio, Epigrammate, quod legitur primo folio verso, cujusque inscriptionem quatuorque priores versus hic exhibemus.

Ad Lucam Tertium patritiorum Brixiæ Splẽdorẽ
Et Mecoenatem suum.
Pylades.
Tertie Cura poli Musarum gloria Lucas.
Carmine Divorum suscipe quaeso genus:
Quod Pylades nuper fictum tibi dedicat uni:
Dum sibi præsidii te satis esse putat.

Hoc eodem folio recto non aliud legitur nisi, *Pyladae Genealogia*, majusculis literis expressum. Inscriptio vero sequenti folio recto praeposita sic habet: *Deorum Genealogiae a Pylade versibus conclusae liber primus*: quinque autem sunt libri, carmen Elegiacum. Editio est optimo charactere Romano, cum signaturis tantummodo, quae pertinent usque ad *d* III., praecedentes scapi sunt quaterniones. Non dubito autem quin ex praelis Britannicorum prodierit, & verisimiliter, Jacobi. Exst. in Casanat.

## IX.

## „ HOMERI Ilias per Laur. Vallam in Latinum sermonem traducta.

Tres Latinae hujus Iliados Homericae versionis editiones Brixiae factas memorat Card. Quirinus, de *Brix. liter.* par. II. pag. 306. ex quibus prima anni 1474. & tertia anni 1497. suis locis in hoc *Specimine* descriptae fuerunt. Secundam autem *anni, loci & typographi notationibus destitutam*, (quam ad manus se habuisse dicit) ita priori *similem utramque invicem comparanti apparere* subdit, *ut eae ipsae notationes, & non aliae, ipsi quoque convenire censeantur*. Esto.

## X.

## D. I. IUVENALIS Satyrae cum Comment. Io. Britannici.

Quirinus de *Brixiana liter.* par. I. pag. 145., ubi editionis exsistentiam deducit ex Epistola quadam B. Ascensii data 1498. quae legitur in editionibus Juvenalis *cum familiaribus expositionibus* ejusd. Ascensii. Nullum tamen hujus Brix. edit. exemplum citat ipse Quirinus. Opportune autem Ernesti, *Biblioth. L. Fabricii* lib. II. p. 359. laudata edit. Brixiana Juvenalis cum Britannici comment. anni 1501. a Quirino memorata, in subjecta annot. haec subjicit: *Ante hanc aliam editionem factam, disputatur in Brixiana literat. pag.* 145. *e praef. ed. Ascens.*

„ Incomincia el libro nomato OVIDIO de Arte amandi. *Ad calcem*: In Brescia per Bernardinum de Misintis de Papia die XIII. „ Zugno. M. CCCC. C LIX.

Denisius, pag. 630., addita hac annot. *Typographus hic ultima saeculi decade inclaruit, sed annum non extundo*. Ipsum tamen non sine multo labore extudit Ferdinandus Giandonati in nova edit. Biblioth. Ital. N. Fr. Haymi, tom. I. pag. 327., ubi septem hujus versionis editionibus *in* 8. numeratis, octavam *in* 4. iis adjungit his verbis: &c. *Brescia per Misintis* 1559. *in* 4.

Nec videtur Jandonatus frustra locutus fuisse: ante ipsum siquidem cl. Quadrius (*Storia e Ragione di ogni Poesia*, vol. II. pag. 213.) agnovit quemdam Bernardinum de Misintis de Papia, qui hoc ipso anno 1559. eademque die 13. Junii, vulgavit Brixiae Ant. Thebaldei opera: *E in Brescia* (ait) *per Bernardino de' Misinti de Papia a* 13. *di Giugno del* 1559. *in* 4. Non est autem quod quis dubitet de exsistentia alterutrius ex duabus hisce editionibus: utramque siquidem simul conjunctam vidit Argelatus in Biblioth. Coll. Braidensis, uti ipsemet narrat in sua Biblioth. de'Volgarizzatori edit. 1767., tom. IV. pag. 158.

## XI.

„ Hoc in volumine continentur: POMPONII Epistola ad Augustinum Mapheum. C. CRISPI SALLVSTII Bellum Catilinarium „ cum Commentario Laurentii Vallensis. PORTII LATRONIS „ Declamatio &c.... C. Crispi Sallustii Vita Romae per Pomponium emendata, Brixiæque per Iohannem Britannicum diligentissime revisa.

(*in fol.*)

Refert hanc edit. Sal. M. de Blasis, tom. XX. *di opusculi di Autori Siciliani*, pag. 411. nil tamen de loco ejusdem pronunciat; & recte quidem: nam etsi nomina literati Brixiani ipsiusque Brixiae in ea inscripta suspicandi locum praebere possint, ipsam in ea urbe forsitan prodiisse; qui tamen eam ob causam ita statueret, valde jejunum in Historia Bibliographica se ostenderet.

Hic vero obiter observabimus P. de Blasis praeter rem annotasse, Card. Quirinum in suo de *Brix. literat.* opere nil de hoc Jo. Britannici labore dixisse: Quirini enim opus, uti ipsum habemus, non versatur nisi circa Poeticam, Grammaticam & Oratoriam.

## XII.

„ AVLVS GELLIVS fol. Brixiæ impressus, sine anno & nomine „ impressoris.

Orlandius, *Origini* &c. pag. 164.

## XIII.

„ PSALTERIVM Hebraicum. in 12.

BRIXIAE Ignotissima haec edit. certissime prodiit Saec. XV. eodemque charact. excusa est ac editio Brixiana Psalterii anni 1494. sub eo anno memorata; a qua tamen facillime distinguitur ratione formae, quae est 12. cujusque paginae lineas 16. continent; cum illa sit formae 16. vel 24. nec plusquam lineae 13. in ejusdem paginis numerentur. Editionis fragmentum possidet cl. Jo. Bernardus de Rossi, qui de eadem sermonem habet in libro *de ignotis nonnullis antiquissimis Hebr. textus edit.* cap. VIII. pag. 13.

## XIV.

„ PYLADAE BVCCARDI Grammaticarum Institutionum Regulae,
„ & Scholasticum de ipsis Carmen. Brixiæ, *ante annum* 1498.

Memoratur haec edit. Brixiana, teste Quirino, in edit. anni 1498., quam vide suo loco.

## XV.

Opere del THEBALDEO
da Ferrara cũ tabula
Sonetti cclxxxiij
Dialogo i
Epistole iii
Egloge iiii
Desperata j
Capitoli xix

Edidit haec carmina Jacobus de Thebaldeis Auctoris consobrinus; eaque dicavit Marchioni Mantuae brevi Epistola, quae legitur primo folio verso. Eodem recto habetur allatus titulus, Gothico grandiori charactere exaratus, sicuti sunt tituli operum & opusculorum Saxi, de quibus jam diximus. Sequenti folio recto incipit voluminis tabula, praefixo hoc titulo:

Tavola de la ꝓsente opra (*sic*) secōdo lordīe de lalphabeto.

quae octo integras occupat paginas, rotundo charact., minori quam sit character ipsius operis, excusas. Sextum folium, sive plagula omnino vacat. In primo hoc ternione sola signatura A III. tertiae plagulae subscripta habetur. Sequitur deinde opus ipsum signatum literis minusculis incipientibus ab *a* & desinentibus in *q* III. Numeris, custodibus & registro caret. Operis character non modo Romanus est, sicuti est character tabulae, sed etiam eodem ( uti jam diximus ) major & elegantior: hisque duabus dotibus antecellit etiam characterem, sive characteres opusculorum Saxi, quae cum eodem in Casanat. Biblioth. colligata sunt.

Nec Quadrius, neque alius quispiam Bibliographus, quod advertere potuerim, perrarae hujus editionis mentionem ullam facit. Septem Thebaldei operum editiones numerat Quadrius: singulas cum nota loci & anni; ex quibus antiquior est Mutinensis anni 1498., recentior, Brixiana anni 1559. per *Bernardinum de Misintis* de *Papia*. In Dictionario tamen Bibliographico *des Livres rares* edit. Paris. anno 1791. tom. III. pag. 103. refertur & editio Florentina, facta *a petitione di Pietro Pacini da Pescia*, circiter *annum* 1490. quae omnium prima dicitur, & Parisiis venundata prae-

pretio 59. librarum Gallicarum, obolorumque 19. Apud neutrum tamen ex duobus BRIXIA hisce copiosioribus Thebaldei editionum scriptoribus, ullum hujus nostrae edit. vestigium occurrit; multoque minus apud Haymum, Deburios, Morellium, Laerium (1), &c.

Quid ergo de ipsa existimandum erit? Brixiaene eam prodiisse affirmabimus? Non affirmabimus quidem; sed probabile tantum esse dicemus, exemplo Casanat. Bibliothecae moti, quod cum aliis ejusdem generis opusculis Brixiae certe impressis, quorumque characterum, & typogr. constructionis formam imitatur, ab antiquo colligatum est.

O

„ HELIAE CAPREOLI Chronica de rebus Brixianorum ad S. P. Q. „ Brixianum.

*In calce:*

FINIS.
Omnes sunt terni præter M. N. qui sunt duerni.
OPVS BRIXIÆ DILIGENTER IMPRESSVM
PER ARVNDVM DE ARVNDIS HORTA
TV ET AVSPITIO CLARISSIMI. D.
D. FRANCISCI BRAGADINI VR-
BIS ET AGRI PRAETORIS
IVSTITIA PIETATE ET
SAPIENTIA INTE
GERRIMI.
CVM PRIVILEGIO.
(*in fol.*)

Octo praecunt folia, nullis nec literis, nec numeris signata, in quibus sequentia continentur: I. *Index eorum, quae praecipua in hoc opere per chartas continentur*; II. *Correctiones errorum huic operi admissorum* cum subjecta brevi Arundi Epistola ad L. III. *Baptistae Mant. Carmelitae.... in Heliae Capreoli de rebus Brix. Chronica*, carmen; IV. Auctorum nomina ex quibus *haec Chronica constant*.

Sequitur deinde opus ipsum in XII. libros tributum, praefixo eidem Auctoris prooemio ad S. P. Q. Brixianum; a quo prooemio incipiunt chartarum numeri & foliorum signaturae: ex quibus illorum postremus est LXXIII., harum ultima N. II. Custodes quoque adjecti fuere, sed non ubique; character Romanus est & pulcherrimus.

Editionem hanc Saeculo XV. adscribunt Maettarius & Orlandius; sed perperam: ipse enim operis auctor Capreolus legenti demonstrat, eam ad Saec. XVI. pertinere: folio siquidem 73. pag. I. sic scribit: *Poteram sane huic libro & hisce chronicis nostris jam calcem ponere, tum quia liber ipse satis longus est & copiosus; tum quod pulchrius fortasse visum esset nostram hanc una cum anno MCCCCC. claudere historiam quam alium ex sequentibus participare annum.* Viderat ergo Capreolus, cum haec scribebat, aliquem ex annis, annum 1500. insequutis; adeoque

(1) Unum eundemque Poetam in duos distinguit hic Bibliographus; quorum alterum vocat *Antonio Thebaldeo*, alterum *Thebaldeo da Ferrara*, & utrique eadem adscribit opera, in *Indice Librorum ab inventa typogr.* &c. tom. II. pagg. 246. 258. 396.

BRIXIAE que ante ejusmodi annos, non modo opus typis excusum non fuerat, sed ne absolutum quidem. Minus idonea ratione ad idem demonstrandum utitur D. Clementius: *Comme Capreolus* (inquit) *Biblioth. curieuse*, tom. VI. pag. 239. *a continué son Histoire imprimée jusqu' à l' an* 1500. *il est evident, qu' elle n' a vu le jour qu' au commencement du Seizieme Siecle*. Exstat rara haec editio in Casanat.

CAJETAE

# CAJETÆ.

## MCCCCLXXXVII.

### I.

Formulario de epistole vulgare missive e responsive ꝛ altri fiori de ornati parlamenti allo excelso ꝛ il lustrissimo principe signore Hercule da esti dignissimo duca di Ferrara: composto ꝑ CHRISTOPHORO LANDINI citadino di Firenze: dignissimo comentatore di Danti. E prima elprohemio..

*In fine*:

Explicit Formulario de Epistole missive e responsive ꝛ altri fiori de ornati parlamenti. Impresso nella alma ꝛ inclita cita de Gayeta per mi. A. F. 1487.

(*in* 4°. *par.*)

Subscriptionem proxime praecedit registrum libelli, in quo sex foliorum fasciculi descripti sunt, quorum unusquisque duo tantum foliorum initia exhibet, licet quatuor ex ipsis quaterni sint, alii duo terni: quod tamen dignosci non potest nisi singulorum evolutione. Tres priores, alphabeti literis utcunque signati sunt; alii tres minime, Sigla autem A. F. quibus nomen suum indicavit typographus, designare Andr. Fritag, qui deinde Romae impressit, & inter caetera anno 1492. hoc ipsum opusculum, nullus plane dubito. Character Gothicus est non contemnendus. Prae manibus habui hunc libellum; quem propter iniquum ejus pretium acquirere nolui. Vid. Catalog. Libr. M. de Romanis impress. 1791.

## MCCCCLXXXVIII.

### I.

„ El dialogo di Messer Sancto GREGORIO Papa volgarizzato, con
„ la Vita di esso Papa. (*in fine*): Impresso in Gajeta per Maistro Iu-
„ sto nel M. CCCC. octantaocto. XXIII. de Marzo. (*in fol.*)

Exemplum hujus edit. quae rara est, exstat Parisiis in Bibliotheca Regia, & refertur in ejusdem Catalogo, Theol. num. 919. pag. 392. De ea confer Paitonum, *Bibliot. degli Autori antichi volgarizz.*, tom. 2. pag. 173., & cl. Mercier, *Supplement a l'hist. de l'Imprimerie* de P. Marchand, pag. 103.

CA-

# CALLII.

## MCCCCLXXV.

### I.

MAFEI VEGII LAVDENSIS POETAE CE
LEBERRIMI DE MORTE ASTIANACTIS
OPVS IOCVNDVM ET MISERABILE.

*In fine*:

Anno Gratiæ. M. CCCCLXXV. tertio Kalendas
Iulii. Hoc opuſculum Callii impreſſum ē Tēpore
Domini FEDERICI Illuſtriſſimi Vrbinatium du
cis. ac ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Gōfalonerii.

Laurentii Abſtemii Maceratensis carmen.

Ingenium ne forte putes non eſſe Latinis:
Qui tantum Gallos Teutonas atq; probas
Hoc media Italia geniti impreſſere Robertus
Cum Bernardino quod breve cernis opus.

(*in* 4°. *majori*.)

Sex tantum ſunt opuſculi plagulae rotundo quidem, ſed non ſatis elaborato charactere, ſine ſignaturis, numeris, & cuſtodibus, excuſae. Ad calcem opuſculi (quod deſinit folio recto) legitur octaſtichum Auctoris ad Marchettum quendam, quo ei illud nuncupat:

Ccipe quē ſcripſi nuper Marchette libellum
Et nr̄o æternum munere nomen habe.
&c.

Litera i punctulo plerumque deſtituitur; abbreviaturae paucae. Character Orationis Campani mox recenſendae, nonnihil major eſt ac nitidior. Exſt. apud Ill. C. Aſtorrium & Can. Devoti.

## MCCCCLXXVI.

### I.

IOANNIS ANTONII CAMPANI
FVNEBRIS ORATIO PRO BAP
TISTA SPHORTIA VR-
BINI COMITISSA AC
PRINCIPE ILLV-
STRISSIMA

In

CALLII

*In fine* :

Callii . Anno Salutis . M. CCCCLXXVI.
In kl'n Mar.
(*in* 4°.)

Opusculi plagulae omnino sunt XXIV. ex quibus prima anteriore facie allatum titulum, posteriore Epistolam Campani ad quendam Salviatum exhibet: quatuor aliae, praeter ultimas ejusdem Epistolae lineas, (septem sunt) sistunt nomina eorum qui ad exequias convenere: post quae haec de ipso Campano leguntur:

Ioannes Antonius Campanus Antistes
Prutinorum Tudertinorum Guberna-
tor orationem funebrem habuit: a Six-
to Pont.max. ad eam rem missus: comi-
tes equestres Duodecim.

Reliquae XIX. ipsam continent Orationem, ad cujus calcem legitur, *Calii An.* &c. tacito nomine typographi (1). Excusa est charactere Romano, charact. praeced. opusculi majori, qui ad formam charact. Romani grandioris a Lavero adhibiti accedit; sine signaturis, numeris & reclamant. Exst. in Casanat. in Corsin. &c.

II.

„ SERVII HONORATI Libellus de ultimis Syllabis, & Centi-
„ metrum ex recensione Laurentii Abstemii. *Callii, Robertus de*
„ *Fano & Bernardinus de Bergomo*, 1476. *in* 4°.

„ Servii opuscula ab Epistola dedicatoria incipiunt ( verba sunt cl. Morellii, „ tom. III. Catal. Biblioth. Pinell. pag. 24. 25.) cujus inscriptio est: *Illustri ac eru-* „ *dito Principi Domino OCTAVIANO Ubaldino Comiti Mercatelli Laurentius* „ *Abstemius Maceratensis* S. P. D. In fine vero libelli haec sunt:

„ *FEDERICO illustrissimo Urbinatium Duce: Regio capitaneo generali: ac Sa-* „ *crosanctae Romanae Ecclesiae Vexillifero dignissimo regnante. Inclyto principe* „ *OCTAVIANO ejus fratre benignissimo savente: auxilianteque: Robertus de Fa-* „ *no: & Bernardinus de Bergomo: plura* (2) *opera cum hoc impressere. Callii.* „ *Anno. Salutis.* MCCCCLXXVI. XV. *Octobris.*

„ Paginae duae totum libellum complent; quarum altera hexastichum hoc habet:

„ *Servius haec fecit: Maceratae Abstemius ortus*
„ *Correxit: monitis OCTAVIANE tuis.*
„ *Cum Bernardino Calli impressere Robertus:*
„ *Pacifico SIXTI tempore pontificis.*
„ *Tunc Dux Urbini FEDERICUS signa gerebas*
„ *Ecclesiae. tanto quae fuit aucta duce.*

„ Pagina altera *Registrum totius operis habet.*
*Accedunt* &c.

CA-

(1) In exemplis Corsiniano & Pinelliano habetur plagula addititia, sistens idem Laurentii Abstemii carmen, quod legitur sub subscriptione opusculi Mafei Vegii antea recensiti, quae plagula in Casanat. deest. Ex tribus autem opusculis Callii vulgatis, de quibus ad hanc diem intellectum est, omnium postremum est *Servii Honor. Libellus de ultimis Syllabis*, &c. a quo tamen initium imprimendi ea in urbe factum fuisse fidenter statuit Laerius, in suo Ind. *Librorum Saec. XV.* tom. II. pag. 43.

(2) Quae sint *plura* haec *opera*, *cum hoc impressa*, praeter duo jam descripta, me prorsus latet.

CAMBERII.

# CAMBERII.

## MCCCCLXXXIV.

I.

„ Le LIVRE de Baudoin Comte de Flandres, & de Ferrant Fils au „ Roy de Portugal. Chambery, Ant. Neyret 1484. in fol.

## MCCCCLXXXV.

I.

„ Le LIVRE de, Bonnevie appellé Mandevie. Chambery, Ant. „ Neyret 1485. *in* 4°.

## MCCCCLXXXVI.

I.

„ Le LIVRE du Roy Modus & de la Reine Racio sa femme. „ Chambery, Ant. Neyret 1486. *in fol.*

Tres hac Camberienses editiones memorat cl. Mercier in suo ad P. Marchandii Hist. Typographicam Supplemento, pag. 97. easque raras & Maettario ignotas fuisse notat, quod verissimum est. De priore, quam refert laud. Marchandius, pag. 79. observat eam esse secundam ejus operis editionem; prima enim prodiit Lugduni 1478.

# CARMANIOLAE.

Et in hac civitate ante Saec. XV. finem libros excusos fuisse narrat cl. Joseph Vernazza in sua Lectione *Sopra la Stampa*, pag. 12.; nullam tamen specialem laudat editionem.

# CASALE S. EVASII.

## MCCCCLXXXI.

I.

„ Interpretatio Epistolarum Heroidum OVIDII non ad ostenta„ tionem ingenii sed ad communem utilitatem ab Hubertino co-

CASALE S. EVASII. ,, gnomine *Clerico*, Crescentinati edita: impressa est in loco Casalis
,, S. Evaxii, anno salutis humanae MCCCCLXXXI. octavo Idus
,, Septembris, prædicto Vbertino, artem dicendi in ipso loco Ca-
,, salis publice interpretante, salario & stipe ipsius civitatis....
,, Impressit Gulielmus de Canepa nova de Campanilibus, de san-
,, cto Salvatore.....

Duae praecedunt Epistolae: prima Antonii Volsci Privern. ad Ludovicum Diedum Patritium Venetum, cujus fragmentum recitat Mittarellius in Append. ad Codd. MSS. Bibliothecae S. Mich. Venetiarum prope Murianum, col. 486.; altera longe prolixior ipsius Hubertini ad Guidonem de S. Georgio Blandratae Comitem, quae tota est in laudem Marchionum Montisferrati; eamque ob causam integra refertur ab eodem Mittarellio, col. 308. & seq. Ante Mittarellium editionem noverat, descripseratque cl. Saxius in Historia Typogr. Mediolan. col. 271. atque alterutrum eorum, vel si libuerit, utrumque adire poterit L. qui de ea plenius intelligere voluerit.

## CASALE MAJORI.

### MCCCCLXXXVI.

### I.

,, MACHAZOR Italicum, seu compendium precum, quae ex
,, Italicarum synagogarum ritu receptis anni festis recitantur. *In*
,, *calce*: Fuit autem initium ædificii hujus libri per nos Soncina-
,, tes in urbe Soncini mense tisri anno CCXLVI. sexti millenarii,
,, eumque absolvimus hic casale majori Feria II. hebdomadæ die
,, XX. mensis elul anno quinquies millesimo ducentesimo sexto a
,, creatione mundi, *Christi* MCCCCLXXXVI. Benedicatur, *&c. in* 4°.

Haec cl. Jo. Bernardus de Rossi in *Disquisit. de Hebraicae typogr. Origine*, &c. p. 28. & seq., ubi praecipua, quae ad *nitidissimae*, uti ipse ait, & *absolutissimae* hujus *Hebraicarum precum editionis* notitiam pertinent, accurate persequitur.

## CASELLIS * *in Pedemontio*.

### MCCCCLXXV.

### I.

,, VITÆ ET EXORTATIONES SS. Patrum.

Viti-

(*) Parvus est pagus Dioecesis Taurinensis chartariis officinis insignis.

*Ultima pagina legitur*: CASELLIS

„ Per clarissimum medicum & philosophum dominum magistrum
„ Pantalionem. Perque Iohannem Fabri galicum egregium artifi-
„ cem. DE VITIS SANCTORVM PATRVM volumina in Casel-
„ larum oppido feliciter impressa sunt. Anno Domini M.CCCC.
„ LXXV. heroys calidoney (1) luce penultima mensis augusti. Amen.
(*in* 4°.)

Primus, quod sciam, qui hanc editionem studiosorum vulgo patefecerit, est Prosper Marchandius, qui eam recenset in sua historia typographiae pag. 68., sed non satis feliciter. Primo enim in eo errat quod *Casellarum oppidum* designare urbem *Casbel* (Latine Cassiliam) in Irlandia existimat. 2. Quod opus ab ipso Pantalione elucubratum fuisse somniavit, omnesque Bibliographos & Historiae Ecclesiasticae Scriptores nihil omnino de hoc Auctore hactenus fuisse subodoratos. Utrumque errorem egregie confutavit cl. Mercier, in suo ad Marchandii opus Supplemento pag. 72. seq.; qui etiam longe melius cuncta, quæ ad editionis perfectam notitiam pertinent, exposuisset, si aliquod ejus exemplum ipsi videre contigisset; quod nullo modo, quacunque adhibita diligentia, sibi evenisse ipsemet narrat. Quae autem apud cl. Auctorem desiderari possunt, supplevit cl. Joseph Vernazza (qui editionem tractavit) in opusculo, cui titulum fecit, *Lezione sopra la Stampa*, pag. 27. & seq., ex qua titulum et subscriptionem, quales hic exhibentur, exscripsimus. Post titulum ac subscriptionem, memorat cl. Auctor quae in volumine continentur: „ Due sono (inquit) le operette contenute in „ questo libro. In primo luogo si legge *Divi Hieronymi libellus de vitis Patrum*. „ Poi vi sono *exortationes sanctorum Patrum perfectionesque Monachorum*: *quas* „ *de greco in latinum transtulit beatus Hyeronimus* „. Quibus ex verbis liquet, quantum a vero aberrarit Marchandius; quantumque inaniter de inventione novi Scriptoris Vitarum SS. PP. omnibus Bibliographis ignoti, sibi adblanditus fuerit. Pergit porro cl. Scriptor aliqua adjicere, quae ipsius sententiam, immo sententiam cl. Mercier & cl. Tiraboschii, de libro impresso in oppido Casellarum Pedemontii confirmant, a quibus tamen retractandis, ne justo longiores simus, supersedemus.

# CIVITATE AUSTRIAE.

## MCCCCLXXX.

### I.

„ PLATYNE: De honesta Voluptate & Valetudine. ad Amplissi-
„ mum. D. B. Roverellam S. Clementis Presbiterum Cardinalem.
„ *Ad calcem, ante opusculi tabulam*: Viri doctissimi Platyne opu-
dd 2 „ scul-

(1) De hisce vocabulis vide quae monet Vernazza, pag. 29.

CIVIT. „ scullum (*sic*) de obsoniis: ac de honesta voluptate & valetudi-
AUSTR. „ ne: impressum in Civitate Austrie: impensis & expensis Gerar-
„ di de Flandria. Venetiarum Duce Inclito Ioanne Mocenico No-
„ no Kalendas Novembris. M°. cccc°. lxxx°. Laus Omnipotenti
„ Deo. *in* 4°.

## II.

Comenza La Cronica De Sancto ISIDERO (*sic*) Menore: Con Alchune additione Cavate Del Texto Et Istorie De la Bibia: E del Libro De Paulo Orosio: E de Le Passione De Li Sancti.

*In fine:*

Finita La Cronica De santo Isidero Menore. In Cividal De Friuli. Nel Anno del nostro signore Iesu Cristo. 1480. Adi. 24. de Novembre. Laudato Sia Sempre El Nostro Signor Dio.

( *in* 4°. *par.* )

## III.

„ Epistolae CICERONIS.

Tres has editiones in Italiae finibus factas ignoravit Orlandius. Primam retulit Maettarius in suis Annalibus, pag. 495. n. edit., sed falso eam dixit in 8. Secundam, Marchandius in Historia *de l'Origine*, &c. *de l'Imprimerie*, pag. 73. affictа eidem subscriptione Latina, cum Itala sit. Primam agnovit etiam Vanthonus *in Append. ad Caveum*, pag. 190. Omnes autem tres referuntur in Novis Memoriis *per servir all'Istoria Letteraria*, tom. I. pag. 270. & seqq. ubi tamen prima tantum describitur. Primam denique et secundam accurate recenset etiam cl. Mercier in Suppl. *a l'Histoire de l'Imprimerie de Pr. Marchand*, pag. 85. & seq., videndus. Apparet vero diligentissimum Bibliographum secundam editionem minime vidisse; & ea, quae de ipsa refert, ex aliorum scriptis, Argelato puta, vel Paitono exscripsisse, uti ex subscriptione ab ipso recitata, & cum hac nostra, quae ex exemplo Biblioth. Casanat. accuratissime descripta est, collata, manifestum est. Editio est charact. Gothico non valde pulchro, cum signaturis tantum, quarum postrema est *f s*. Praecedentes scapi sunt quaterniones. Desideratur in hac edit. nomen typographi, quem tamen eundem esse ac superioris, non dubito. De tertia edit. nil aliud novimus, quam quod in supra citatis Memoriis legitur; nimirum in hac civitate impressas etiam fuisse *L'Epistole di Cicerone*.

CLA-

# CLAVASII.

## MCCCCLXXXVI.

### I.

In nomine domini nostri iesu christi. Amen.
Incipit prologus ĩ summa angelica de casibus conscientie per fratreʒ ANGELVM de CLAVASIO ordinis minorum vicarium generalem cismontanorũ fratrum observantie compilata cui premittitur primo prologus deinde subnectitur tabula contentoꝝ in ipsa declarativa. Incipit ꝓlogus

*In fine:*
Impressuʒ hoc opus Clavassii Anno Christiane salutis. M. cccc. octuagesimo sexto tertio idus may. Feliciter Imperantibus Innocentio octavo pontifice maximo: ⁊ Karolo Illustrissimo. duce quĩto sabaudie pedemontaneqʒ regionis.
( *in* 4°. )

Supra ejusmodi subscriptionem legitur:

Iacobinus de suigo de sancto Germano huius impressionis auctor ad lectorem.
Humano Angelicas qcũqʒ audire loquelas.
Ore cupis: præsens perlege lector opus
Hic sacros canones. Hic ⁊ civilia iura
Hic sancte invenies Religionis opes.
Maxima multoꝝ qd̄ vix dabat ante libroruʒ
Sarcina: id Angelica dat tibi summa brevis.
Angelus est auctor. Sacri decus ordinis ĩgens
Seraphici: ⁊ tante Religionis honos.
Auctoreʒ atquʒ opus impressum felicia dona
Clavassina tulit terra beata viro.
Nec Carleta minus gens felix unde creatus.
Angelus Angelicis dignus adesse choris.

Verso hoc folio habetur registrum foliorum & signaturarum, in quo descripti sunt 46. quaterniones, & unus sexternio. Duo ultima ultimi quaternionis folia omnino vacant.

Post

CLAVASII. Post haec in integris exemplis sequuntur alia decem folia seu integer quinternio signatus 1. 2. 3. 4. 5. cujus inscriptio est: *Rubricae juris civilis & canonici, & primo rubricae digestorum*; & primo *digesti veteris*.

Adductus fuit Auctor ad suum hoc opus typis tradendum rogatu Hieronymi Tornielli, cujus epistola ad ipsum data, in *qua orat ejus Reverentiam ut ipsum opus imprimi faciat*, una cum ejus responsione, qua votis ejusdem se annuere declarat, volumini praemissa fuit: *Quam* (Summam) (inquit Carletus) *ex quo ultra meam expectationem tot laudibus extollis, magistro Jacobino de S. Germano in prefata arte peritissimo, ut vivis tuis votis morem geram imprimendum transmitto: Vale*. Integram ejusmodi responsionem cum epigrammate Jacobini Suigi ad L. exhibet cl. Jos. Vernazza in sua de Typographia lectione, pag. 30. quod indicio est editionem ab ipso fuisse tractatam. Obiter hic annotabimus cl. Mansium non recte dixisse, primam hujus Summae edit. sine loci & typographi nomine prodiisse. Charact. Gothicus est & valde minutus, sed nitidissim. Num. & cust. desunt.

Sequenti anno 1487. novam hujus Summae editionem Veneta prela protulere: cui, ne nihilo inferior esset Clavasina, addita fuit non modo Tornielli Epistola cum Auctoris responsione, sed & Epigramma Jacobini Suigi typographi, mutatis tamen aut resectis ab utroque istorum, quae cum veritate cohaerere non poterant. Et in responsione quidem auctoris, omissa fuere verba, quae typographum designant, *Magistro Jacobino da S. Germano*, &c. eorumque loco scriptum fuit *correctum emendatumque* imprimendum, &c. In Epigrammate autem ad L. quod est in fine, in titulo loco nominis Jacobini Suigi, repositum fuit nomen typographi Veneti hoc modo:

*Nicolaus de Franckfordia hujus*
*impressionis auctor ad Lectorem.*

Octo priores Epigrammatis versus iidem sunt in utraque editione; posteriores quatuor in Clavasina, uti vidimus, sic habent:

Auctorem atque opus impressum felicia dona
Clavassina tulit terra beata viro.
Nec Carleta minus gens felix, unde creatus
Angelus, angelicis dignus adesse choris.

In Veneta autem sic corrupti fuere:

Auctorem genuit Clavassina, Veneta dedit
Terra impressorem: loca beata viro.
Franckfort neque minus: gens felix unde creatus
Angelus Angelicis dignus adesse choris.

Atque vel hinc intelligitur quanto in pretio sint habendae veteres editiones, principes cumprimis. In hac enim prima Veneta, typographus ut nomen suum Epigrammati Suigi insereret, non illud modo corrupit deformavitque, sed & gentis Auctoris nomen ab eodem exclusit; quod deinde in pluribus aliis editionibus, quae hanc Venetum secutae sunt, deesse reperitur. Ipse Waddingus id nominis in sua Bibliotheca omisit; quod argumento est in omnibus iis editionibus, quas se vidisse testatur, illud deesse. Longe aequior & in Auctorem & in primum typographum fuit Paganinus de Paganinis Brixiensis, qui in sua Veneta editione anni 1499. Auctoris responsionem ad Hieronymum Torniellum intactam reliquit, nec Suigi nomen suppressit, & in Epigrammate, quod est in fine, quamvis nomen suum inseruerit, posteriora tamen duo carmina, in quibus Carleta gens nominatur, non omnino attigit.

Nec

Nec Carleta minus gens felix unde creatus
Angelus angelicis dignus adesse choris.

Exst. apud Can. Devoti, & in Casanat.

COLLE.

## COLLE *Municipio Florentino*.

### MCCCCLXXVIII.

### I.

Illustris philosophi ꝛ medici Apolinaris Offredi Cremonensis de pº ꝛ ultio istanti i defensioeȝ cōis opinioīs adversus Petrū Mātuanū felicit' incipit.

*In fine*:

Mgr̄ Bonus Gallus ipressit i oppido Collēsi mū cipio (*sic*) Florentiuo(*sic*) Anno dñi Mccccixxviii.

(*in* 4°.)

Praecipuum hujus editionis pretium in ejus raritate situm esse videtur: non modo enim Maettario, Orlandio, aliisque Bibliographis, qui locupletissimos Catalogos condidere, ignota fuit, sed & ipsi Arisio, qui non aliam operis editionem se vidisse scribit, quam antiquissimam quandam (hac forsitan antiquiorem) sine loci, temporis, & typographi nota.

Ejus character semigothicus est, talisque fabricae, ut studiosum a lectione quodammodo deterreat: ni forte id incommodi potius ex nexuum & abbreviaturarum multitudine (1), quibus scatet, quam ex defectu typorum ortum habet. Signaturis instructa est, quae pertinent usque ad *e* 5, sive *e* 6, ultimus enim scapus sexternio est; praecedentes vero omnes quaterniones. Ad ipsius calcem supra adductam subscriptionem legitur Auctoris laudatio Omnipotentis Dei omniumque SS. quam hisce verbis concludit: „ Et hoc tempore invalescentis pestilen„ tiae in civitate Papiae, a qua defensus sum cum tota familia mea: & ob hanc „ defensionem infinitas habeo gratias omnipotenti Deo, & omnibus sanctis ejus „ amen. Secunda Decembris M.CCCCL. „ Ex quo liquet de tempore scriptionis opusculi. Exstat in Casanat.

### II.

Interpretatio OPPIANI Laurentii Lippii Collensis Ad Magnificum Virum Lau rentium Medicem. *Heroico carmine*.

*In fine*:

Philippus poscus ad lectorem
Laurentius Lippius Collensis Vir utraque lin

gua

(1) Haec est potissima causa quae L. fastidium gignit; ejus enim character idem omnino est ac character Oppiani, in quo tamen paucissimae abbreviaturae eaeque intellectu facillimae occurrunt.

COLLE.

gua apprime eruditus hoc divinū Oppiani opus traduxit Gallus cognomine Bonus impressit: ut esset studiosis litterarum utriusque industria quantulacunque accessio: Quapropter quod Oppianum o lector latinum legis utrisque gratias agas Impressum in Colle Oppido Municipio Florētino anno ab hūanitate Christi. Mcccclxxviii. die xii. Septembris.

Registrum huius libri

(*in* 4°.)

Post quinque Oppiani libros sequuntur Interpretis disticha ad eundem Laur. Medicem aliosque; quibus subjiciuntur Epigrammata duo, alterum ipsius Lippii ad Petrum Carbonellum Hisp. Regis secretarium; alterum Philippi Posci ad ipsum Lippium. Ante adductum titulum, *Interpretatio*, &c. habetur brevis Poetae vita, per ipsum Lippium, prosa, cum ejusdem Prooemio in interpretationem suam, carmine, argumento totius operis, & argumento *super interpretatione primi libri*, carmine pariter, cui subjicitur adductus titulus, quo terminatur pagina quarta. Editio est charact. semigothico, cum signaturis tantum, & registro; ex quibus apparet voluminis plagulas esse 64. Si fides habenda foret Caillio, pag. 29., Oppiani opus non Latine tantum hoc anno 1478., sed Gr. & Latine aliquot ante annis, scilicet 1471. a Gallo Bono Colle impressum fuisse existimandum esset; ac proinde Paravisinus & urbs Mediolanum primae impressionis *integri* codicis Graeci (a) laude privandi forent, eaque donandus Bonus & Municipium Collense. At commentitiam esse ejusmodi editionem, nemo non videt. Beughem, ex quo errorem hausisse videtur Caillius, tantummodo Latinam editionem anni 1471. laudat; ac longe verisimile est a typographo, loco anni 1478. qui est annus verus Latinae editionis, repositum fuisse 1471. Maettarius autem ad editionem Lat. anni 1478. hanc subjunxit annot. *At de editione Oppiani Halieut. Gr. Lat. in 4. 1471. Colle per Gallum Bonum, quam Jo. de la Caille affert, p. 29. valde addubito.* Nullo autem modo de ejusmodi edit. Gr. Lat. addubitavit Orlandius, qui eam retulit in utraque sui operis parte: quem tamen una cum Caillio & Beughemio errare ex eo apparet, quod vera editio anni 1478. cum apud ipsum, tum apud suos magistros desideratur. Exst. apud Can. Devoti.

## III.

„ DIOSCORIDES, *Latine*.

„ Questo Libro, che è scritto in caratteri semigotici a due colonne, non ha „ titolo, nè Prefazione. Le lettere iniziali di qualunque Capitolo sono majuscole. „ Ai margini laterali vi sono le varianti, ex. gr. nel testo dice, *plurimi juniores*, „ e nella variante *discipli vel glosatores*. Al fine dell'ultima pagina vi è la „ seguente data.

ex-

(a) Vid. Maettarium, tom. I. pag. 94. & Saxium in Hist typogr. Mediol. col. CLXXIII.

COMI.

explić dyoscorides qué petrus paduanésis (1) legendo corexit ɀ exponendo q utiliora sũt ĩ lucȝ reduxit. Impressus colle p magistruȝ iohem allemanum de medemblich anno xpi millesimo cccc°. lxxviij°. mense iulij.

(*in fol.*)

„ Al retro foglio vi è l'Indice in ordine di alfabeto delle cose contenute, e tale „ Indice occupa tre facciate, e mezza, e l'altra metà del foglio dritto è occu- „ pata dal registro. I fogli in tutto sono centodue. Non si vedono nè numeri „ nè richiami, ma il solo registro a piè di pagina.

Exstat apud Excell. Ball. C. Valentium Gonzagam, Mediolani, qui edit. notitiam nobiscum communicavit iisdem omnino verbis, quibus hic refertur.

# COMI.

## MCCCCLXXIV.

### I.

INCIPIVNT RVBRICE TRACTATVS APPELLATIONVM QVI TRACTATVS CONGIARIVM NVNCVPATVS EST QVIA SCHOLARIBVS SVIS AB IPSO AVCTORE PRO CONGIARIO ET REFECTIONE LABORVM QVOS IN QVOTIDIANIS LECTIONIBVS PATIEBANTVR TRACTATVS (2) EST

„ Tutte le qui sopra riportate parole sono in lettere Romane majuscole. A „ queste seguita l'indice delle materie contenute in modo di alfabeto, il quale „ occupa quindici intieri fogli, e tre quarti del decimosesto; giacchè termina „ con la colonna prima al retro del foglio XVI. Tutta l'opera è stampata a due „ colonne in carattere semigotico nitido. Al retro dell'ultimo foglio, dopo che „ l'autore ha reso conto, che l'opera fu terminata:



(1) Deburius legit, *Paduanus*; nil tamen de edit. charactere dicit, sicuti facit Laerius, qui consueta sua de re quavis typographica pronuntiandi facilitate, edit. *ex eodem charactere* esse scribit, ac Oppianum a Gallo Bono impressum.

(2) Forsitan, *traditus*.

Comi.

Pridie nonas Iulias in festo dive margarite virginis. 1473. expeditus est hic titulus Appellationū Ad laudē sūmi et eterni dei Amen.

„ vengono le parole seguenti dopo lo spazio di una riga:

Completa p Dominum Iohannem Antoniuȝ de sancto georgio dictū de placentia ppositū ecclexie Sācti Ambroxii Maioris Mediolani Iuris utriusq;. doctoreȝ Comiteȝ ordinariaȝ Iuris canonici legentem de mane in felici studio papiensi sub Illustrissimo Duce Galeaz Maria Vicecomite duce Mediolani &c.

Comi impressa per magistros Ambroxium de orcho & Dionysium de paravisino Quinto Idus augustas

M. CCCC. LXXIIII°.

DEO· GRATIAS· AMEN

( *In fol. maximo* )

„ Tutta l'opera è di cento novanta due fogli, compresi quelli dell'indice.
„ Non vi sono numeri, nè registro, ma bensì i richiami quasi regolarmente
„ di dieci in dieci fogli, eccettuato il richiamo dei fogli dell'indice, che è
„ nell'ottavo.

Haec ex scheda ab E. B. Cajetano Valentiō Gonzaga, Mediolano ad nos missa; quibus quidquam addere vel demere nefas esse duximus.

## MCCCCLXXVII.

### I.

„ ALBERTI DE ROSATE Bergomensis opus Statutorum. *Ad cal-*
„ *cem*: Comi impressa per Magistrum Baldesarem de fossato An-
„ no a Christi nat. MCCCCLXXVII. die vero quintodecimo Fe-
„ bruarii. *fol. maj.*

Denisius, pag. 84.

## MCCCCLXXIX.

### I.

„ TEOFILO. Vita di San Giovanni da Capistrano. Nel fine:
„ *Impressa nel inclita Citade de Como nel anno dil Signore M. cccc.*
„ *lxxviiii. in 4°.*

Cl. Morellius, *Biblioth. Pinell.* Catal., tom. IV. pag. 120.

# CONSENTIAE.

## MCCCCLXXVIII.

### I.

„ JACOBO CAMPHARO De immortalitate animæ in modum
„ dialogi vulgariter. Pr. Incipit prologus feliciter. Al venera-
„ ble e discreto suo maggiore Johanni de Marchanova citadino
„ de la felice cità di Vinetia Frate Jacobo Campharo di Genoa
„ dell' ordine de' Frati Predicatori in sacra theologia licentiato
„ in la università di Oxonfordi con recommendatione, &c. Cu-
„ santiæ, Octaviani Salomonii 1478. in 4. Constat opusculum
„ capp. 26. foliis in 4. quatuor, nullis lemmatum seu reclama-
„ tionum, numerorum, signaturarumve notis, nullis etiam ma-
„ jusculis. Extat. Paris. in Regia R. 1063.

Hactenus Scriptores Ord. PP. tom. I. pag. 856. (1)

### II.

„ Discorso della Grandezza di Dio, opera in Rime ottave che
„ contiene la descrizione della Sfera, e tratta dell' Istoria del
„ Mundo e della Geografia. Cusentiae, Octavianus Salomonius
„ de Manfredonia 1478. *in* 4°.

Consentinam hanc editionem recenset accuratissimus Mercier in suo ad Marchandii opus *Supplem.* pag. 81. & inscriptionem refert iisdem verbis, quibus describitur in Catalogo Biblioth. Regiae Parisiensis, quibusque & hic enuntiatur a nobis. Ante cl. Mercier de eadem verba fecerant Orlandius & Maettarius, ille pag. 188. suarum Origin., hic pag. 395. suorum Annal. novae edit.

### I.

Qui si tractano le fabule de Exopo . . . .
. . . . . . . . . . . . . transmutate
dal dicto latino ĩ uulgare per Maestro Facio
caffarello da faenza : Ad contemplacione ⁊
instantia del Magnifico Misere Polidamas

 dela

(1) Maettarius pag. 385. suorum Annal. novae edit. opusculum hoc Consentiae editum attulit suppresso auctoris nomine; verum Francisco Philelpho illud adjudicat cl. Mercier pag. 81. *Supplem.* suamque opinionem inniti videtur doct. Apostoli Zeni verbis, qui Haymi Bibliothecam Ital. edit. Venetae an. 1723. profert. Litem facile dirimet qui editionis allatae exemplar aliquod nactus fuerit; quod hactenus mihi non contigit. Hujusce tractatus editiones quatuor Jacobum Campharum auctorem praeseferentes novi, Romanam nempe sine anni nota, sed 1472. Mediolanensem 1457. Vicentinam 1477. & Brixianam 1498., at ne ulla quidem similis opusculi editio Francisci Philelphi nomine mihi occurrit.

CONSENTIAE.

dela paglyara de salerno: de essere per ipre
sione pluplicate (*sic*) per lo egregio Maestro Oc
taviano salomonius de manfridonia impres-
sore in la cita de Cosenza.
*In fine, ad calcem registri*: Cusenciae, *sine anno*.
(*in* 4°.)

Sese hic offert editio Itala Aesopicarum Fabularum, quae desideratur in Bibliothecis Italorum Interpretum Phil. Argelati, & cl. Paitoni, ac in Bibliotheca Ital. N. F. Haymi utriusque edit. Ea est charactere grandiusculo ad Gothicum accedente, sine signaturis, numeris & reclamantibus, sed cum registro in fine, ex quo liquet voluminis folia esse 44. Sequuntur post haec in exemplo Abb. de Rossi quinque alia folia, quae continent cantilenas tres in obitum Henrici de Aragonia Calabriae Gubernatoris, eodem charactere impressas.

## CREMONAE.

### MCCCCLXXII.

I.

„ Lectura ANGELI DE PERUSIO sup I. P. ff. Novi. Im-
„ pressa & completa fuit p doctiss. magistros Dionysium de Pa-
„ ravesino & Stephanu de Merlinis de Leucho territorii Medio-
„ lanensis in Civitate Cremone sub anno dominice incarnatio-
„ nis 1472. die Martis 26. Januarii. *In fol.*

„ Così leggesi in fine del volume impresso a due colonne con carattere se-
„ migotico, la carta è soda, non ha numeri, nè segnature, nè richiami, e sta
„ nella libreria de' Sig. Canonici di S. Martino di Lucca, già di Felino Sandeo.
„ Edizione incognita al Maittaire, all' Orlandi, al Denis, &c. „ Haec nobiscum communicavit cl. & diligentissimus P. Amoretti, qui editionem superioribus annis tractavit in loco ipso, ubi exstat.

Et de hac quidem Cremonen. editione anni 1472. in quam omnes certiorum editionum notae concurrunt, neminem veritatis studiosum vel paululum dubitaturum puto. Sed quid dicendum erit de quibusdam antiquis editionibus (1) Venetis, in quibus ad calcem, *Cremonae* nomen legitur, partim hoc ipso anno 1472. partim sequentibus duobus, &c. factis, & a nonnullis non infimi subsellii bibliographis eam ob rem Cremonae assertis? Unam ex antiquioribus (quae rarissima est) exempli loco laudare suffecerit, ex qua de reliquis sine negotio intelligere licebit. Est haec opus *Restitutionum*, &c. Franc. de Platea, ad cujus calcem legitur:

FINIS
Quem legis impressus dum stabit in aere caracter
Dum non longa dies vel fera fata prement.

Can-

(1) Ejusmodi editiones non modo in quibusdam indicibus mss. a magnis viris compositis, Cremonae tributas comperi, sed & in quodam caeteroquin accurato catalogo, paucis ante annis in Germania impresso, earum unam eidem loco assertam vidi, ejusque typographum denominatum, *Bartholomaeum Ebur*.

Candida perpetuæ non deerit fama Cremonæ
Phidiacum hinc ſuperat Bartholomeus ebur.
Cedite chalcographi: milleſima veſtra figura eſt
Archetypas fingit ſolus at iſte notas.

CREMONÆ.

MCCCC·LXXII. NICOLAO TRVNO DVCE VEN
ETIARVM REGNANTE IMPRESSVM FVIT
HOC OPVS FOELICITER

(*in* 4°.)

Hoc idem hexaſtichon, cum ejuſdem anni nota ejuſdemque Veneti Ducis nuncupatione, legitur ad calcem operis quadrageſimalis *de Poenitentia* Rob. de Litio: & cum nota anni 1473. ad calcem *Summulæ Confeſſionis* S. Antonini; &, juxta Orlandium, ad calcem *Vitæ & Tranſitus* S. Hieronymi, &c. Jam vero non Orlandius modo, Maettarius, Laerius, Paitonus (1), ſed & ipſe Ariſius in *Cremona Literata*, hunc Bartholomaeum Cremonenſem inter typographos Venetos numerant: *Floruerunt* (inquit Ariſius, tom. III. pag. 110.) *inter antiquos impreſſores, Venetiis anno* 1472. *Bartholomaeus Cremon.*, *Romae*, *G. Tibullus Amidanus*, &c. (2).

Et ſane quid ſibi vult illa unius Venetorum Principis deſignatio, quae volumini coronidem imponit, tacito prorſus, non dicam Pontificis, aut Imperatoris (familiare ſiquidem id eſt), ſed & ipſius Cremonae domini, nomine? Nullum umquam librum in ditione alicujus Principis impreſſum, nominato tantum extero particulari Principe, & omiſſo proprio, mihi videre contigit; nec puto hujus rei exemplum aliquod facile repertum iri.

Ad retundendam autem jactantiam noſtri Bartholomaei, ſuaſque res cumprimis agendas, Leonardus Baſileenſis ſeq. anno Paduae impreſſit hoc ipſum opus Fr. de Platea, adficto ipſi eodem hexaſticho cum proprio nomine & patria: quod, quia ad illuſtrationem hujus argumenti nonnihil conferre videtur, integrum hic quoque exhibemus:

Quem legis impreſſus dum ſtabit in ere caracter.
Dum non longa dies vel fera fata prement.
Candida perpetue non deerit fama *Baſilee*.
Phidiacum hinc ſuperat *Leonhardus* ebur.
Cedite chalchographi milleſima veſtra figura eſt.
Archetypas fingit ſolus at iſte notas.

MCCCCLXXIII. NICOLAO TRONO DVCE VENECIA
RVR (*ſic*) REGNANTE IMPRESSVM FVIT HOC OPVS
PADVE FOELICITER

Clariſs. Paitonus, qui utramque edit. diligenter expendit, editionem Leonardi praeſtare ſcribit edit. Bartholomaei, & recte quidem, uti nobis videtur. Non recte autem idem accuratiſſimus Scriptor, editionem Bartholomaei dixit *in fol.*, cum ſit *in* 4. Editio vero Leonardi ipſa eſt *in fol. par.* Utraque exſt. in Caſanat.

MCCCCXCII.

(1) In Catal. Hiſtorico-critico *de' libri del Quattrocento*, qui habetur *nelle memorie per ſervire all'Iſtoria letteraria*, tom. XI. &c. pag. 154.

(2) Fallitur tamen Ariſius, tom. I. pag. 338. ſcribens *typographiam Cremonae initium habuiſſe anno* 1485., & hoc loco, Tibullum de Amidanis in numero typographorum habens.

CREMONAE.

## MCCCCXCII.

### I.

DIALOGVS adeo non aspernandus de contemptu mundi: interlocutores: Dorias: Philonus: & Hilarius. *Accedit*:

Epistola IANVENSIVM excusatoria ad Barchinonenses q iusta arma tamquam lacessiti contra regem Aragonum susceperant, *data* 22. *Aug.* 1455.

*In calce*:

Impressum Cremonę per Bernardinum de misintis de Papia & Cesarem (*sic*) Parmensem anno 1492. die 18. Iunii

(*in* 4°. *min.*)

Est libellus quatuor tantum foliorum, sive paginarum octo, quarum priores quatuor cum aliquot lineis quintae occupat primum opusculum; sextam & septimam, Januensium Epistola; octava vacat. Utrumque opusc. est eodem Rom. charact., excepto titulo primi, qui est Gothico grandiori. Desunt numeri, signaturae, custodes, & nomen auctoris primi opusc.

Refertur haec edit. a diligentissimo P. Affò, tomo III. delle *Memorie degli Scrittori e Letter. Parmigiani*, pag. XLIV. ubi eam omnibus bibliographis ignotam dicit; quod existimo intelligendum esse de iis bibliographis, qui ante ipsum labores & disquisitiones suas typis vulgarunt. Ejus enim notitiam incunte anno 1791. nobiscum communicavit E. B. C. Valentius Gonzaga, misso ad nos indice ms. librorum Saec. XV. in ditissima ejus Bibliotheca existantium.

### II.

„ DION. CHRYSOSTOMI philosophi Prusensis ad Ilienses Ilii
„ captivitatem non fuisse; Latine, Francisco Philelpho interprete.
„ Ingeniosiss. & diligentiss. chalcographi Bernardini de Misintis Pa-
„ piensis opera, una cum Cæsare Parmense, Dion Chrysostomus
„ rediit Cremonæ impressus anno 1492. undecimo Kalendas Au-
„ gustas. Cremonæ 1492. *in* 4°.

Est haec antiquior editio, quam e Cremonensibus prelis prodiisse Annalium typographicorum parens memoriae prodidit (1). Nam editio *Castigationum Plinianarum* Hermolai Barbari anni 1485. ab Orlandio memorata, pag. 203. chymerea plane est; uti demonstrant Epistolae dedic. Auctoris ad Alexandrum VI. operi praepositae. Exstat in Biblioth. Abb. de Rossi, & E. B. C. Val. Gonzagae Mediolani. Vide ad ann. 1472.

III.

(1) Confer de hac edit. cl. Iren. Affò loco ante laudato

## III.

CREMONAE.

FRANCISCI PETRARCHAE de Remediis utriusque fortunæ.

*In fine :*

Accipe tandem candidissime lector Diuinum Francisci Petrarcæ: opus Nicolai lugari īdustria sollerti Nitidissimū: Bernardini. de misintis Papiésis ac Cæsaris Parmensis sociorum diligenti opera. Impressum Cremonæ. Anno incarnationis dñice (*sic*). 1492. die 17. mensis Nouembris.

*Infra, insigne utriusque typogr.*

(*in fol.*)

In exemplis hujus edit. a me visis principio occurrunt folia quatuor, quorum priora tria indicem singulorum Dialogorum utriusque libri operis continent; quartum epistolam Nicolai Lucari Cremonensis, editoris ad Marchisinum Stangham Ducalem Senatorem; in cujus fine, duobus exemplaribus usum se fuisse narrat, quo *librum ad integram lectionem revocaret*. Tria Indicis folia fortasse ad libri calcem adjicienda fuissent: haec enim est ejus inscriptio: *Tabula Rubricarum praecedentis libri*, &c.; ac praeterea signaturae incipiunt a laudata editoris epistola, quae signatur litera *a*. Duae autem sunt signaturarum series: prima minoribus alphabeti literis constans pertinet usque ad *z 3.*, altera majusculis, desinit in C 4. In imo cujuslibet paginae versae operis legitur principium sequentis rectae; ideoque editio reclamantibus instructa esse censenda est. Numeri desunt: in exemplo autem Casanatensi manu adjecti fuerunt, horumque postremus est 161., cui si adjiciantur tria folia, quae Indicem continent, quaeque numeris notata haud sunt, summa foliorum voluminis erit 164. Character Romanus est, valdeque pulcher, & editio inter praestantiores Saec. XV. jure haberi potest. Exst. in Biblioth. privata SS. D. N. PII PP. VI., in Bibl. E. B. Val. Gonz. Mediol., &c.

## MCCCCXCV.

## I.

Castigationes HERMOLAI in Plinium castigatissimæ:
quum Vix post Romanas: cæteris tamen
adhuc impressis: vel ab opicis (*sic*)
quidem non posthabendæ.

Augustini Grandis (1) Epigramma de opere.

Sordebat multis erroribus ante: Sed illos
Erasit limæ cura laborq; gravis:
Præfuit huic opifex cum correctore disertus:
Romanumq; operi contulit alter opus:

Un-

(1) Editoris fortasse.

CREMONAE.

Unde fit: ut fuerit nil ante nitentius isto:
Possit & in nitida tersius esse cute:
Vult igitur si quis opus emendatius: apte
Vel mage romano quilibet istud emat:

*Haec in fronte volum. ad calcem vero:*

Habetis humanarum artium cultores cādidissimi: Plinianæ majestatis veluti purissimum simulacrum ab Hermolao Barbaro Veneto patricio Patriarcha Aquileiēsi nostriq; sæculi viro Celeberrimo Lucubratum opus: Habetis item æditionē in Plinium secundū. Itē emendationem in Melam Pomponiū Item obscuras cum expositiōibus suis uoces in Pliniano Codice Cremonæ p chalcographū Carolum a Darleriis ciuē Cremonēsem Caracteribus æneis Impressa. Impante faustissimo ac Sapiētissimo Ludovico Sfor. Viceco. Mediolani Duce. anno fælicissimi prīcipatus eius prīo A Natali vero redēptoris nr̄i Xp̄i. MCCCCLXXXXV. iii nonas mēs. Apriles.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. sunt quaterni
l. m. n. o. p. q. r. s sunt terni excepto. s. q̄ sunt duerni (*sic*)
aa. bb. cc. dd. ee. ff. sunt terni excepto. ff. q̄ sunt duerni

Praeeunt eaedem epistolae Hermolai Barbari ad Alexandrum VI., quae habentur in Rom. edit. annorum 1492. & 1493. Character rotundus est nec invenustus, haud quaquam tamen conferendus cum charactere (verius characteribus) Rom. edit. modo memoratae, neque alterius, quam prae manibus habeo, in qua neque loci, neque typogr. neque anni nota occurrit; neque ulla ex iis ostentationibus quae leguntur in hac Cremonensi: de cujus tamen pretio pronuntiabunt qui ejus examinandae sibi negotium sumpserint, aut fortasse jam sumpserunt. Numeris & custodibus caret; exstatque in Casanat.

Ex haec autem edit. anni 1495. facile intelligitur, natam esse chimeream editionem Orlandii anni 1485., de qua ante dictum est.

## MCCCCXCVI.

### I.

„ Soliloquiorum liber CONSTANTII APPLANI Mediolanensis
„ Canonici Regularis de humani arbitrii libertate & potestate: stu-
„ dio

„ dio exquisitissimo Charoli de Darleriis Cremonensis impressoris CREMO-
„ egregii in inclyta urbe Cremonæ anno Domini Millesimo qua- NÆ.
„ dringentesimo nonagesimo sexto, quarto Nonas Octobris, impe-
„ rante Ludovico Sfort. Anglo Mediolani Duce anno principatus
„ eius secundo. *in* 4°.

Primam hujus editionis notitiam hausi ex Annalibus Maettarii, tom. I. n. edit. pag. *613*. Certior deinde de ejus existentia factus sum ex Notitiis librorum antiquae editionis D. Salv. de Blasis, exstantium in Bibliotheca S. Martini de Scalis Urbis Panormi, ubi ea refertur pag. *391*. (1), & apud Orlandium desiderari operis impressorem annotatur. Nullus postremo de eadem mihi scrupulus superfuit, ubi in collectione Abb. Nic. de Rossi eam reperiri intellexi; quod tamen exemplum (quod hodie exstat in Corsin.) ob loci incommoditatem hactenus videre non potui.

II.

DE MONTE IMPIETATIS
*Tractatus* FR. NICOLAI BARIANI Or. Erem. S. Augustini.
*In fine*:
Impressum in alma Civitate Cremonæ anno
Dominicæ salutis M. CC.
CCLXXXXVI.
nonis octo
bris
?

Primo folio recto non aliud legitur nisi allatus titulus, *De monte impietatis*, majusculo charactere exaratus. Eodem verso habetur Epistola Auctoris ad Georgium Albanensem Episc. S. R. E. Card., quae incipit: *Etsi usurariam pravitatem ratio ipsa, & omnis bonae legis pagina detestetur, ac per hoc Viennense Concilium*, &c. Data est haec Epistola e Mediolano Kal. Junii *1494*. Editio est rotundo charactere, non tamen satis nitido, cum signaturis tantum, quae pertinent usque ad *i*; praecedentes autem scapi omnes sunt duerni: unde patet opusculi folia esse 34. Exstat in Casanat.

Maettarius, pag. *586*. ex Loeschero citat *Nicetae Bariani tractatum de Monte impietatis, Cremonae 1494.*, monens tamen in subjecta annotatione, legenda esse quae de hoc opere sub anno *1496*. annotantur. Ea, quae cl. Annalista notat sub anno *1496*., sive pag. *623*. tom. I. de hoc opere, perspicue satis demonstrant Loescherum dupliciter saltem errasse: I. cum opus Nicol. Bariani, quod prodiit Cremonae an. *1496*., inscribit *de Montibus Pietatis*; II. cum ejusmodi editionem *secundam* vocat, postquam editionem anni *1494*. inscripsit, *de Monte Impietatis*; opusque ipsum Nicetae Bariano asseruit. Nil tamen prohibere videtur, quin opus Nicolai Bariani anno *1494*. primo impressum fuerit: & ita innuere videtur Auctor ipse in Epistola ad Georgium Costam Albanensem Episcopum, de qua ante diximus, ubi prope finem sic loquitur: *Horum igitur* (qui contra sentiebant) *tam periculosum errorem . . . . . . . aequo animo ferre nequivi, sed contra ipsum non sine vitae discrimine praedicavi, disputavi publice, & opusculum*



(1) Tom. XX. *di Opuscoli di Autori Siciliani*.

CREMONAE. *fatis copiosum nuper edidi. Hoc ad te dominum praecipuum dedi, & nomini tuo dicatum esse perpetuo decrevi.* Data autem est haec Epistola, ut supra diximus, Kal. Junii 1494.

Cum exemplo Casanatensi colligata sunt *Consilia* diversorum *Theologorum de Monte Pietatis cum Bulla ac brevi Innocentii VIII. data Bernardino Feltrensi anno* 1486. Quae quidam Bibliographi Cremonae cum praeced. opere excusa fuisse existimant, sed falso: editio enim omnino Romana est, uti alias videbimus.

## MCCCCLXXXXVII.

### I.

IO. CAPREOLVS in Summam D. Thomae Cremonae 1497. *in* 4°.

Maettarius pag. 649., subjecta hac annotatiuncula: *Loescherus scribit*, se hunc librum possidere.

### II.

Egregium vel potius diuinum opus in Iohannem Capreolum tholosanum sacri predicatorum ordinis. A fratre Silvestro prieriano eiusdem ordinis. Sacre theologie baccalario rarissimis conferendo cuȝ nonnullis appendicibus seu additamentis complectentibus ad omnem in theologicis materiam accutissimoruȝ doctorum pene omnium clarissimas opiniones. Sancti Thome uidelicet. Heruei Petri de palude . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ac ceteroruȝ:
fausta feliciqȝ editione habes. Vt merito dici
possit. Nulla remordebūt īcognita dicta
legentē. Quē glosa obscuris edocet
apta locis. Addita doctoruȝ
varia hic sñia fatur: Sin
gula qum caprei q-
stio docta
silet.

+

*In fine*: . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Impressuȝ Cremone p calcographū
Caroluȝ de Darleriis Civem
Cremonēseȝ. Anno dñi
Mccccclxxxxvii
xvii. Kal.
Maij.

+

(*in* 4°.)

III.

CREMONAE.

III.

Incipiunt additiões in Ioānē capreolū
*In fine:*
Expliciunt additiones in Iohannem Capreolum diligentissime castigatum. Impressum Cremone opera ꝛ industria magistri Caroli Darlerii. Anno domini. Millesimoquadraginteſi- (*sic*) mo nonagesimosepti mo. q̄rto Calendas Maij.
+

(*in* 4°.)

Non satis accuratam hujus editionis notionem tradere valemus, quod solius exempli Bibliothecae Casanatensis, cui non ita pauca desunt, videndi copia nobis hactenus fuerit. Verso primo folio, in quo prolixissima inscriptio maxima ex parte huc allata legitur, occurrit Epistola dedicat. Auctoris ad Joannem Portensem Seniorem, nobilem Vicentinum, sine nota anni & loci. Sequenti folio recto alia habetur ipsius auctoris ad L., & ipsa nulla loci aut temporis nota signata: quo verso *incipit Tabula quaestionum & articulorum, consequenter autem etiam materierum totius operis per alphabetum*; ad cujus calcem subjectum est Auctoris *argumentum in opus*, quae omnia simul occupant paginas septem. Infra subscriptionem Additionum sequens legitur registrum, ex quo de voluminis magnitudine intelligi potest:

a b c d e f g h i k l m n Omnes sunt quaterni
aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm Oēs sunt q̄terni preter ll mm q̱ sunt duerni
A B C D E Oēs sunt q̄terni p̄ter D q̱ ē ternus et E duernus.
AA BB CC DD EE FF GG HH Omnes sunt quaterni p̄ter EE FF GG. qui sunt terni & HH duerni (*sic*). 1 2 3 4 5 6 7 8 9 Omnes sunt duerni.

Secunda series fere tota deest in exemplo Casanat., tertia autem omnino. Character Gothicus est, & ob nimias abbreviationes lectu injucundus.

MD.

I.

„ NICOLAI BARIANI Placent. Ord. Erem. S. Augustini, Causa
„ Vitaliana de praecedentia Eremitarum, & Minorum. Cremonae
„ apud Carol. Darlerium. 1500. *in* 4°.

ff 2 II.

CREMONAE.

II.

„ R. MOSIS MAIMONIDIS Hispani Logica; seu compendium „ Logicum XIV. capitibus, cum duplici Commentario Anonymo. „ Cremonæ 1500. *in* 4°.

Hae duae postremae Saec. XV. Cremonenses editiones nobis notae, gravissimorum scriptorum testimonio nituntur; nec nisi temere earum alterutra in dubium revocari posset. Suffecerit Annalium typographicorum auctorem adire, qui utramque refert, tom. I. nov. edit., alteram pag. 735., alteram vero pag. 738., & in utrobique subjectis annotatiunculis designat fontes, ex quibus certam earum notitiam hausit. Primam agnovit etiam recensuitque Orlandius in suo opere, pag. 288., omisso tamen typographi nomine.

## CREMONAE, *sine anno.*

„ DIONIYSII HALICARNASSEI Praecepta de Oratione nuptiali, „ de Oratione natalitia, & de Oratione epithalamio, a Theodoro „ Gaza Latine reddita. Oratio in nuptiis Hugutionis Contrarii, & „ Camillæ Piæ. Claudiani Carmen de Phœnice. *Cremonæ sine an-* „ *ni & typographi nota*, Saec. XV. *in* 4°.

„ Sex tantummodo foliis (verba sunt cl. Jacobi Morellii, tom. III. Catal. Bi- „ blioth. Pinell. pag. 9.) libellus constat, nihilo tamen minus magni eum fa- „ cere par est, quod nonnulla scitu digna ex ipso nunc primum scire liceat. „ Ad antiquitatem quod attinet, nullus, quantum ego novi (1), liber ante hunc „ impressus Cremonæ hactenus innotuit . . . . . . . . Character Gothicus est, „ numeri desunt & custodes, haud vero signaturæ.

## FERRARIAE.

### MCCCCLXXI.

I.

„ AVGVSTINI DATI Senensis Elegantiolæ. Ferrariæ per An- „ dream Gallum civem Ferrariensem 1471. *in* 4°.

II.

„ VAL. MARTIALIS Epigrammata (*ad calcem*): Hic terminatur „ totum opus Martialis Valerii, quod continetur in quatuordecim „ li-

(1) Hic est stylus virorum prudentum & vere doctorum. Conferat vero Lector quae de antiquioribus Cremonensibus editt. in hoc Specimine disputantur pagg. 220. 222.

„ libris partialibus, impressum Ferrariæ die secunda Julii. M. FERRARIÆ.
„ LXXI. centenariis (CCCC) omissis. *in* 4°.

III.

„ IO. FRAN. Poggii Florentini Facetiarum libri IV. (sine no-
„ mine typogr.) *in fine*: Expliciunt faceciæ Pogii Florentini Viri
„ eloquentissimi. Impresse Ferrariæ die quinto Augusti MCCCC
„ LXXI. *in* 8°.

IV.

„ MAVRI SERVII HONORATI grammatici in Virgilii opera
„ diligens Interpretatio: Per Andream Gallum. Ferrariæ 1471. *in fol.*

Priores tres editiones hujus anni 1471. nonnisi temere in dubium revocari possunt: duas enim priores recenset Maettarius inter editiones, quas post primam sui operis editionem, ipsi videre contigit, sive num. 2. hujus anni 1471., & utrique notulas quasdam subjicit, quae evidentissime demonstrant utramque ab ipso fuisse tractatam. De tertia locupletissimus est testis cl. Baruffaldius *Junior*, qui eam in selecta Bibliotheca Equitis Alph. Varrani Camerinens. asservari scribit. Quarta autem, a qua suum opusculum *de Typographia Ferrarien.* auspicatus est Baruffaldius, nonnihil mihi suspecta est: haec enim unius Orlandii testimonio nititur; ac frustra apud accuratiores Bibliographos ejus vestigium aliquod detegere adlaboravi. Videat autem studiosus, ne ex lectione opusculi laud. in errorem se abripi sinat: sic enim scribit cl. Scriptor, pag. 11. „ Tanto deducesi dall' auto-
„ rità dello stesso Maittaire, il quale nell' indice degli Annali suoi medesimi,
„ tom. 5. par. 2. pag. 243. della prima edizione (1) ha così: *Servii Honora-*
„ *ti Commentarii in Virgilium per Baldarfer fol. Venetiis* 1471., *& per Andream*
„ *Gallum Ferrariæ eodem anno* „. Quæ sit alicujus Auctoris mens, non ex indicibus, sed ex locis per indices citatis aestimari debet. Locus (unus est tantum) quem in laudato indice citat Annalista, occurrit pag. 304. tom. I. novae edit. ubi cum pag. praeced. recensuisset in ipso sui operis textu editionem Venetam per Valdarfer, in fine eruditae annotationis, quam ei subjicit, haec habet: *Aliam horum editionem Ant. Orlandi pag. 137. memorat. Mauri Servii Honorati Grammatici in Virgilii opera diligens interpretatio per Andr. Gallum fol. Ferrariæ* 1471. Præter hæc verba, quibus Maettarius historice tantum narrat, quid apud Orlandium legerat, nil omnino in suo opere occurrit, quod ad hanc Ferrariensem editionem referatur: ac propterea non satis intelligo, quomodo idem Baruffaldius, pag. 16. haec subdere potuerit: „ Tanto più che il Fabrizio, il quale consultò
„ benissimo gli Annali del Maittaire, non vi osservò l' edizione Ferrarese *ivi più*
„ *volte* nominata (2) „.

Posito autem quod exstaret ejusmodi editio, ea phoenice rarior censenda foret: in nullo enim selectissimae alicujus Bibliothecae Catalogo, ullum ejus vestigium reperire licet; ac Deburius, qui in sua Bibliographia instructiva priores tres Ferrarienses hujus anni editiones recenset, de hac Serviana prorsus silet, licet & Romanam, & Venetas duas hujusmet anni, ac Florentinam referre non omiserit.

MCCCCLXXII.

(1) Una tantum est, quod sciam, hujus indicis editio.

(2) Semel tantum nominatur in Annalibus; neque indicatio loci Annalium, in quo ea nominatur, quae legitur in indice, pro secunda nominatione recte haberi potest.

FERRARIÆ.

## MCCCCLXXII.

### I.

„ JOANNIS DE SACRO BOSCO Anglici. Sphera Mundi. Fer-
„ rariæ per Andream Gallum MCCCCLXXII. *in* 4°.

Haec est una ex iis editionibus, quas notae a Bibliographis in earum recensione memoratae, reipsa exstare suadent; etsi aliunde non raro eos deceptos fuisse compertum sit. Orlandius, ex quo editionem in suos Annales retulit Maettarius, Carmina quaedam ad ipsius calcem adjecta recitat, quæ sic habent:

Impressit Andreas hoc opus : cui Francia nomen
Tradidit : At civis Ferrariensis ego.
Herculeo felix Ferraria tuta manebat
Numine, perfectus cum liber iste fuit.

### II.

„ PAPINII STATII Achilleidos libri II.
*In calce*:
Impressit Andreas hoc opus &c. *ut sub praeced.*
M. CCCC. LXXII.
(*in* 4°.)

Debetur hujus rarissimae edit. notitia cl. Irenaeo Affò, Regiae Celsitudinis Parmensis Bibliothecario, qui eam refert, tomo III. *delle Memorie degli Scrittori &c. Parmigiani*, pag. 22., eamque se collocasse narrat in eadem Regia Biblioth.

## MCCCCLXXIII.

### I.

„ IVSTINIANI Imper. Institutiones.
„ *In fine*: Impressum Ferrariæ per Magistrum Andream Gallum
„ Anno Domini MCCCCLXXIII. *in fol. magno*.

Exstat hæc editio in Regia Bibliotheca Parmensi; & ex die, qua absoluta fuit, in eadem signata, intellexit cl. Baruffaldius, editionem Romanam hujus ipsius anni, quam ipse hac Ferrariensi posteriorem dixerat, eidem praecessisse: quod quidem Laerio, qui ea de causa contra ipsum insurrexerat, fateri non erubuit.

## MCCCCLXXIV.

### I.

HESIODI HASCREI THEOGONIA

*Latino heroico carmine ex versione Bonini Mombritii, & cum ejusdem Epist. carmine Eleg.* ad D. D. BORSIVM *Ducem Mutinae &c.*

In

*In fine* :
Ad Decus: gloriãq; Illustrissimi quõdã Ducis Borsii: Excellẽtissimæque Dom9 Estẽsis: ad Bõni (*sic*) ni mõbritii: Hesiodiq;: doctissimoꝝ viroꝝ famã ꝑpetuãq; memoriã: Peregrini prisciani nobilis ferariẽsis opa: Per andreã Gallũ Ferrarie hoc opus Impressum est: Anno legis gratiæ. M. ccccclxxiiii. (*in* 4°.) FERRARIÆ.

Epistola Mombritii est paginarum trium; quarta vacat. Editio est egregio charactere Rom. sine signaturis, numeris & reclamantibus. Optimum ejus exemplum exstat in Angelica.

II.

„ JVNII JVVENALIS Aquinalis (*sic*) Libri. (*Explicit Iuvenalis.*
„ *Deo gratias*. M. CCCC. LXXIV.); AVLI PERSII Volaterrani
„ Satyrarum libri (*Laus Deo Finis*): per Andream Gallicum. Fer-
„ rariæ 1474. *in* 4°.

Exscripta hæc sunt ex Annal. Maettarii, tom. I. pag. 339., & ex ipsius verbis, loco, in quo eam refert, (qui est num. 2. anni 1474.) ac praesertim ex carminibus in subjecta annot. recitatis (1), manifestum est, editionem ad manus ipsi fuisse, ac proinde de ejus exsistentia dubitare non licere.

III.

OMNIBONI LEONICENI Grammatica.
*In fine* :
MEMORIÆ GRATIA.
LOD. MARII PARVTI FERR. MV
SARVM ALVMNI
IN OMNIBONI VINCENT. GRAM
MATICAM CARMEM
PER AVGVSTINVM CANNERI
VM FERR. BERNAR
DI CANNERII BIBLIOPOLAE FILIVM
IMPRESSAM A NATALI CHRISTIA
NO. M°. CCCC°. LXXIIII°.
XYSTO IIII°. PONT. MAXIMO.
FRIDERICO IIII°. ROM. CAESARE
MAHAMETE ATVMANO VIII°. TI

RAN-

(1) Eadem sunt ac quae habentur in Sphaera Jo. de Sacro Bosco, in Statii Achilleide, aliisque libris. In Dictionario Bibliographico edito Paris. 1791. tom. II. pag. 94. de hac editione haec legitur annotatio: *Cette edition est citée par M. Maittaire dans ses Annales Typogr. mais on en voit peu d' exemplaires*. Aliqua igitur ejus exemplaria exstant.

FERRA-
RIAE.

RANNYDIS CHRISTIANAE INI
MICISSIMO.

Linquite lascivi iuvenes vana otia tandem:
Pectoribus *&c.*
( *in* 4°. )

Libellus hic forsitan est primum specimen artis typographicae August. Cannerii, *sive*, ut in aliis ejus editt. legitur, Carnerii. Longa enim subscriptio ad ejus calcem posita, tribus diversis chronologicis notis signata, quod non alias fecisse invenitur, ita me conjicere facit. Signaturis & numeris destituitur. In calce autem ultimae paginae cujuslibet quaternionis positum est principium paginae primae sequentis, non quidem ad latus, sed in medio. Septem autem sunt hujusmodi quaterniones; adeoque voluminis folia omnino 56. Auctoris Epistola ad Federicum de Gonzaga Marchionem Mantuae, quae praecedit, occupat primum folium rectum; & ex ea liquet, ipsum hunc librum ad erudiendos Marchionis liberos, ipso rogante, scripsisse. Exstat in Casanatensi; sed ejus notitia desideratur in opusculo Baruffaldii. Character Romanus est & valde pulcher.

IV.

Vite di SS. PADRI.

*In fine:*

Ferrariæ impressit regnãte sub hercule divo
Regia quo gaudet nunc lionora viro:
Carnerius puer Augustinus: cui dedit almã
Bernardus lucem bibliopola bonus.
M. CCCC. LXXIIII.

( *in* 4°. )

Non est existimandum hoc volumen continere SS. PP. Vitas in quatuor libros partitas, quales vulgo habentur in voluminibus eo titulo praenotatis. Non continet siquidem nisi selectas quasdam vitas veterum SS. in capitula 88. distributas; quorum elenchus initio voluminis occurrit, & ex quibus priora quadraginta duo versantur circa res gestas & virtutes S. Joannis Eleemosynarii; & in quorum ultimo agitur de Purgatorio S. Patritii.

Scapi hujus operis in extremo ultimae paginae ostendunt, ut in præcedenti, initium primae paginae sequentis; numeris autem & signaturis carent. Character idem quoque est ac praecedentis: folia autem triplo fere plura, paginaeque in duas partitae columnas. Stilus purissimus est, & sine dubio ad Sæc. XIV. pertinet. Desideratur haec editio non modo apud cl. Paitonum, sed & in Specimine cl. Baruffaldii. Exst. in Casanat.

V.

„ HORATII Carmina: Ferrariæ per Augustinum Carnerium.

*In fine:*

„ Ferrariæ impressit regnante sub Herculo divo
*&c. ut in praeced.* 1474. *in* 8°.

In exemplari hujus editionis a Maettario viso deerant *Sermones*, *& de Arte Poetica*, ut ipsemet narrat, pag. 336. tom. I. ubi cum statim subdat, *& Hi versus*

*ſus addebantur*: *Ferrariæ impreſſit*, *&c.*; argumento id eſt, editionem reipſa duabus iis carere partibus; niſi forte hae poſt ſubſcriptionem typographi ſubjunctae fuiſſent, uti nonnunquam fit. Confer Baruffaldium. FERRARIÆ.

VI.

„ BONI ACCVRSII Piſani Animadverſiones in C. Julii Cæſar.
„ Comment. Ferrariæ 1474. *in* 4°.

Maettarius, tom. I, pag. 343. ex Orlandio & Beughemio. Baruffaldius, pag. 91.

VII.

„ Conſilia & Allegationes Juris NICOLAI de TVDESCHIS, Abb.
„ Monac. edita & emendata per Ludovicum Bellogninum (*ſic*)
„ de Bononia. Ferrariæ anno 1474. Singularia Conſilia Juris *Lu-*
„ *dovici Pontani* de Roma, Ferrariæ. *in fol. Vendu* 15. *Livres*, *chez*
„ *M. Gayot*, *en* 1770.

Ex Dictionario Bibliogr. &c. edito Pariſ. 1791. tom. III. pag. 127. Vid. ſub anno ſeq. num. IV.

MCCCCLXXV.

I.

Theſeida di ZOANE de Certaldo detto BOCHAZO con Comento.

*In fine*:

Hoc opus impreſſit Theſeida nomine dictum
Bernardo Genitus Bibliopola puer.
(Auguſtinus ei nomen) cum Dux bonus urbem
Herculeus Princeps Ferrariam regeret.
M. CCCCLXXV.

(*in fol.*)

II.

„ Labores Herculis.

*In fine*:

„ Labores Herculis impreſſae (*ſic*) ſunt Ferrariae quarto nonas
„ Iulii per me Auguſtinum Carnerium Magiſtri Bernardi Bibliopo-
„ lae filium Divo Hercule ſecundo regnante.
M. CCCC. LXXV.

(*in fol.*)

De utroque hoc opere, eorumque Ferrarienſi impreſſione, accurate ſatis & erudite diſſerit Baruffaldius a pag. 63. ad 69., quem adire poterit qui de ipſis plenius, atque etiam de erroribus, ſive inaccurationibus P. Orlandii circa utram-

FERRARIÆ.

que intelligere voluerit. Auctor Commentarii in Theseidem, fuit Petrus Andreas de Bassis, Poeta Ferrariensis; cujus est alterum Poema *de Laboribus Herculis*, quod in pluribus exemplis cum Theseide (1) Boccaccii conjunctum invenitur: exemplum tamen Theseidos a cl. Maittario visum, Laboribus Herculis carebat; de iisque tantummodo meminit ex Orlandii fide.

Ad duas autem Amazonidas a laud. Baruffaldio aliisque memoratas addere liceat & tertiam (licet recentioris aevi), de qua omnes, quod sciam, Bibliographi silent. Ejus titulus sic habet:

Opera de ANDREA STAGI Anco-
nitano Intitolata Amazonida
La qual Tracta Le grã
Bataglie e Triumphi
che fece(*sic*)Queste
Doñe Ama-
zone
+
Con Gratia ꝛ privilegio.

*Ad calcem*:

Qui Finisse le Aspre Bataglie de le Doñe
Amazone. Stampato in Venetia. Regnãte
Lo Illustrissimo Principe. M. Leonardo Lau-
redano Excellentissimo. Nel Anno del Signore
M. CCCCC. III. Adi XVIII. Zenaro.
(*in* 4°.)

Frontem & calcem libri ornant figurae ligno incisae, bellatores & bellatrices repraesentantes. Titulus est charactere Gothico majori: Poema autem ipsum, & quae ipsi praemittuntur & subjunguntur, charactere Rom. eleganti valde. Chartae numeris notatae sunt, & scapi signaturis distincti: eorum postremus est CXXIV. harum ultima Q. III. Custodes desunt. Prima charta versa legitur sequens Epigramma:

LIBRO

Dominicus Clemens Anconitanus?
Qui q̃d possit amor q̃ possint carmĩe muse
Scire cupit presens hoc speculetur opus
Ecce cupidineo stagius trãsfigitur arcu
Saucius & musas ecce coactus adit
Dũqꝫ amat hic: modulis dominãqꝫ repõit amatã
Se simul & dominam perpetuos celebrat

Secunda charta habetur Auctoris prooemium in suum Poema: *Alle Magnifiche & generose contesse de Montedogio Madonna Lisa & Magnifica Alexandra Schiantesche*;

(1) Alio nomine inscribitur *l'Amazonide*. Notat autem Ferdin. Giandonati hanc Ferrariens. edit. aliamque Venetam anni 1528. mendosas esse.

*tesche*, prosa, & charactere minori quam sit character operis. Calcem libri postremo ornant duo alia Latina Epigrammata: primum Antonii Benincasae Anconitani, quod tale est: FERRARIA.

Carmine sit culti nemesis præclara tibuli
Inter mortales primariasq; nurus
Carmine sit stagii tusco sermone poete
Stella inter celebes panthasilea deas.

Alterum prolixius ejusdem Dom. Clementis, de quo supra. Poema libros septem continet; estque eo carminis genere, quod vocant *Ottava Rima*. Exstat in Casanat.

III.

„ Opus præclarissimum Astrolabii compositum a Domino AN-
„ DALO de Nigro Genuensi. *Ad calcem*: Explicit tractatus astro-
„ labii excellentissimi mathematici Andalonis genuẽsis. Emẽdatus
„ ꝑ celeberrimũ et doctissimũ astronomũ magistr. Petruꝫ bonũ
„ anogariuꝫ (*Avogarium*) in fœlici gymnasio ferrariensi.
„ Magister Johannes Picardus hunc librum impressit & finivit an-
„ no domini m°. cccc. lxxv°. die viii mensis Julii. laus deo.
„ *in fol. Goth.*

Ex Cathalogo Biblioth. D. de la Valliere, tom. I. pag. 535. Refertur haec editio a Simlero, Beughemio, Orlandio, Maettario, Baruffaldio, Denisio. Simlerus, Beughemius & Orlandius in priore sui operis parte, pag. 139. nullum ipsi adscribunt typographum. Orlandius vero in secunda parte ipsam tribuit Andr. Gallo; huncque errorem sequutus est Baruffaldius, non autem, ut mihi videtur, Maettarius, uti opinati sunt quidam juniores Bibliographi: nam Maettarius in sui operis textu nullius typographi mentionem facit, (quod annotari velim) in notula vero ad paginae calcem subjecta sic scribit: „ Simleri Biblioth. pag. 34. „ Sic Beughem pag. 12. Orland. pag. 139. Sed Orland. pag. 271. addit no- „ men typographi; *Andream Gallum* „ nihil de hac additione Orlandii statuendo.

IV.

NICOLAI de TUDESCHIS quotidiana et aurea Consilia seu Allegationes.

*In fine*:

........................Per magistros
Petrum de arãceyo. ꝛ Iohãnẽ de tornaco
Litteris eneis impicta traditaq; die. ix
Madii. Anno dñi. M°. cccc°. Lxxv. ĩ. pre
dicta ciuitate Ferrarie. Divo Hercule
estensi feliciter regnante ꝛc. Laus om

 ni-

FERRARIÆ.

nipotēti deo qui vivit ꝛ regnat ī secula seculorum :

Amen :

( *in fol. magno* ).

Editionem curavit Ludovicus Bologninus de Bononia, utriusque Juris Doctor & Eques, qui eo tempore Jura civilia de mane tradebat in gymn. Ferrar., quique eidem tabulam per Alphabetum *ad inveniendum materias omnes & casus* in opere *contentos praemisit*, subjuncta *adjectione quadam*: quae tabula cum adjectione, 13. priora occupat folia. Ad tabulae calcem legitur Epigramma quatuordecim versuum, quorum priores duo sic habent:

Hic brevis ꝛ facilis: feliciter explicit ordo.
Et modus: ꝛ forma que bene quęque docent.

Ultimi vero duo:

Nec desinit nobis Petro. pariterque Iohanni.
Qui sumus auctores undiqꝫ pecunie.

In Epistola Bolognini memoratae tabulae praeposita, post medium haec verba leguntur: *Statui . . . . . opus hoc diligenter & fideliter per me emendatum ac de verbo ad verbum seriose pernotatum literis aeneis impingendum tradere.*

Literae *aeneae* hic & in subscriptione denuo memoratae videntur excellentiam quamdam editionis designare, quam tamen definire non facile valerem. Cavendum vero est, ne alias editiones, ( vel saltem bonam earum partem) quae per haec tempora, vel ante prodierunt, propter nonnullas litterarum inaequalitates linearumque irregularitates, litteris ligneis *impictas* fuisse arbitremur, quod Bibliographi quidam praeconceptis opinionibus, verius erroribus, mordicus adhaerentes, affirmare forsitan non dubitabunt. In hac autem edit. maxima est litterarum aequalitas, summa linearum columnarumque rectitudo, tantus impressionis nitor, ut liber sine voluptate videri non possit. Cum his conjuncta est chartae qualitas, marginum amplitudo, & si quid est aliud, quod libri alicujus pretium pulchritudinemque augere possit. Character ipse, etsi semigothicus, pulcherrimus tamen est & nitidissimus. Ultima vol. columna registrum exhibet, in quo 79. foliorum initia descripta sunt: prima tamen & ultima charta vacant. Signaturis, numeris, & custodibus caret. Exstat in Casanat.

V.

ALBERTI TROTTI de vero & perfecto Clerico opusculum *Ad calcem tabulae quaestionum*:

EXPLICIT tabula seu ordo questionū que tanguntur ī hoc opusculo: intitulato de vero & perfecto clerico: edito per clarissimum iuris utriusqꝫ interpretē Dominū Albertum Trottum de Ferraria ī studio ferrariensi: ibidemqꝫ impresso. Per Severinum Ferrariensem. Anno dnīce nativitatis. M.CCCC.LXXV. die 23. Decembris.

LAVS DEO.

( *in 4°.* )

Du-

Duplex hujus editionis exemplum possidet Casanatensis Bibliotheca, membranaceum unum, chartaceum alterum, inter quae nonnullae intercedunt differentiolae non prorsus hic praetereundae. Et I. exemplum membranaceum longe pulchrius nitidiusque est chartaceo (cujusmodi esse solent exempla in membranis cusa) characterisque ejusdem, qui Romanus est & parvus, elegantia multo magis in illo quam in hoc elucet. II. in operis fronte in membranaceo nullus titulus neque impressus neque manu adjectus cernitur; in chartaceo vero habetur titulus, typis rubris majusculis impressus. III. in membranaceo quaestionum tabula occurrit in fine, nullaque est Epistola ad Barthol. Roverellam Card. (fortasse codicis defectu); in chartaceo vero tabula praeposita est; & post eam legitur Auctoris Epistola ad B. Roverellam, data Ferrariae X. Kal. Jan. MCCCCLXXVI.: ad quam notam non satis advertens Orlandius, librum in utraque sui operis parte, anno 1476. alligavit. FERRARIAE.

Signaturis, numeris, & registro caret; reclamantibus tamen scaporum operis instructa est: qui scapi sunt numero 13. (ex quibus quinque, sunt quinterni, sex quaterni, duo terni), praeter scapum quaternum, qui tabulam & epist. dedic. continet, & reclamante caret.

VI.

AVGVSTINI DATI Elegantiolæ. Ferrariæ 1475. *in* 4°.

Denisius, pag. 48. ex Biblioth. Novacell. Vid. ad an. 1471. num. I.

## MCCCCLXXVI.

I.

„ STATVTA primi libri Statutorum Civitatis Ferrariæ incipiunt „ feliciter. *In fine*: Laus Deo Anno Domini MCCCCLXXVI. Se vér. Férr.

(*in fol.*)

De hac editione, ac de dubio in primis ab Orlandio circa nomen impressoris ejusdem sine causa moto, accurate agit Baruffaldius; cujus doctrinae quidquam addere supervacaneum foret.

II.

„ ALBERTI TROTTI de Visitatione, Ferrariæ 1476.

Duo de hoc opere statuit Baruffaldius: I. ipsum certo impressum fuisse Ferrariae anno 1476. II. probabiliter prodiisse ex officina Severini. Confer eundem, pag. 73.

III.

„ P. OVIDII NASONIS Metamorphoses. Ferrariæ per August. „ Carnerium 1476. *in fol.*

Hujus edit. inter rarissimas rarioris optimum exemplum exstat Neapoli in ditiss. Biblioth. Excellentissimi Ducis Cassani Serrae; qui, quo nobis, caeterisque ve-

FERRARIÆ. veteris bibliographiae studiosis gratificaretur, accuratam ejusdem descriptionem misit ad Can. Alb. Devoti nostri amicissimum, in hoc Specimen inserendam. En itaque illam:

„ Comincia con una una prefazione di Francesco Puteolano Parmense a Fran-
„ cesco Gonzaga Cardinale, che occupa il primo foglio, e la metà del retto del
„ secondo, dove incomincia una vita di Ovidio dell' istesso Francesco Puteolano,
„ che finisce al retto del terzo foglio in fine della quale vi è M°.CCCC°.LXXVI°. (1)
„ il verso dell' istesso foglio è bianco. Nel quarto vi sono i seguenti sei versi:

Orba parente suo quicũq; uolumina cernis:
His saltem nostra detur in urbe locus.
Quoq; magis faueas: non sunt hęc edita ab illo:
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quicquid in his igitur vicii rude carmen habebit:
Emendaturus si licuisset eram (2).

„ Indi colla distanza di quattro righi comincia l'opera, i di cui primi cinque
„ versi sono divisi in due per lasciare il luogo per miniare la prima Lettera,
„ come farsi solea, la metà del primo è scritta in lettere majuscole.
„ Non vi è numeri, nè registro, ma solo alla fine di ogni Quinterno vi è
„ un richiamo per il quinterno appresso (cosa che ho osservata praticarsi dal Car-
„ nerio anche nella Teseide del Boccaccio, di cui ne possedo un bellissimo Esem-
„ plare). I fogli, che sono interi sono composti di 39. righi, con l'iniziale un
„ poco staccata dal resto del verso. Al retto dell'ultimo foglio in fine vi sono
„ questi seguenti otto Versi........ Il Verso di esso foglio è bianco.

F inibus ausonię motus qui cęsaris ira est
A ugustine tua nunc revocatur ope:
H ac modo si aetherea frueret̃ ovidius aura
N õ tua letheis fama periret aquis:
C armine inęquali haud tantum cãtata corina
T e caner& quantũ naso poeta libens:
D ũ regit alcides populos ĩ pace feroces
I mpressit hoc formis ẽ cito maius opus

## IV.

„ Rabbènu Ascèr II. Ordo *Arbàh turim*, qui inscribitur *Iorè dehà*.
„ Ferrariæ per Abrahamum ben Chaiim. MCCCCLXXVI. *in fol.*

Haec

(1) Vid. in hoc Specimine ejusque Appendice Editionem Bononiensem Operum omnium Ovidii anni 1471.

(2) Vid. Catal. Rom. editionum pag. 77. Non dubito autem, quin Carnerius (vel qui edit. curavit) in hac editione adornanda prae oculis habuerit editionem Bononiensem Metamorphoseon Ovidii anni 1471. & Romanam ejusdem anni. Ex illa enim desumpta est Epistola Puteolani ad Franc. Gonzagam cum adjecta Poetae vita (omissis fortasse paucis quibusdam quae ad rem non pertinebant), subjecto ut in eadem, edit. anno, MCCCCLXXVI. Ex hac vero, sive Romana, excerpta sunt carmina, *Orba parente suo quicunque*, &c. quae Aleriensis supposuit subscriptioni Epistolae ad Paulum II. Praeterea uti in Romana ad calcem legitur notum octastichon, *Aspicis illustris*, &c. quod typographorum nomina locumque edit. demonstrat, ita & in hac Ferrariensi eodem loco adjectum est octastichon utrumque designans, licet non ita perspicue. Fortasse autem Carnerius praeter Metamorphoses impressit & Poetae elegias.

Haec cl. Jo. Bern. De-Rossi in *Comment. Histor. de Typographia* Hebreo-Ferrarien. 1780., pag. 10. seq. FERRARIE.

## MCCCCLXXVII.

### I.

„ R. LEVI GERSONIDIS Commentarius in Jobum, in 4°. minori,
„ absque loco (*sed Ferrariae*) per Abrh. ben Chaiim anno mi-
„ noris Judaeorum supputationis 237. *Chr.* MCCCC. LXXVII.
„ *Rabbinicis rudibusque typis*.

Jo. Bern. De-Rossi de Typogr. Hebreo-Ferrar., pag. 14. seq.

## MCCCCLXXX.

### I.

ALEXANDRI de IMOLA Apostille ad bar. super prima parte digesti novi, in his solum titulis et locis .....

*In fine:*

Expliciunt apostille dñi Alexādri ď Imola
ad bar. super pma parte digesti novi in his
solūm titulis ꝛ locis ubi ordinarie non legit.
Impsse Ferrarie per magistrum Andream
Gallicuȝ die. xxvij. marcii. M. cccclxxx.
(*in fol. magno.*)

Constat hoc volumen ex quinque quaternionibus & duobus ternionibus, quod demonstrat registrum ad calcem subjunctum. Excusum est charactere Gothico, duabus columnis, & cum signaturis, sed sine numeris & cust. Character idem est ac Lecturae *de Verborum significat.* sub anno seq. referendae. Exst. in Casanatensi.

### II.

„ PAULI de CASTRO Lectura super 2ª. parte Infortiati Ferrariae
„ per Andream Gallum, *circiter an.* 1480.

Hujus edit. testis est ipse Andreas Gallus, qui in Epistola ad Studentes almae Universitatis Juristarum Ferrariae, Lecturae Tartagni *super tit. de Verborum obligat.* anno 1481. impressae praeposita sic loquitur: *Posteaquam Pauli de Castro lecturam super secunda Infortiati parte impressam omnibus communem feci, rogatus sum a plerisque vestrum ut Alexandri de Imola lecturam super titulo de Verb. oblig. ..... diligenter etiam imprimerem* (1).

III.

(1) Chr. Theoph. de Murr in Memorab. Bibliothecarum Norimberg. & Denisius hanc editionem omnino adscribunt anno 1480. & recte, uti puto.

FERRARIAE.

III.

„ STATVTA magnificæ communitatis Regii. Ferrariæ 1480. *in fol.*

Maettarius, pag. 776. *ex Cat. Bluet.*

MCCCCLXXXI.

I.

ALEXANDRI TARTAGNI Lectura super titulo de Verborum obligationibus.

*In fine:*

Explicit lectura aurea Excellentissimi ꝛ famosissimi Doctoris domini Alexandri tartagni de Imola super titulo de verbo. obligati. post impressionem bononiensem magna diligētia. majore vero labore emendata. Ferrarie autem impssa opera ꝛ impensa Prestantissimi viri Magistri andree gallici. Anno domini 1481. die 18. Augusti.

(*in fol. magno.*)

Expressa fuit haec editio ex exemplari a Jo. Luca Pontremulensi, ipsius Alexandri discipulo, ab ipso typographo perquisito, suppeditato; quod exemplum *purissimum* vocat in Epistola, de qua sub Paulo de Castro dictum est. In eadem Epistola meminit antiquioris edit. impressionis Bonon. anni 1477. in qua *artificum imprimentium negligentia multa partim transposita, partim omissa, partim corrupta inveniuntur*. Data est haec Epistola Ferrariae XV. Kal. Sept. Mcccclxxxi. Editio magnifica est, charact. quidem Gothico, sed nitidissimo, duabus columnis cum signaturis tantum, & registro in fine, ex quo colligitur vol. folia esse 186. Exst. in Casanat.

II.

Apostille ad bar. super secūda parte. ff. novi quas fecit excellentissimus utriusq; iur. doc. dominus ALEXANDER de IMOLA felicr īpiūt.

*In fine:*

Expliciunt apostille ad bar. super secunda parte. ff. novi quas fecit excellentissimus utriusq; iur. doct. dominus alexander de Imola. Impsse Ferrarie per Magistrum andreā gallum. Anno domini. M. cccclxxxi. die xxviiii Decembris.

Registrum hujus libri.

(*in fol. magno.*) Cha-

Character totumque opificium hujus editionis idem omnino est ac praecedentis, cum qua colligatum est exemplum Casanat. Folia ex registro, 120. Inaccuratio quaedam circa hanc edit. apud Denisium occurrit, pag. 141. (typogr. oscitantia, uti videtur); sic enim ibi legitur: *Ejusdem* (Tartagni) *apostillae super ff. Ferrariae per Andr. Gallum* 1481. *f. Nov.* FERRARIÆ.

## MCCCCLXXXIV.

### I.

„ SENECÆ Tragoediæ. Ferrariæ per Andream Gallum MCCCC-„ LXXXIV. *in fol.*

„ Comincia con il seguente titolo:

LVCII ANAEI SENECAE CORDVBENSIS:
HERCVLES FVRENS TRAGEDIA PRIMA
INCIPIT:

„ dopo del quale comincia il Testo, i di cui primi quattro Versi sono divisi „ per metà, e la metà del primo è tutta in lettere Capitali. In questo volume „ vi è un registro assai difettoso (1), perchè dalla metà in giù il Registro co-„ mincia, ed è immediatamente sotto del Testo. Nella prima in molti luoghi „ non vi è, in alcuni vi è messo a mano, in altri vi è stampato, ma alla fine, „ ed all'angolo del foglio. In fine di tutta l'Opera, e propriamente alla fine „ del verso dell'ultimo foglio, vi sono questi quattro versi, . . . . con cui l'ope-„ ra è compita:

.τέλος.

Longa iterum Senecæ tribuisti sæcula: regum
Cum premis Andrea Gallice mortis opus.
Hercule sunt formis impressa uolumina rege
Victor ab adriacis cum redit ille feris:

Ex hisce carminibus Baruffaldius colligit editionem prodiisse anno 1484. quo sancita fuit Balneoli pax inter Venetos, Herculem Ferrariae Ducem caeterosque foederatos Italiae principes. Qua de re confer Muratorium in *Antiquitt. Esten.* par. II. pag. 250. Edit. exemplum exst. Neapoli in Biblioth. E. D. Cassani Serrae, qui allatam descrip. misit ad Can. Alb. Devoti, nobiscum communicandam.

## MCCCCLXXXV.

### I.

„ DINI de GARBO (Florentini) Chirurgia cum tractatu ejusdem „ de ponderibus: Ferrariæ per Andream Gallum MCCCCLXXXV. „ *in fol.*



(1) Ejusmodi registri sive signaturarum defectus non ita infrequentes sunt in vet. edit. Vid. in hoc Specimine, pag. 19. nota (2), & pag. 206.

FERRARIÆ. Ex fide Caillii, editionem in suis Annalibus laudat Maettarius, tom. I. pag. 462. Praeter Chirurgiam autem & tract. de Ponderibus, Orlandius, par. II. pag. 335. citat ejusd. Auctoris Tractatum *de Emplastris & Unguentis*, & Gentilem de Fulgineo super Tract. *de Lepra*, & Gentilem de Florentia super Tract. *de Dislocatione & Fracturis*: quos duos Auctores additos esse notat Dino del Garbo: *Additi sunt* (inquit) *insuper Gentilis de Fulgineo*, &c. Confer Baruffaldium, p. 48. seq.

## II.

Ad illustrem dñm Borsuȝ estensem Ca
strinovi tortonensis dñm. libellus MICHA
ELIS SAVONAROLE Illustris ꝑncipis dñi leo
nelli marchiõis esteñsis phici. de balneis ⁊
termis naturalibus omnibus ytalie sicq; to
tius orbis ꝓprietatibusq; eaꝝ incipit feliciter

*In calce:*

Explicit liber de balneis ⁊ termis na
turalibus oĩbus ytalie ꝓprietatibusq;
earũ. editus a dño Michaele Savo-
narola. impressus Ferrarie p mgrum
Andream Gallum. M. cccc. lxxxv°.
die x°. mẽsis novẽbris. Deo grãs.
Finis.

Registrũ quinternoꝝ huius libri.

(*in fol.*)

Character Gothicus est, sed valde clarus, cum non ita multis vocum compendiis; columnae binae. Signaturis & registro tantum instructa est edit. Registrum exhibet 20. foliorum initia, quorum ultimum, est initium tertiae chartae ultimi scapi, qui duernus est; adeoque chartae impressae sunt tantum 38., prima vero & ultima vacant.

Loco operis de Balneis & Thermis Jo. Mich. Savonarolae impressi hoc anno Ferrariae per Andr. Gallum, Maettarius in sui operis textu, pag. 468. (1) laudat ejusdem Auctoris *Canon. de Febribus*, nullo nominato typographo; solumque in subjecta annot. (8) ex Orlandio citat opus de Balneis & Thermis per Andr. Gallum 1485. Quo posito, duo agnoscenda erunt Savonarolae Medica opera hoc anno Ferrariae impressa, sive ab eodem, sive a duobus diversis typographis, quod parum refert. Vid. Baruffald., pag. 51.

## O

„ FRANCISCI de MAYRONIS O. M. Expositio super octo libros
„ Physicorum Aristotelis. Formalitates, *&c. Ad calcem*: Impres-
„ sum in inclyta civitate Ferrariæ regnante Hercule Duce se-
„ cundo per magistrum Laurentium de Rubeis de Valentia. anno
„ Domini. M. CCCC. LXXXV. V. Idus Madii. *in* 4°.

Edi-

(1) Ex Biblioth. Malinckrot.

Editio chimaerea ex mendo typogr., quod in opus cl. Mittarellii irrepsit, col. 282. nata, & ex hoc fonte a Denisio in suum Suppl. derivata. Videantur ipse Mittarellius loco laud., tum ipse Denisius pag. 281., tum denique Specimen hoc ad annum 1490. num. II. FERRA-RIAE.

## MCCCCLXXXVII.

### I.

BERNARDI de GORDONIO tractatus de Urinis & cautelis urinarum, cum tract. de pulsibus.

*In fine:*

Explicit tractatus de urinis. ₇ de cautelis urinarum. cū Tractatu de pulsibus. Excellentissimi medici dñi magistri Bernardi de Gordonio. Impressus Ferarie (*sic*) per providum viꝝ magistrū Andream gallum Anno domini. 1487. die 4. Martii.

Registrum hujus Libri

(*in fol.*)

Tractatus *de Cautelis Urinarum & de Pulsibus* breves admodum sunt; ut qui simul non occupent plus quam duas chartas cum dimidia circiter. Editio est charact. Goth. rudiusculo, cum signaturis, reclamantibus ternionum, & registro, sed sine numeris. Registrum hoc fallax appellari jure posset: exhibet enim scapos quatuor, praefixa unicuique propria litera alphab., & priores tres speciem praeferunt quaternionum; in unoquoque enim eorum quatuor recitantur foliorum initia, ac si unumquodque constaret ex quatuor integris foliis; cum tamen reipsa contient ex tribus tantum: quartum enim vocabulum est primum tertiae paginae cujuslibet intimi folii. Errat autem Orlandius, qui editionem assignat anno 1486. quidquid dicat Baruffaldius. Exst. in Casanat.

### II.

„ FELINI SANDEI opus super Procemio Decretalium. Ferrariae
„ 1487.

Mansius in Bibl. M. & I. L. Fabricii lib. VI., pag. 151. edit. Pat. 1754.

## MCCCCLXXXVIII.

### I.

„ GEORGII CHRISTOPHORI DE HONESTIS Florentini Su-
„ per Antidotario Mesuae cum tractatibus de aqua hordei, &
„ de modo faciendi ptisanam. Ferrariae per Andream Gallum
„ MCCCCLXXXVIII. die 20. Martii *in fol.*

FERRARIAE.

II.

„ SALADINI de Esculo Medici Principis Taranti Compendium
„ Aromatariorum. Ferrariæ per Andr. Gallum MCCCCLXXXVIII.
„ 5. Aprilis. *in fol.*

III.

„ SERAPIONIS & PLATEARII (Maettarius legit *Platerii*) Pra-
„ ctica medica. Ferrariæ MCCCCLXXXVIII. *in fol.*

Duas priores editiones ex uno Orlandio citat Maettarius in subjectis annotationibus, alteram pag. 503. alteram 494. nil super iis pronunciando. Dies autem mensis utrique earum ab Orlandio assignata, argumento esse videtur, utramque ab ipso visam fuisse; aut saltem ab accurato aliquo catalogo earum titulos fuisse exscriptos. De prima sic scribit Maettarius: „ Sed (Orlandius) pag. 137. di-
„ versam profert editionem, *per Andream Gallum*; *XX. Martii*, *fol. Ferrariae*
„ quam pag. 139. sine nomine typogr. (uti Beug. p. 76.) reponit, additis his
„ verbis: *bis eodem anno impressus*.
Tertiam refert pag. 781. ex Prosp. Marchandio, Catalogum Paw. laudante.

MCCCCLXXXIX.

I.

„ Leggendario, e vita & Miracoli de SANCTO MAVRELIO Epi-
„ scopo, e Patrono de Ferrara. *Ad calcem*: Impressum Ferrariæ
„ per me Magistrum Laurentium de Valentia Anno Domini
„ MCCCCLXXXVIII. die XXX. (*sic*) Idus Decembris. *in 4°.*

Videnda sunt quae de hac editione notat Baruffaldius (ex quo titulum & subscriptionem excerpsimus) pag. 74. 75. & post ipsum Denisius pag. 269. sui Suppl., praesertim quod spectat ad falsam & (uti eam appellat Denisius) *ridiculam* diei notationem.

II.

IOANNIS HERCVLANI sui tempo-
ris medicorũ ac philosophoꝝ prĩ
cipis. expositio optĩa in quarti ca-
nonis Principis fen primã felici
ter incipit.

*In calce*:

Et in hoc finit expositio fen prime quar
ti canonis Auić. edita per. d. magistrũ Io
annem Harculanũ (*sic*) Veronẽsem doctorem
famosissimũ Divo Hercule duce secundo.

Im-

imperante. Anno a natali christiano octua
gesimo nono supra quadringentesimum et
millesimum. arte ac impensa Andree galli
diuinū opus hoc ex proprio ipsius originali
diligentissime extractuꝫ in inclita Ferrarie
ciuitate impressum est die 24. Ianuarii.

Herculeo arnulph9 gēit9 sacra saxa Ioāni
Hec statuit merita pro pietate patri.
Ille vir hypocratē medicās ꝛ apollīa vicit
Atqꝫ fuit nostro tempore verus apis.
Doctrine preclara sue monumēta reliquit
Multaqꝫ ꝑ doctos scripta Ioānis eūt
Codicibus febres pestes cūctosqꝫ nocētes
Corporib9 morbos scripsit ī orbe trib9
Pulchra salutifero verona exultat alūno
Huius .n. medicā mūdus adorat opem
Sub duce quę borso clarū Ferraria vidit
Fataqꝫ corpus hñt cetera cuncta deus
FINIS.

*Sequenti folio recto*, Registrum hujus libri.
(*in fol.*)

Editio est duplici charact. Gothico minus pulchro, majori pro textu Avicennae & minori pro exposit. Herculani, cum signaturis, reclamantibus quaternionum, & registro, sed sine numeris. Folia ex registro, 272. ex quibus primum vacat. Perperam vero Orlandius & post ipsum Maettarius & Baruffaldius editionem referunt in annum 1488. ni forte quis contendere vellet & hoc anno 1489. & superiore opus impressum fuisse Ferrariae: cujus tamen duplicis impressionis nullum afferri potest argumentum.

Titulus autem & subscriptio cum subjecto epitaphio, ex ipsa editione scrupulosissime exscripta, manifeste ostendunt verum auctoris agnomen fuisse *Herculanum* (1); ejusque patriam, *Veronam*; adeoque Baruffaldium sine causa de primo quodammodo dubitasse; & secundum, testimonio scriptorum illustrandum suscepisse. Ab utroque tamen, ut puto, abstinuisset, si editionem ipsam vidisset. Exstat in Casanat.

## MCCCCXC.

### I.

„ NICOLAI de LYRA Postilla super Evangelia quadrages. seu
„ expositio litteralis & moralis. Ferrariæ per Magistrum Lauren-
„ tium

(1) *Harculanum*, quod legitur lin. 5. subscriptionis, mendum esse typograph. quisque intelligit.

„ tium de Rubeis de Valentia MCCCCLXXXX. Sexto Idus Mar-
„ tii. *in* 4°.

Exst. in Biblioth. Reg. Parmensi; & de ea erudite & accurate agit Baruffaldius, a pag. 75.

II.

„ ANTONII ANDREAE O. M. Tria principia secundum do-
„ ctrinam doctoris subtilis Scoti. FRANCISCI de MAYRONIS ex-
„ positio super octo libros Physicorum Aristotelis. Ejusdem forma-
„ litates. Tractatus de principio complexo. De terminis theolo-
„ gicis. De ente et essentia secundum Thomam. *Ad calcem*: Im-
„ pressum in inclyita civitate Ferrariæ regnante Hercule Duce
„ Secundo per Magistrum Laurentium de Rubeis de Valentia an-
„ no dom. MCCCCXXXX. V. Idus Madii. *Char. lat. in* 4°.

Denisius, pag. 281. Ante Denisium editionem retulit cl. Mittarellius in Append., coll. 14. 282. Exst. in Corsiniana.

MCCCCXCI.

I.

„ Excellentissimi viri VGONIS SENENSIS in primam fen pri-
„ mi Canonis Avicenne Expositio feliciter incipit. *Ad calcem*: Ex-
„ plicit commentum clariss. viri Vgonis Senensis in primam primi
„ Canonis Avicen. Impressum Ferrarie opere Andree Galli anno a
„ nativitate Domini. M. CCCC. XCI. die vero XIII. mensis Au-
„ gusti regnante, *&c.* emendatum vero diligenti cura et studio
„ excellentissimi artium et medicine doctoris Magistri Antonii ci-
„ tadini faventini theoricam medicine in felici studio ferrariensi
„ ordinarie legentis. *Subnectitur ejusdem* ANT. CITADINI *tracta-*
„ *tus de febre. Primam folii ultimi paginam chartarum registrum oc-*
„ *cupat. in fol.*

Haec cl. Pl. Braun in *Notitia de libris ab artis typogr. inventione usque ad* 1500. *impressis, in Biblioth. Monast. ad SS. Vdalricum & Afram Augustae exstantibus*, par. II. pag. 219.

MCCCCXCII.

I.

Magistri MENGHI BLANCHELLI Faventini tractatus de primo & ultimo instanti.

FERRARIAE.

*In calce:*

Expliciū questiones utilissime Menghi faventini diligentissime ab eo emendate. Impresse Ferrarie p magistrum Laurentiū d' rubeis de Valentia. ⁊ andream de grassis de castronovo socios. die septimo septēbris Anno dñi. 1492.

Registrū operis

A quaternus. B C D E sunt terni.

(*in fol.*)

Aut cl. Baruffaldio, cum suum de Ferrariensi typographia opusculum scribebat, subsidia librorum deerant, aut nonnunquam ea consulere neglexit. Praemisso enim ex Orlandio, diminuto hujus edit. titulo, sic suam orditur observationem: *Chi sia codesto Menghi Scrittore di quest' opera non è noto abbastanza; il Gesner*, &c. Quae verba quomodo accipienda sint, non facile apparet. Nam in primis si operum a Mengho editorum, quorum bona pars ad nostram usque aetatem pervenit, uti ex eorum elencho a cl. Mazzuchellio vulgato liquet, ratio habeatur, uti haberi debet, nullus litterarii meriti aequus aestimator dubitare poterit, quin inter illustriores sui saeculi philosophos & medicos habitus sit, & nunc etiam sit habendus. Si vero ad laudes, a doctis viris sequentium saeculorum ipsi tributas, animum advertamus, multo luculentius constabit, ipsum magnam nominis celebritatem adeptum fuisse, eamque ad nos usque fuisse propagatam. Ex his tres nominabimus, qui caeteris accuratius res nostri Menghi persecuti sunt. Laurentius Ursetus Bergomensis Ord. Praedic. in Epist. ad Benedictum Rinum, praeposita operi *de omni genere febrium* edit. Venetae 1536. sic loquitur: *Vixdum extremos adolescentiae annos attigerat Menghus Faventinus, cum jam illius nomen in tota prope Europa celebre erat: perarguta enim commentaria in Dialecticen Pauli Veneti ediderat, opus equidem, ex quo facile praesagires futuram in homine eminentem illam sapientiam, quam postea jam aetate matura a R.P. Florentina, ac deinceps ab aliis universitatibus aere publico ad tradendam Medicinam conductus, liquido ostendit*. Titulus porro huic ipsi operi praefixus, a Benedicto Rino (ut puto) medico sui temporis celeberrimo, qui illud correxit, sic habet: *Admirabile & novum opus viri in tota Italia & Europa praclarissimi, Magistri Menghi Faventini de omni genere febrium*, &c. Quod quidem argumento est, magnum ea aetate, apud medicos cumprimis, in Italia & extra fuisse Menghi nomen.

Georgius Vivianus Marchesius in Monumentis virorum illustrium Galliae Togatae, pag. 84. sic habet: *Menghus Blanchellus Faventinus celebre & perenne suum nomen scriptis fecit. Opus de febribus & morbis evulgavit anno 1536.* (error). *Plurimas insuper Quaestiones, opera Theologica, & Astronomica, nec non tractatum de omnibus Italiae balneis.*

Cl. denique Mazzuchellius in opere de Scriptoribus Italis, sic ejus articulum exorditur: *Bianchelli (Mengo) chiaro medico e filosofo de' suoi tempi ebbe per patria Faenza.* Post quae, recitatis brevi sermone iis, quae ad ejus patriam, aetatem qua floruit, & lectoris munus, quo adhuc juvenis functus est, demonstranda pertinent, catalogum operum ab ipso editorum subjicit, ex quorum numero &

FERRARIÆ. & varietate apparet, ipsum inter sui temporis praestantiores philosophos ac medicos numerari debuisse.

Opus autem, de quo in praesentiarum agitur, non modo non sine typographi nomine Ferrariae impressum fuit, uti prodidit Orlandius, quem bona fide sequutus est Baruffaldius; sed duorum typographorum nominibus, ipsi Baruffaldio notis, insignitum fuit, uti ejus subscriptio accuratissime a nobis huc relata ostendit. Editio est Gothico charactere, paginis bipartitis. Ex his prima exhibet indicem Quaestionum operis; altera Auctoris Epistolam ad Fr. Carolum Faventinum Ord. Servorum: reliquae opus ipsum continent. Exst. in Corsiniana.

## II.

„ NICOLAI LEONICENI, Ferrariensi in Vniversitate Doctoris
„ errores Plinii & alior. Doctorum de simplicibus medicaminibus
„ qui scripserunt, Ferrariæ per Magistrum Laurentium de Valen-
„ tia, & Andream de Castronovo socios. MCCCCLXXXXII. *in* 4°.

Praecedit Epistola Angeli Politiani ad Auctorem ipsum, data Florentiae die III. Januarii M. cccc. LXXXXI. quae totum primum folium, ac lineas duas sequentis occupat. Totum volumen constat ex foliis XVIII. Gothico charactere, & cum signaturis excusis. Exstat apud Can. Devoti. Confer Baruffaldium pag. 80. & seq.

## III.

„ OFFICIVM sive collectio Psalmorum & Precum. Ferrariæ
„ per Magistrum Laurentium de Valentia Anno Dñi M. CCCC.
„ XXXXII. die XV. Kal. Novembris *in* 4°. *Pergam*.

Editio accurate describitur a Baruffaldio pag. 79. seq., qui eam evolvit Bononiae apud Canonicos Reg. S. Salvatoris.

## IV.

„ IOANNIS PICI Carthusiani Comment. in Cantic. Cantic.
„ Ferrariæ MCCCCLXXXXII. *in* 8°.

Baruffaldii dubitationem, sive nescientiam de Jo. Pico Carthusiano diluit Theod. Petrejus in Bibliotheca Carthusiana pag. 212. his verbis: „ Joannes Picus, Gallus,
„ Lutetiae Paris. Professus scripsit in Cantica Canticorum: de quo ita Jodocus
„ Badius in Epist. dedic. ad Guiliemum Bibaucium totius Carthus. instituti Gene-
„ ralem, operi praefixa: *Joannes*, inquit, *Picus non Mirandulanus quidem ille,*
„ *tamen si ad ingenii divitias, benignaeque naturae dotes & rara studiorum prae-*
„ *mia spectes, sane quam mirandus, religione pientissimus, & pietate religiosissima*
„ *perinde ac sibi ae musis canens, Deo tamen ac pientissimae ejus matri, ac perpetuae*
„ *Virgini, eorumque observationi deditis, mirificentissimum concinnavit opus. To-*
„ *tam siquidem Canticorum Salomonis farraginem, eidem Deiparae Virgini ac in-*
„ *comparabili coaptavit* .... *Incipit vero hoc opus*: Rex Pacificus, *prodiitque ex*
„ *bibliopolio praefati Jod. Badii anno p. Ch. N.* 1524. *in fol.* 8.

Petrejo concors est Longius in Bibliotheca Sacra tom. II. edit. 1723. pag. 905. ubi haec habet: „ Joannes Picus Gallus Carthusianus, Prior Parisiensis. I. *Paraphra-*

„ *phrasis in VII. Psalmos Poenitent.* in 8. Paris. 1524. 2. In *Cantica Canticorum* „ de Christo & B. Virgine expositio. in 8. ibid. 1524. „ Picus itaque Carthusianus auctor Comment. in Cantica Canticorum, neque Parmensis fuit, neque Mirandulanus, neque Etruscus, uti credidit Baruffaldius; imo neque Italus. Caeterum notitia scriptorum non apud eos auctores quaerenda est, qui indices quosdam de hac vel illa materia condiderunt, cujusmodi sunt illi, quos citat Baruffaldius, sed apud eos Scriptores, qui data opera de auctoribus ipsis, eorumque scriptis tractare sibi proposuerunt. Ex Prospero autem Marchandio hanc Ferrarien. Editionem refert Maettarius, tom. I. pag. 777. secundae edit. FERRARIE.

V.

„ FELINI SANDEI Opus super Procemio Decretalium. Ferra- „ riæ 1492.

Mansius, Bibl. Lat. M. & I. Lat. Fabr. lib. VI. pag. 151. edit. Pat. 1754.

MCCCCXCIII.

I.

„ ALFRAGANI Arabis brevis & perutilis compilatio totum id „ continens, quod ad rudimenta Astronomica est opportunum. *Ad* „ *calcem*: Opus preclarissimum consumatissimumque introductorium „ in Astronomiam explicit quod peritissimus Astronomorum Alfre- „ ganus edidit, & heremitarum hujus temporis decus...... ma- „ gna cum diligentia ac magno cum labore emendavit. Impressum „ Ferrarie arte et impensa Andree Galli.... anno incarnationis „ Verbi 1493. die vero tertia Septembris. *in fol. par.*

Haec cl. Mittarellius in *Appendice ad Codd. mss. Biblioth. S. Mich. Venet. prope Murianum*. Quae quidem cum sine dubio legerit Baruffaldius, mirari subit, quod in suo Specim. nil omnino tetigerit de anonymo hujus versionis correctore; sed contra in divinando ipsius versionis auctore frustra operam consumpserit. Quae sane versio cum ab Ordinis Eremit. S. Augustini alumno magno *cum labore emendata* fuerit, antequam imprimeretur (certe priusquam e prelo emergeret); argumento id est, eam ante id temporis exstitisse, adeoque neque Manardo, neque alii erudito Ferrariensi (1) per ea tempora florenti, ne per conjecturam quidem, recte adscribi posse.

II.

BAPTISTAE GVARINI funebris oratio in Excellentissimam Reginam Eleanorã (*sic*) Aragoniã/ Inclyti ducis Herculis Estensis cõiugem habita quarto Idus Octobres. 1493. (*in* 4°. *sine loco & typogr.*)



(1) Si vel Manardus, vel aliquis ejus collega, vel alumnus versionem ipsam adornasset, ipse pariter antequam in lucem prodiret, emendasset; aut saltem anonymus corrector, & ipse, uti scribit Mittarellius, in Univers. Ferrar. professor, quidpiam de primo versionis auctore, ipsi coaevo monuisset.

FERRARIAE. Sex tantum sunt opusculi folia sine numeris, signaturis, ac reclamantibus. Sextum non continet nisi auctoris decastichon in laudem defunctae, cujus quatuor priores versus sic habent:

Quid quasi defunctam luctu decoratis inani?
Non obiit Cujus gloria tanta manet.
Vivit forma decens animo conjuncta pudico:
Vivit Aragoniae nobilitatis honor.

Character Gothicus est, idemque ac defensionis Plinianae impressae per Andr. Belfortem. Exst. in Casanat., sed deest apud Baruffaldium.

III.

„ VGONIS Senensis super Aphorismos Hippocratis & super com-
„ mentum Galeni ejus interpretis. Ferrariae per Magistrum Lau-
„ rentium de Valentia, & Andream de Castronovo socios MCCCC
„ LXXXXIII. XV. Novembris. *in fol.*

Baruffaldius, pag. 83., & ante ipsum Orlandius & Maettarius.

IV.

„ BENVENVTI de S. GEORGIO Oratio ad Maximilianum Rom.
„ Regem: *Ad calcem*. Ferrariae decimo octavo chalendas decembris
„ Salutis nostre Anno millesimo quadringentesimo nonagesimotertio. 4.

Denisius, pag. 345., ex *Biblioth. Caes.*

MCCCCXCVI.

O

„ IACOBI PHILIPPI Bergomensis Vita Virginis Mariae Matris
„ Dei. Ferrariae 1496.

Nullam editionem Ferrariensem annorum 1494. & 1495. refert Baruffaldius; etsi credibile non sit patria ejus prela toto biennio otiosa mansisse. Editionem autem Vitae B. Virg. Mariae hic memoratam, citat ex Tiraboschio, tom. VI. par. II. pag. 20. edit. Mutin. anni 1776. Sed quae cl. Scriptor in hac prima edit. suae Historiae de operibus Jac. Phil. Bergomen. scripserat, monente cl. P. Th. Varani, correxit in edit. Rom. anni 1784. nullamque esse agnovit ejusmodi edit. aliamque inscriptam de cl. *Mulieribus Christianis*, cum eadem ibidem memoratam.

I.

PETRI TRANENSIS Episcopi Thelesini de ingenuis
puerorum & adolescentium moribus.

*In fine:*

Explicit liber dñi petri tranensis de regimine filioꝝ quomodo ingenuis mori-

moribus educandi sunt. Impressum ferrarie per magistrum laurentium de valentia Anno domini.M.cccc.lxxxxvi. die septimo octubris(*sic*)Finis. (*in* 4°.) FERRARIÆ.

Circa annum hujus editionis sine dubio errat Maettarius, & verax est Orlandius, qui eam assignat anno 1496. Exemplum, quod exstat in Casanatensi, dubitationes omnes Baruffaldii, qui cum suum scribebat opusculum, editionem nondum viderat, satis superque diluit. Volumen constat ex VI. quaternis, & uno duerno, Gothico charactere non jucundo impressis, & cum signaturis tantum. Primum folium exempli Casanatensis signatum *a* 2. anteriori facie sistit Prologum sive Epistolam Auctoris ad Hippolytum Estensem Cardinalem; altera imaginem B. Mariae Virg. stantis, & puerum Jesum lactantis. Sequenti folio recto incipit opus ipsum, quod terminatur folio verso, ubi occurrit allata subscriptio, supra quam legitur Lucae Ripae dodecastichon, quod incipit:

Hunc (mihi si credes) lector studiose libellum
Versabis culta sedulus usque manu.

## MCCCCXCVII.

### I.

„ IAC. PHILIPPI Bergomensis de claris selectisque mulieribus. „ Ferrariæ opera & impensa Laurentii de Rubeis de Valentia „ MCCCCLXXXXVII. Kal. Maji. *in fol.*

Invitus ad hanc edit. quam 20. circiter ante annos pro Casanat. Biblioth. adquisiveram, & cum postea eam in hoc Specimine recensere vellem, in nullo ejusdem Biblioth. angulo, quacumque adhibita diligentia, reperire licuit, ut pene non amplius dubitem, quin furacis manus improbitatem una cum plurimis aliis experta jam sit, transitum facio. Figuris ligno insculptis ornata est (ex quibus tamen plurimae diversis personis aptatae fuere) &, si probe memini, Romano charact. excusa (1). Hoc autem Saec. XV. non aliam hujus operis editionem prodiisse, etsi persuasum mihi sit; non ideo tamen haec Ferrariensis editio unica existimanda est, uti innuere videtur Baruffaldius: recusum enim fuit opus una cum aliis ejus generis Opusculis, Parisiis anno 1521. per Simonem Colinaeum, quae editio obvia est in bibliothecis. Hanc autem Ferrariensem summe raram esse inde colligere licet, quod non modo Biblioth. Barberina & Imperialis, sed & Corsiniana, quin & ipsa Angelica, ea careant; nec hucusque aliud ejus exemplum venale reperire mihi licuerit. Exstabat tamen in Pinelliana, & teste Baruffaldio, reperitur in Reg. Biblioth. Parmen. Raritatis autem editionis caussam puto esse fabulam *Joannae Papissae*, quae non minori fiducia, quam gravissima quaeque verissimaque alia historia in hoc opere narratur.

In Indice editt. *ab inventa typogr.* &c. Fr. Xa. Laerii, tom. II. pag. 1224. de hac editione haec leguntur: *Editio amplior illis annorum* 1483. *&* 485. *de quibus Debure num.* 4323. qua annotatiunculа, primo perperam multiplicantur hujus operis editiones. Secundo, (quod gravius est) duo diversa opera in unum miscentur. Vide Deburium num. a Laerio citato.



(1) Nil amplius, propter exempli deficientiam, annotare valeo.

FERRA-
RIAE.

II.

# VI
# TA EPISTO
# LE DE SANCTO HIE
# RONYMO
# VLGA
# RE

*In fine*:
Impressa e la presente opera cosi con dili
gentia emendata como di iocunde (*sic*) caracte
re & figure ornata ne la inclita & florentis
sima cita de Ferrara: per Maestro Lorenzo
di Rossi da Valenza: ne gli anni de la salu
te del Mundo. M. CCCC. XCVII. A di. XII.
de Octobre. Regnante & iuridicamente
& cum humanita el felice & religiosissimo
Principe messer Hercule Estense Duca se-
cundo. Spechio de infrangibile sede.
(*in fol.*)
*Infra, insigne typogr.*

Quae cl. Paitonus & Baruffaldius de potissima hujus editionis parte, sive de Epistolis, scripsere, ejusmodi sunt, ut lectorem de imperfectis ejusdem exemplaribus, qualia sunt ea, quibus uterque usus est, satis erudire possint. Iis itaque omissis, quae ex eorum commentariis peti possunt, ea hic in primis delibabimus, quae ex integri exemplaris inspectione, cujusmodi sunt ea quae praeter Epistolas, etiam S. Doctoris vitam continent, solum cognosci possunt. Et primo monemus, ejusmodi vitam ad integritatem voluminis, sive editionis pertinere, ut manifeste patet ex subscriptione ad calcem ipsarum Epistolarum, & ante *Ordinem de modo vivendi in Monialium monasteriis* posita, quae ejusmodi est: *Qui finisse la vita de sancto Hieronymo cum le sue Epistole. Et la cura de' morti de Augustino, &c.* Ad quam subscriptionem non advertens Baruffaldius, existimavit ejusmodi vitam, post absolutam Epistolarum impressionem, editam fuisse (1), ipsisque epistolis in quibusdam exemplis superadditam. Paitonus cautior, nil super hac re pronuntiavit, satisque habuit dicere, se non intelligere quid sibi velit ejusmodi subscriptio.

Primum voluminis folium exhibet allatum titulum, *Vita*, &c. Gothicis maximisque literis exaratum, lignoque insculptum: altera facie vacat. Secundum con-

(1) Certum tamen videtur, post inchoatam Epistolarum impressionem, fuisse editam.

conspiciendum praebet ornatum architectonicum ligno pariter insculptum, in cujus fronte visitur imago aeterni Patris; in dextro autem stylobate legitur M.CCCCL. in sinistro XXXXIII. In dextro vero fulcro IHS, in sinistro XPS. Area intermedia bifariam divisa superiore parte exhibet nativitatem S. Hieronymi; inferiore, principium vitae ejusdem, seu potius Authoris prologum in eamdem charactere ipsius operis excusum. Pars versa ejusdem folii sistit quinque priores vitae S. articulos, quorum postremis quatuor praeponitur (1) imago ligno incisa, factum quod in eo narratur repraesentans. Eodemque tenore procedunt sequentes articuli, qui omnino sunt num. 13. & cum prioribus quinque implent folia duo cum dimidio. FERRARIAE.

Post vitam sequuntur Epistolae, quarum primum folium non parum differt ab exemplis Paitoni, & Baruffaldii. In anteriore ejus parte legitur: *Epistole de Sancto Hieronymo vulgare*; qui titulus non secus, ac primus qui vitam & Epistolas designat, praegrandibus Gothicis literis ligno insculptis excusus est. Facies versa exhibet quidem eundem ornatum architectonicum ac exempla Paitoni & Baruffaldii; sed quae eo ornatu includuntur longe alia sunt. In ejus enim fronte loco: *Deo invisibili*, &c., legitur, *Divo Hieronymo dic.* majusculis Romanis literis impressum. In area loco alterutrius inscriptionis, quam recitant laudati Bibliographi, habetur imago S. Hieronymi, monachali habitu induti, ad lucubratoriam mensam sedentis, dextera calamum tenentis, sinistra ad librum applicata. Sequens folium in quo incipiunt Epistolae in omnibus concordat cum Paitoni descriptione, discrepat vero a descriptione Baruffaldii, quod nullibi in eo legitur titulus: *Qui incominciano le Epistole*, de quo loquitur Baruffaldius (2). Haec ex exemplo integerrimo optimoque Biblioth. Casanatensis.

Editio est pulchro Romano charactere, cum signaturis, foliorum numeris, & registro. Tam signaturae vero, quam numeri incipiunt a primo Epistolarum folio; ac quatuor vitae folia, quae praecedunt, utrisque carent. Postremus numerus est CCLXIX. post quem sequitur folium registri, nullo numero signatum. Cuilibet Epistolae, uti & singulis capitibus Regulae sua praefigitur figura ligno insculpta.

In Corsiniana duplex exstat edit. harum Epistolarum exemplum, quorum alterum vitam adjunctam habet; alterum ea caret: neutrum tamen hucusque mihi videre licuit.

Num exstet Ferrariensis aliqua editio, quae aliquo ex postremis tribus Saeculi annis in lucem prodierit, mihi certo non constat; etsi nullus dubitem, quin plus una reipsa facta fuerit. Orlandius ipseque Baruffaldius tres hos posteriores annos nulla Ferrariensi editione notant; quos ideo si & ego vacuos dimisero, nonnulla excusatione dignus haberi potero.

Notat autem Baruffaldius, pag. 93., Orlandium paucos aliquos alios libros praeter eos, quos in suo opusculo recensuit, referre, ceu Saec. XV. Ferrariae impressos sine nomine typographi; ex quibus quosdam numquam exstitisse existimat, uti Historiam Joannae Papissae anni 1497., alios sequenti saeculo impressos fuisse, uti conciones Hieronymi Savonarolae, quae, ut ipse ait, *furono bensì recitate del 1496. ma l'anno della stampa fu l'anno 1516.* Historia, seu fabula *Joannae Papissae* anno 1497. procul dubio impressa fuit Ferrariae, si non speciali vo-

(1) Imago primi occurrit folio recto.

(2) Titulus exempli Baruffaldii L. de auctore versionis Epistolarum certiorem facit: sic enim habet: *Qui principiano le lettere volgarizzate de Frate Matteo da Ferrara*. Auctor vero L. sum, ut longam, & accuratam editionis descriptionem, quam tradit P. Ant. Crevenna in suo Catalogo tom. VI. pag. 9. & seqq. legere non omittat, ubi plenius, atque etiam exactius de exemplarium diversitate intelligere voluerit.

FERRARIÆ. volumine, & separatim ab aliis Historiis, certe cum Historiis clararum mulierum a Jo. Philippo Bergomensi eo anno Ferrariae vulgatis. Conciones autem Savonarolae, si non Ferrariae, Florentiae certissime impressae fuerunt anno 1496., ut suo loco constabit.

## MCCCCXCVIIII.

„ HVGONIS BENCII Senensis Comment. in Hippocratis Apho-„ rismos & super Commentum Galeni ejus interpretis. Ferrariæ „ 1499. *in fol.*

Si vera sit haec editio a Prosp. Marchandio ex Gesneri Epitome memorata, & a Maettario pag. 704. ex eodem relata, duplex tum hujus operis Ferrariensis editio agnoscenda erit, sex annorum spatio facta. Deest apud Orlandium & Baruffaldium; mihique suspicio est ne ex corrupta a typographo apud Gesnerum, & Simlerum prioris editionis subscriptione, secunda haec editio ortum habuerit. Apud Simlerum certe & Gesnerum deest editio anni 1493., de qua non videtur esse ambigendi locus.

## O

IVLII CASSERII Placentini Historia Anatomica. Ferrariæ 1500. *in fol.*

Ex quodam Catalogo Hagae 1666. impresso chimaeream hanc editionem memorat Maettarius, pag. 725. Sed si ad aetatem Auctoris (qui obiit anno 1616.) vel paululum attendisset, facile intellexisset, ejusmodi Historiam Anatomicam, anno 1500. notatam, inter spurias omnino esse numerandam.

## FERRARIAE *sine anno*.

## I.

Pliniana defensio PANDVLPHI COLLE-
NVCII Pisaurensis Iurisconsulti adversus
Nicolai Leoniceni accusationem:
*In fine*:
Vt sese ostendat populos defensus in omnes
Plinius: & teneat quem solet ante locum:
Ferrariae Andreas Belfortis gallicus istud
Preastitit (*sic*) impressi codicis officium.
(*in* 4°.)

Primo voluminis folio recto legitur allatus titulus, *Pliniana defensio* &c. Eodem verso habetur Lucae Ripae Epigramma ad librum *ut exeat*, quod sic incipit: Jam

Jam liber assuetos celeri pede linque penates
Plausibus & variis excipiende veni. FERRARIÆ.

Tria sequentia folia continent operis indicem, ad cujus calcem subjuncti sunt *errores magis insignes in imprimendo contracti*: post quos, verso folio legitur Epigramma Pandulphi ad librum, quod sic habet:

I, liber, atque animis studiosæ illabere turbæ
Cujus amat casto Plinius ore legi:
Securus quæcumque tuo datur alea fato,
Sit satis officii quod pia causa tui:
Verum age: deposito fastu contemptor: ꝛ auram
Et plausum: ꝛ morsus despice vaniloquos:

Nuncupavit Pandulphus suam hanc defensionem Plinianam Herculi Estensi Ferrariae Duci, Epistola, quae legitur sequenti folio quarto recto: quo verso statim incipit opus ipsum, quod terminatur folio recto, vacante verso. Editio est Gothico charactere nitido, eodemque omnino, quo est Oratio Baptistae Guarini in obitum Eleonorae Ducissae, & cum signaturis tantum, quae pertinent usque ad *f iiii*. Scapi omnes sunt quaterni; quibus si addantur quatuor priora folia signaturis carentia, summa foliorum erit 52. Exstat in Casanat., & apud Can. Devoti.

## II.

AD ILLVSTREM. AC. INVICTVM. ARMORVM. DOMINVM. HERCVLEM. ESTENSEM DOMINVM . BENEFICENTISSIMVM: OPVSCVLVM DE FRVCTIBVS. VESCENDIS PHISICI. LICET. INDIGNI. BAPTISTAE. MASSAE DE ARGENTA IN GIMNASIO FERRARIENSI PRAECLARISSIMO: *Accedit*: TRACTATVS. DE. MODO CONFITIENDI ORDEACEAM. AD Venerabilem virum ordinis minorum & sacræ theologiæ doctorem . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Petrũ de trano Illustrissimi domini Borsii Ducis Ferrariæ & bene merito (*sic*) prædicatoré dignissimum.

*Ad hujus calcem*:

M. cccc. lxxi. Finis.

Thrae

FERRA-RIE.

T hrác pater sedare sitim si quaeris amará
Hæc baptistea dogmata sancta lege
O rdea quá referát lympha decocta salutis
Ipsaq; ieiunos q̄ iuvet hausta docent
(*in* 4°. *par.*)

Annus 1471. ad vol. calcem subjunctus designat annum, quo Auctor tractatulum *de modo conficiendi ordeaceam* Petro de Trano Ord Min. inscriptum, ac praecipuo opusculo *de fructibus vescendis*, in editione adjunctum, absolvit, aut saltem ad illum misit. Haec enim est clausula ejusmodi tractatus: *Cura tamen ut recte valeas & me uti soles ama. Necnon interdum pro me orabis peccatore Baptista de Argenta artium & medicine doctor. in felici gymnasio Ferrar. die XV. Junii* 1471. *Finis*. Post quae sequitur adductum tetrastichon.

Editio est optimo charactere Rom. foliorum 48. sine signaturis, numeris, custodibus, & registro. Primum folium continet tabulam articulorum voluminis, qui adnumerato tractatulo de aqua ordeacea, sunt num. XXXI., & uniuscujusque articuli, notis Romanis, indicatur charta unde incipit: ex. gr. *a* c. XLV., a qua incipit tract. de aqua ordacea, qui tres alias occupat chartas. Hae tamen chartae nullis numeris, ut diximus, notatae sunt. Exstabat in Bibliopolio M. de Romanis.

Ferrantes Borsetti in Hist. Gymnasii Ferrariensis, par. II. pag. *66.* utrumque hoc opusculum recenset; nullam tamen eorum editionem (non modo hanc antiquissimam) memorat, sed MSS. tantum in Bibliotheca Fratrum S. Dominici Ferrariae asservari scribit, notans ea *facta dici anno* 1472. Quod de praecipuo opere, quod Herculi I. Ferrariae Duci ab Auctore inscriptum fuit, verissimum esse puto. Nullam pariter edit. agnovit Guarinus in suppl. ad Borsetti Historiam; multoque minus agnovit Baruffaldius, qui neque de Auctore ipso verbum ullum facit.

Editionem Ferrariensem esse, nullo certo indicio constat: Ferrariae tamen potius quam alibi prodiisse, quodammodo suadere videntur patria & professio Auctoris, Maecenates, quibus opuscula dicata sunt, & characteris qualitas, quae primorum Ferrariensium typographorum Romanos characteres perbelle refert.

## III.

„ BENEVENUTI GRASSI Hierosolimitani Doctoris celeberrimi ac
„ expertissimi De oculis eorumque egritudinibus & curis feliciter
„ incipit. *In fine: Sever. Ferrar.* F. F. IIII. Sæc. XV. *in* 4°.

„ Vix innotuit hic libellus (sic cl. Morellius tom. I. Biblioth. Pinell. pag. *306.*)
„ apud Bibliographos. *Ferrariae* impressum eumdem fuisse plane constat, ipsis
„ omnino typis Rom. formae adhibitis, quibus prodiit liber *Alberti Trotti Fer-*
„ *rariensis de perfecto clerico*, impressus *per Severinum Ferrariensem anno* MCCCC-
„ LXXV. . . . . Porro libellus, de quo hic, foliis quatuor supra triginta con-
„ stat, &c.

FLO-

# FLORENTIAE.

## MCCCCLXX.

### I.

„ Il Decamerone di M. GIOVANNI BOCCACCI. Florentiae 1470. (*in fol.*)

Refertur haec edit. in *Biblioth. Lat. M. & Inf. aet.* Jo. Alb. Fabricii, lib. II. pag. 249. edit. Pat. 1754., in nova edit. *Biblioth. Ital.* Nic. Franc. Haymi per Ferd. Giandonati, tom. II. pag. 391. aliisque fortasse in libris.

Deest autem apud Dom. Mariam Mannium, gloriae patriae caeteroquin studiosissimum, qui in Lectione *della prima Promulgazione de' libri in Firenze*, pag. 8. pro prima edit. Florentina citat Vitam S. Catharinae Senensis anni 1471. paulo post referendam: & in Historia Decameronis ab ipso edita anno 1742. pag. 637. de hac Fabriciana edit. sic loquitur: „ Parimente nel 1470. ne suppone un' im„ pressione fatta in Firenze Gio. Alb. Fabrizi. Certo però è, che un' edizione „ di quest' anno si ritrova in più librerie senz' anno espresso, e senza luogo, e „ si crede la prima stampa „.

Ante Mannium N. Bonamicus in Epistola *sopra il Decamerone del Boccacci*, quae legitur *nella Raccolta d' Opuscoli scientifici*, *&c.* tom. I. a pag. 379. de hac prima edit. Decameronis haec memoriae prodidit: „ Intorno al 1470. fu per la „ prima volta stampato il Decamerone in foglio: Non si sa da chi, nè dove; „ perchè nell' esemplare di questa prima stampa non si trova nè anno, nè luo„ go, nè nome di stampatore „. Hariolantur ergo, qui ejusmodi edit. Florentiae, annoque 1470. omnino adscribunt.

## MCCCCLXXI. — LXXII.

### I.

„ HISTORIETTA amorosa fra Lionora di Bardi, e Hippolito „ Bondelmonte di Firenze, *Stampata l' anno* 1471. *Senza luogo, nè* „ *nome di stampatore . in* 4°.

Deburius, *Bibliogr. Instruct. Belles Lettres num.* 3765., ubi in subjecta annot. sic scribit. . . . . *Les exemplaires en sont fort rares & très recherchés. On croit communement, que l' edition en à été publiée a Florence; mais l' ancienneté de la date de son impression pourroit cependant, à juste titre, donner lieu d' en douter*. Non dubitabunt tamen propter ejusmodi causam, qui in hoc Specimen inciderint.

### II.

„ VITA di S. Caterina da Siena. Impressa in Firenze per Ber„ nardo e Domenico Cennini 1471.

Vid. annot. ad Decamer. 1470.

FLORENTIAE.

III.

M. SERVII HONORATI Commentarii in tria Virgilii opera, Bucolica, Georgica, et Aeneidem. *in fol.*

*Ad calcem* Bucolic.

AD LECTOREM
FLORENTIAE. VII. IDVS NOVEMBRES
.MCCCCLXXI.

BERNARDVS Cennnius (*sic*) aurifex omnium iudicio præstantissimus: & Dominicus eius. F. egregiæ indolis adolescens: expressis ante calibe caracteribus, ac deinde fusis literis volumen hoc primum impresserunt.

Petrus cenninus Bernardi eiusdem F. quanta potuit cura & diligẽtia emendavit ut ꝉ cernis. Florentinis ingeniis nil ardui est.

*Ad calcem* Georgic.

SERVII HONORATI GRAMMATICI IN GEOR
GICA MARONIS EXPLANATIO EXPLICIT
AD LECTOREM
FLORENTIAE. V. IDVS IANVARIAS
.MCCCCLXXI.

Bernardus Cenninus aurifex omnium iudicio praestantissimus: & Dominicus eius .F. egregiæ indolis adolescens: expressis ante calibe caracteribus / ac deinde fusis lit teris Georgica impresserunt

Petrus cenninus Bernardi eiusdem. F. quanta potuit cura & diligẽtia emendavit.

Florentinis ingeniis nil ardui est.

*Ad calcem totius voluminis*:

AD LECTOREM.

BERNARDVS CENNINVS AVRIFEX OMNIum Iudicio præstantissimus: & Dominicus eius. F. optimæ indolis adolescens ĩpresserũt

PETRVS EIVSDEM BERNARDI .F. EMENDAVIT

CVM antiquissimis autem multis exemplaribus contulit: In primisq; illi curæ fuit: nequid alienũ Servio ascriberetur: neu quid recideretur aut deesse&: quod Ho no-

norati asse pervetusta exemplaria demonstrarent. Quoniã uero ple- rosq; iuvat ma- nu propria suoq; more græca interponere: eaq; ĩ antiquis codicibus ppauca sunt: & accentus quidẽ difficillime imprimendo notari possunt: relinquendum ad id spa- tia duxit. Sed cum apud homines perfectum nihil sit: satis uideri cuiq; debebit: si hi libri (quod uehementer optamus) præ aliis emendati reperientur.

FLOREN- TIÆ.

ABSOLVTVM OPVS NONIS OCTOBRIBVS MCCCCLXXII. FLORENTIAE.

Ejusmodi subscriptio terminat ultimum folium rectum, totumque adeo volumen. Ad calcem Aeneidos charactere majusculo sic legitur:

Seruii Honorati Mauri in aeneidis
libros explanatio finit.

Et interposito spatio:

Eiusdem ad aquilinum de natura syl
labarum libellus incipit.
*Qui libellus quinque tantum occupat paginas.*

Diu dubitavi, num in hac praeclara editione cum Servii Commentariis conjunctus fuisset & Virgilii contextus, propter gravissimorum Bibliographorum auctoritatem, qui editionem hisce fere verbis enuntiant: *Virgilii opera (Bucol. Georg. Aen.) cum Comment. Servii*, &c., uti habent Orlandius ac Maettarius; & *Virgile avec le Commentaire de Servius*, uti legitur in Diario Eruditorum anni 1762. *Juin* p. 1134., & *dans le Supplement à l'Histoire de l'Imprimerie de Prosp. Marchand*, pag. 50. & 215., aliisque in libris (1). Cl. Maettarius, qui pag. 320. novae editionis suorum Annalium librum hunc inter eos ponit, quos post primam editionem videre sibi contigit, aut perfunctorie nimis volumen observavit, aut, quod verisimilius puto, Orlandium bona fide sequutus est, ejusque erratum alterum, nimirum, quod *in principio post Praefationem ad Lectorem* legatur prima subscriptio, *Florentiae VII. Idus Novembres MCCCCLXXI. Bernardus* &c. in suum opus derivavit; cum ejusmodi subscriptio, non *in principio post praefationem*, (quae nulla est) sed ad calcem primae partis voluminis, sive Commentarii in Bucolica occurrat. Dubium omne tandem sustulerunt duo editionis exempla, quae mihi videre contigit, tum accurata ejusdem notitia ab Ang. M. Bandinio tradita in *Specimine Literaturae Florentinae Saec. XV.* tom. II. pag. 190. & seq. Hic enim cl. vir in primis editionem non titulo *operum Virgilii*, uti plurimi Biblio-

 gra-

(1) En quid de editione scribat Mannius pag. 8. *del primo Divolgamento de' libri in Firenze: E quello che fu viepiù universal benefizio, nella varietà delle lezioni, con che andava per le mani Virgilio, non avendosi noi il Laurenziano, se ne vide da loro stabilire dottamente una lezione buona, e mettere sotto il torchio il gran Poeta il dì 7. di Novembre dell' anno stesso* 1471 Quis, hisce auditis, non sibi persuadeat magni Poetae opera reipsa hoc anno 1471. Florentiae prelo supposita fuisse?

FLORENTIAE. graphi, sed *Commentarii Servii in Virgilium* designat; deinde expresse notat, primam subscriptionem legi, *post Bucolicum carmen*; secundam, *post Georgica*; tertiam, in fine *Aeneidos*; & unamquamque ex ipsis integre scrupuloseque in medium profert. De errore porro quorumdam Bibliographorum, qui sicuti praesentem Servii editionem referunt, quasi & Poetae textum contineret, ita & eodem modo loquuntur de praeclara editione Romana per Udal. Han, quaedam jam annotavi in Catalogo Rom. Editionum Saec. XV. pag. 70. ad quorum complementum dico, non Romanam solum, & praesentem Florentinam, sed & duas Venetas, & Ferrariensem (si tamen ea umquam exstitit) hujus ipsius anni, omni Poetae contextu carere; nec in ipsis ex Virgilianis operibus aliud legi, nisi fragmenta & verba, quae suis commentariis illustrat Servius.

Ex alterutra ex duabus prioribus subscriptionibus, & fortasse ex utraque, liquet typographiam ante annum 1472. Florentiae, non aliunde advectam, sed ab hominibus ejusdem urbis excogitatam, jam viguisse; & idcirco, (quod notat Bandinius) minus recte a Maettario initium imprimendi Florentiae alligatum fuisse anno 1472. Porro cum cl. Annalista non semel, sed ter quaterve artis inventorem *Bernardinum* vocet, uti & duobus in locis vocatur ab Orlandio, in suspicionem adducor, editionis descriptionem ab ipso adductam, non ex ipso libro erutam, sed vel ex Orlandio, vel aliquo alio minus accurato scriptore fuisse descriptam.

Dicebam, *fortasse ex utraque* ex duabus prioribus subscriptionibus liquere ante annum 1472. typographiam Florentiae incepisse: utraque enim subscriptio annum 1471. demonstrat: non una tamen ratio suadet in secunda errorem inesse, & loco 1471. legendum esse 1472. Neque enim verisimile est typographos a Georgicis, quae sunt secunda operis pars, imprimendi initium facere voluisse, & in imprimendis Bucolicis, quae sunt minima voluminis pars, plus temporis impendisse, quam in excudenda Aeneide, quae longe major est. Deinde Bucolica vocantur *Volumen primum*; Georgica & Aeneis simpliciter designantur, & neque *primi*, neque *secundi* voluminis titulo notantur. A die VII. Iduum Novembrium 1471. ad diem V. Iduum Januarii anni 1472. congruum & sufficiens tempus effluxit ad impressionem Georgicorum; & a V. Iduum Januarii usque ad nonas Octobres, sufficiens temporis spatium pro impressione Aeneidorum, & tractatuli ad Aquilinum; & hisce temporum intervallis has duas voluminis partes excusas fuisse longe credibilissimum est. Exst. in Angelica, & apud Can. Devoti. Editionis character Romanus est, & pulcherrimus. Numeris, custodibus, & registro caret. Bucolicorum folia impressa, 20. Georgic. 35. Aeneidos 130.

## IV.

„ Il Philocolo (di Messer GIO. BOCCACCI). Nel fine leggesi:
„ *Magister Iovannes Petri de Magontia scripsit hoc opus Florentiae die*
„ *XII. Novembris* MCCCCLXXII. *in foglio.*

*Ex Catalogo Libror. Italicor. Latinor.* &c. *per triginta annorum spatium Liburni collect.* ibid. edito 1756. pag. 92. seq. Ad quam editionem haec notat eruditus ejus Catal. Auctor (1). *Questa non è solamente la prima edizione di quest' opera, ma probabilmente uno de' primi stampati in Firenze, dove comunemente credeasi avesse l'uso della stampa avuto il suo principio nel 1476. Si giudica talmente raro, che forse senza impostura questo è l'unico esemplare, che di questa edizione presentemente ritrovisi.*

O

(1) Bonaventura Giovenazzi, patria Placentinus.

## O

„ Pungilingua di Fr. DOMENICO CAVALCA da Vico Pisano „ dell'O. de' frati Predicatori. Firenze per Lorenzo Morgiani e „ Gio. di Piero, 1472. *in fol.*

Refert hanc editionem cl. Apost. Zenus in Annotationibus ad Biblioth. Eloquentiae Italicae J. Fontaninii, tom. II. pag. 459. post memoratam editionem Romanam ejusdem anni, a Joan. Philippo de Lignamine in suis aedibus adornatam. At vix dubitari posse videtur, quin cl. Bibliographus, vel ipsemet erraverit, vel a quopiam minus accurato scriptore, aut etiam impostore deceptus fuerit. Laurentius siquidem Morgianus non ante annum 1490. libros cudisse Florentiae invenitur; & ab hoc ipso Dominici Cavalcae opere una cum Joanne Petri Germano verisimillime imprimendi initium fecit (1): ex qua editione forsitan duae postremae notae XX. abrasae fuerunt; & in earum locum duae unitates suffectae. Hanc certe editionem anni 1472. per Laurentium Morgiani omnino ignoravit Bottarius; neque mihi, qui studiosius etiam quam Bottarius, Cavalcae operum editiones investigavi, ullum unquam ejus exemplum sese obtulit.

## V.

INCIPIT . CONFESSIONALE . IN . VVL
GARI . SERMONE . EDITVM . PER . VE.
NERABILEM . P. D. ANTONIVM . AR
CHEPISCOPVM . (*sic*) FLORENTIAE . OR
DINIS : PRAEDICATORVM .
*A calcem tabulæ* :
FINIS SVB: ANNO: DOMINI . M. CCCC.
LXXII: DIE. XV: MENSIS: APRELIS(*sic*):AI
(*in* 4°.)
*Ad operis calcem adjectus est* :
SERMONE : CHE : FECE : VN : FRA : IOR.
DANO : IN : PISA DEL : CORPO : DE : CH
.RISTO. VNO : GIOVEDI : SANCTO .

Sermo Ven. Fr. Jordani huic S. Antonini Confessionalis, quod incipit, ***Omnis mortalium cura***, editioni subjunctus, suspicionem iniicere potest, eam Florentiae prodiisse, quod haec urbs prae caeteris omnibus Italiae apostolicis tanti viri laboribus illustrata fuerit; & sicuti nunc, ita etiam olim mss. codicibus operum ejusdem, & S. Archiepiscopi Antonini abundarit; nec character, aut aliud quidpiam impressionis adjunctum huic hypothesi repugnare videatur.

Quidquid tamen sit de loco ejusdem, nullus, puto, erit Bibliographus, qui summo in pretio eam habendam, & caeteris omnibus, quae vel hoc eodem anno, vel paulo post prodierunt, propter adjunctum ejusmodi sermonem, praeferendam non esse judicet. Inde enim, liquet, multo ante annum 1739. quo a D.

(1) Nulla ejus editio hac antiquior, quod sciam, adhuc detecta est.

FLOREN-TIÆ. D. M. Mannio primum volumen Concionum Ven. Fr. Jordani vulgatum fuit, jam quidpiam ex egregiis ejus laboribus typis excusum exstitisse, quod non modo Quetifus & Echardus, sed & ipse Mannius ignorarunt. Ac nescio profecto an immensa voluminum multitudine, quae Saec. XV. protulit, aliud quidpiam ejusdem scriptoris opusculum praeter hoc typis excusum, aliquando repertum iri sperare liceat.

Totum volumen constat ex 8. quinternionibus, quaternione uno, ac duobus foliis: quae lemmata unius Confessionalis exhibent, omisso prorsus sermone. Character Romanus est & grandiusculus, ac pro temporis ratione valde elegans. Desunt signaturae, numeri, reclamantes, ac registrum. Quid sibi velint literae A I, post vocem *Aprilis* subjunctae, divinare non valeo. Exstat apud Can. Devoti.

## MCCCCLXXIII. — LXXV.

Florentina prela spatio trium annorum otiosa mansisse, nullo modo mihi fit verisimile. Crediderim potius hoc intervallo temporis nonnullas ex iis editionibus, quae remotiorem antiquitatem praeferunt, quibusque annum inscribere neglexere typographi, prodiisse: quas tamen, ne errarem, nulli certo anno alligandas, sed inter editiones anni nota carentes, referendas esse censui. Sed praeter ejusmodi editiones achronicas, & alias certo anno signatas, progrediente tempore, (si vita suppetet) sese mihi oblaturas, haud diffido.

## MCCCCLXXVI.

### I.

„ DONATI grammatica. Florentiae apud S. Jacobum de Ripoli.
„ 1476.

Ab hoc libello initium imprimendi fecisse egregios typographos (seq. anno nominandos) demonstrant Monumenta Monasterii S. Jacobi de Ripolis prope Florentiam, a veterum chartarum studiosissimo indagatore Vincentio M. Fineschio diligentissime evoluta. Ejus autem exemplum aliquod nec ipse se vidisse refert, neque in Catalogis aliisque monumentis, quae mihi ad manus sunt, vestigium aliquod deprehendere potui. Unum tamen non hic omittendum de hac edit. narrat Fineschius pag. 16. sui opusc., nimirum 14. Novembris anni 1476. quadringenta ejus exempla in officinam Dominici Chartarii, venalia publice exponenda illata fuisse. Ejusmodi porro opusculum Fineschii inscribitur: *Notizie storiche sopra la stamperia di Ripoli, le quali possono servire all' illustrazione della storia tipografica Fiorentina; raccolte dal P. Vincenzo Fineschi Domenicano Archivista del C. di S. M. Novella. Firenze 1781. in 8.*

MCCCCLXXVII.

## MCCCCLXXVII.

FLORENTIAE.

### I.

Alnome digeſu criſto crucifixo
edimaria dolce. Comincia el pro
lago della infraſcripta legenda
dellamirabile uergine. Beata
chaterina daſiena ſuora dellape
nitentia diſanto domenicho.

*In fine*:

Anno domini mille quattrocẽto
ſettanta ſette addi uentiquattro
di març̧o Eſtata queſta legẽda in
prontata infirenç̧e almoniſterri
o(*ſic*)diſanto iacopo diripoli dellor
dine de frati predicatori ꝑmano
didua religioſi frate domenico
dapiſtoia et frate piero da piſa

DEO. GRATIAS

(*in* 4°.)

Egregia editio, quam quidam veteris typographiae periti, qui eam viderunt, vix ſemigothico charactere eſſe, aſſerere auſi ſunt. Quidquid tamen ſit de characteris forma (1), is certe valde clarus eſt & nitidus, pauciſſimis compendiariis notis obumbratus, magnitudinis *Silvii minoris*. Signaturis, numeris, cuſtodibus, & regiſtro editio caret. Pagina bipartita, integrarumque paginarum lineae num. 35., folia ex numerat. 160., ex quibus ultimum & penultimum verſum vacant. Exſtat in Caſanatenſi & in Corſiniana. Caſanatenſis exempli capitales periti miniatoris opus ſunt, qui non modo eas eleganter delineavit, ſed & duobus tribuſve coloribus illuſtriores pulchrioreſque reddidit. Prima autem, auro & coloribus fulget, & icunculam S. Virginis Catharinae ſpectandam exhibet. De miniatoribus porro, quibus officina Ripolitana uſa eſt, meminit Fineſchius pag. 17., videndus.

Non eſt hic omittenda erudita annotatio ad hunc librum, quae legitur in *Indice librorum ab inventa typographia*, &c., tom. I. pag. 428. *Celebris haec editio*, ibi dicitur, *ac legenda tantis fabulis ac viſionibus referta*. O nimium credule (exclamare hic liceat) nulliuſque judicii homo, Daniel Papebrochi, qui *legendam fabulis* fictiſque *viſionibus refertam*, quaſi non ſufficerent ad ſimplicium fidelium oblectamentum, ne dicam deceptionem, antiquiores ejus editiones in lucem iterum produxiſti; & quo lectorem ad tempus in ea frustra inſumendum alliceres, *hiſtoriam fide digniſſimam* inſcripſiſti, ejuſque auctorem *Raymundum de Vineis* Capuanum laudibus cumulaſti! Et tu, Hieronyme Lili, quidnam te facere arbitrabare, cum hanc eandem legendam a doctiſſimo concive tuo Italice verſam prelo iterum publici juris facere parabas, ejusque auctorem, congeſtis tot virorum doctorum teſtimoniis, celebrabas, quo fabulosis ejus narrationibus majo-

(1) Literae majuſculae Gothicae certe, vel ſemigothicae formae ſunt.

FLORENTIAE. jorem fidem conciliares! Libere dicam, uterque (aliique non pauci ante vos) oleum & operam perdidistis; neque aliud quidpiam fecistis, quam fabulas vulgo jam satis notas, recoquere. Sic enim nos docet Auctor *Indicis librorum ab inventa typographia usque ad annum* 1500. qui fortasse ne unam quidem operis paginam legit.

## II.

Incomĩcia el ꝑhemio del arte del bene morire cioe: in gratia di dio: cõpilato & cõposto ꝑlo reuererẽdo padre mõsignore cardinale di fermo Anno domini. M. cccc. lii:·

*In fine:*

Explicit tractatus de arte moriẽdi: Qui for tus fuit apud scũm Iacobũ de ripolis de florẽtia Anno domini. M: cccc. lxxvii.

(*in* 4°. *par.*)

Altera haec Ripolitana editio, quae mihi ad manus est, nil commune habet cum praecedenti. Character omnino Romanus est, magnitudine *Silvii majoris*, integra pagina cum signaturis, sed sine numeris, custodibus, ac registro. Constat ex tribus quaternionibus, & uno ternione, sive ex chartis 30. In quibusdam hujus edit. paginis, eo loci, ubi reclamantes poni consueverunt, occurrunt quaedam vocabula, quae aliud nil sunt quam complementum paginarum, in quibus leguntur, non autem custodes sequentium (1). Exit in Casanat. & Corsin.

Conjicit autem Fineschius, qui hunc librum ultimo loco ponit inter eos, qui ad annum 1477. pertinent, duas ejusdem eodem anno Ripolis factas fuisse editiones, Latinam unam, & Italam alteram; quod in monumentis loci, primo legatur: *de bene moriendo*; & inferius: *dell' arte di ben morire*.

## III.

„ Confessionale volgare del R. P. Beato frate ANTONINO Ar-
„ civescovo di Firenze: dell ordine de frati Predicatori. intitola-
„ to specchio di conscienza.

*In fine:*

„ Explicit liber Omnis mortalium cura Domini Antonini olim
„ Archiepiscopi florentini, Ordinis predicator. Qui formatus fuit
„ florẽtie apud sanctum Iacobum de ripolis: M. cccc. lxxvii.
„ *in* 8°.

Ex Catal. Biblioth. D. de la Valliere, *prem. part. tom. prem. pag.* 224. ubi eruditus & accuratus ejus Catal. Auctor, Gulielmus de Bure, *fils Aîné*, notat librum signari *depuis* A — P. Vide Fineschium, pag. 21.

IV.

(1) Et in quibusdam aliis libris hoc idem factum fuisse invenitur.

☞ Exstat haec editio in Casanat. (quod, cum de ea scriberem, memoria exciderat) (1), estque forma 4.ª minori, eodemque charactere ac praecedens, cum signaturis tantum, uti illa: cui tamen praestat quod indice capitulorum in fine instructa est, in quo notantur folia, ubi ea quaerenda sunt, etsi folia numeris haud distincta sint. Constat ex XII. quaternis, uno quinterno, & uno duerno, sive ex foliis 110. FLORENTIÆ.

IV.

BARTHOLOMEI FONTII IN
PERSIVM POETAM EXPLA
NATIO INCIPIT

*In calce:*

IMPRESSVM
FLORENTIÆ APVD SANCTVM
IACOBVM DE RIPOLI ANNO
MCCCCLXXVII.

(*in* 4°.)

Principio voluminis legitur:

BARTHOLOMEI FONTII PRO
OEMIVM IN PERSIVM POETAM
AD LAVRENTIVM MEDICEM.

Quod prooemium tres paginas cum semisse occupat; post quod immediate sequitur PERSII VITA, quae reliquum paginae, totamque sequentem, ac lineas decem sextae implet. Pag. septima, seu prima folii signati *a iiii.* incipiunt Fontii explanationes, cum quibus haud conjunctus fuit Poetae contextus, sicuti, ex. c., factum fuit in editione Veneta anni 1482. (2), ad cujus calcem praeterea subjuncta fuit longa Epistola Fontii ad Saxettum, in qua *mensurarum & ponderum vocabula explanat*, subjecta eidem Poetae vita.

Editio haec Florentina est rotundo charactere, sed non satis aequali, cum signaturis tantum; quarum postrema est *n i.* Praecedentes foliorum fasciculi num. XI. omnes sunt quaterni (3); unde patet ejus folia esse 90. Exst. in Corsiniana (4).

Bartolomaeus Fontius, uti refert Fineschius pag. 31., correctoris munere fungebatur in officina Ripolitana: „ Il celebre Ser Bartolommeo Fonzio (inquit) „ era il correttore della Stamperia di Ripoli, del quale tanto se ne ragiona dall' „ illustre Dottore Gio. Lami nell' opera, *Deliciæ Eruditorum*, e nel Catalogo Ric- „ cardiano; molte produzioni, &c. In questo libretto si trovano delle partite a „ uscita per le quali apparisce, che se gli dava di tratto in tratto degli emolu- „ menti: *Dato a Ser Bartholomeo nostro correptore Fiorini uno.*



(1) Vide ejusdem Bibliothecae Catalogum tom. I. pag. 221.

(2) Hanc laudo, quod mihi ad manus sit.

(3) Deest signatura *K*, quae desideratur etiam in aliis quibusdam Ripolitanis editionibus a me visis, *Confessionali* nempe S. Antonini hujusmet anni, de quo sub num. praeced., *Curtio*, & *Acciajolo* anni seq., &c. Desideratur etiam in quibusdam editionibus *Nicolai* de Alemania, uti, Alphonsi Tolet. *Quaestionibus de anima*, *Monte* S. Bettini, *Quadragesimali* Rob. de Licis anni 1480., *Comoedia* Dantis anni 1481., &c.

(4) Mirum est deesse apud Fineschium. De ejus raritate vid. quae scribit Crevenna, tom. III. Catal. pag. 248.

FLOREN-
TIAE.

V.

„ Regole Grammaticali di GIO. BATTISTA GVERINO. *iisdem*
„ *typis & anno*.

Fineschius, pag. 21.

VI.

„ Libri da COMPAGNIA, *aliaque*. *iisdem typis & anno*.

Idem, pag. 20. ubi haec habet: *In questo tempo* (mense scil. Majo 1477.) *fu commessa da* Particino Cartolaio *la stampa di num.* 400. *libri da compagnia, li quali miniati e legati gli vendevano lir.* 4. *e sol.* 10. *Ivi pure si stamparono molti Sonetti, ed altre cose minute, nel tempo dell' esistenza della detta società*) de qua antea locutus fuerat) *la quale peraltro non durò molto*.

VII.

„ Mag. IACOBI RICCII de Aretio obiectiones & annotata su-
„ per Logica Pauli Veneti. Florentiæ 1477. *in* 4°.

Ex Catal. Biblioth. Nic. de Rossi, pag. 57.

VIII.

Incipiunt questiones sup libris de aīa
edite a reuerendo dño alphõso archiepō
toletano doctore subtilissimo ordinis
fratrum heremitaꝝ sancti augustini.
*In calce*:
Finit Per me Nicholaū Florentie.
Die xxvi. mẽsis Iulii. M. CCCC.
LXXVII.
(*in fol.*)

Character Goth. non rudis fabricae, sed nimiis abbreviaturis infertus, ob eamque causam cum visu injucundus, tum lectu gravis. Signatur ab *a* usque ad *q* 2: desunt numeri, custodes, ac registrum. Paginae bipartitae sunt, harumque penultima versa, & ultima recta, operis tabulam continent, ad cujus calcem legitur: *Finit per me Nicholaū*, &c. Exstat in Casanat. in Corsin. & apud Can. Devoti.

IX.

Incomincia ellibro intitulato monte sancto didio Composto
damesser Antonio da Siena Reuerendissimo ueschovo difuligno
della congregatione de poveri Iesuati. Capitulo. Primo.
*In fine*:
FLORENTIE. X. DIE MENSIS SEPTEMBRIS
ANNO DOMINI. M. CCCCLXXVII.

*Ad.*

FLORENTIÆ.

*Ad calcem tabulae, quae praemittitur:*
: FINIT TABVLA PER NICHOLAVM
: FLORENTIE :

(*in* 4°. *magno*.)

Rarissimae hujus editionis nos ipsi omnium primi (ni fallimur) qualemcumque descriptionem publici juris fecimus anno 1775. in Praefat. ad tomum III. Catalogi Biblioth. Casanatensis eo anno editi: quo ex tempore tantus, ut ita dicam, furor invasit veterum editionum amatores ipsam acquirendi, ut vel imperfectissima exemplaria, in quibus una tantum figura supererat, maximo pretio comparata fuerint. Vulgata ejus fama, non una ejusdem descriptio, praeter nostram, in lucem emissa fuit, ex quibus celebriores duae mihi notae, in Galliis prodierunt: prima, Parisiis anno 1783. auctore clarissimo Mercier Abb. S. Leodagarii (*S. Leger*) (1); altera longe fusior, Senonis anno 1791. in *Indice Librorum ab inventa typographia, usque ad annum* 1500. *auctore Franc. Xaverio Laire, Sequano Dolano, variarum academiarum per Europam socio*, Tom. I. a pag. 409. ad 416.

Praemissis in hac descriptione titulo & subscriptione operis, indicatisque, quae quatuor prioribus voluminis foliis continentur, ex quibus quartum versum sistit primam praecipuamque operis figuram, mox ejusdem aliarumque duarum figurarum, quae opus ornant, dimensiones satis accurate exponuntur in haec verba: *Folio vero verso quarto exstat figura prima, quae integram occupat paginam, & alta est 9. pollicibus cum 4 lineis; larga vero 6. pollicibus & 8. lineis. Folio autem quinto legitur titulus supra relatus. Figura vero secunda occupat paginam secundam octavi folii signaturae N. cujus altitudo est 9 pollicum & 4 linearum, latitudo vero sex pollicum cum sex lineis.*

*Figura tandem tertia occupat dimidiam partem, & quidem inferiorem primae paginae folii septimi signaturae P. Hujus autem altitudo est 4. pollicum cum sex lineis; latitudo vero sex pollicum; & volumen terminatur cum signatura R. quatuor foliorum, in quorum ultimo folio recto legitur supra relata subscriptio.*

Adductae dimensiones Laerii, etsi non omnes adamussim congruant cum dimensionibus exempli Casanatensis, a nobis summa diligentia (quoad ejus fieri potuit) definitis, si quis tamen propter ejusmodi exiguas discrepantias, quae totae fere intra limites dimidiae, vel integrae lineae continentur, inaccuratas esse contenderet, is certe verum vitiligatorem se esse ostenderet; nec auscultari dignus esset.

Post haec notat Laerius, *infidum esse signaturarum ordinem*, & foliis *numeratis debere esse num.* 131. Volumen hoc constat ex duobus duernis, uno quinterno, quatuordecim quaternis & uno folio superaddito signaturae I. Primus duernus, qui operis summarium, indicem capitulorum ejusdem, primamque figuram, uti supra diximus, continet, signatura caret: alter duernus, qui est ultimus voluminis scapus, signatur litera R. ejusque quartum folium versum vacat. Primus operis scapus sic signatur: a. *a* i. *a* ii. *a* iii. *a* iiii. quae signaturae satis aperte ostendunt, scapum, ad quem pertinent, quinternum esse. Sequentes scapi quatuordecim, omnes quaterni sunt; nisi quod scapo I. post excusum quartum & quintum ejus folium, quae sunt duo intimiora quaterni, additum fuit folium utrimque maxima ex parte impressum continens quaedam a typographo inter imprimendum (uti non raro accidit) praetermissa. Ac prudens typographus, ne compactor in distribuendis colligandisque foliis erraret, & alieno loco folium hoc *addititium* insereret, ipsum signavit, iiiii I.

*l l* 2 qua

(1) Lettres de M. l'Abbé de S. L *** de Soissons à M. le Baron de H *** sur différentes éditions rares, lettre premiere.

FLORENTIAE. qua ſignatura ſatis clare oſtendit, ipſum inſerendum eſſe quaterno I. & quidem poſt folium ſignatum I IIII., cui a compactore in exemplo Caſanatenſi reipſa agglutinatum fuit.

Numeret nunc Laerius folia, quae ex hoc regiſtro, ſive, ut ipſe ait, ſignaturarum ordine colliguntur; & inveniet ea plane eſſe 131.

Sed detur infidus eſſe ſignaturarum ordo (1); accuratus & ſubtilis bibliographus omittere non debuiſſet cauſam ejuſmodi infidelitatis aſſignare; nec contentus eſſe, preſſo ſtilo dicere, folia eſſe 131: omnibus ſiquidem ſtudioſis, mechanicae conſtrutionis librorum tantiſper peritis, notum eſt, cujuslibet integri voluminis folia ſive chartas eſſe debere num. pari (2), ſolumque folii alicujus defectum, aut additamentum, diſparitatem in foliorum numero inducere poſſe: quod ubi accidit, diligentes bibliographi de alterutro ambigere ſolent; neque prius acquieſcunt, donec de vera diſparitatis numeri foliorum cauſa intellexerint.

Ad haec comis & cordatus homo, ſacris praeſertim addictus, paulo modeſtiore ſermone uti debuiſſet in redarguendis aliorum bibliographorum erratis: & antequam ſtilum acueret contra P. Gabriel. Fabricium Theologum Caſanat., a quo Caſanatenſis exempli notitiam ſe accepiſſe narrat ſummus bibliographus Mercierius, curare, paulo certiorem ſe fieri de vero auctore erratorum, quae in deſcriptione Mercierii occurrunt; quae errata, ut in eadem leguntur, non magis a Fabricio, quam ab ipſo Mercierio profecta fuiſſe, colligi poteſt. Nullibi Mercierius in toto ſuae deſcriptionis decurſu teſtatur ſe verba P. Fabricii referre, ſed tantum ſub initium haec pauca de ipſo monet: *Je n'ai pas vu l'exemplaire de Caſanate; mais le P. Fabricy ayant bien voulu à ma ſollicitation, m'en envoyer la notice accompagnée des deſſins des planches faits avec ſoin, je crois pouvoir en parler avec aſſurance*. Praeter pauca haec verba, fruſtra quaeras in tota Epiſtola Mercierii quidquam, quod ad P. Fabricium referatur. Forte fortuna autem, P. Fabricius uſque ad haec audacium criticorum tempora, quibus Dei munere adhuc nobis vivere datur, ſervavit autographum Epiſtolae ad Mercierium datae: quod ubi primum legi, ſummopere miratus ſum, ſicuti adhuc miror, facilitatem imprudentiamque Laerii in tribuendis P. Fabricio erratis, quae in deſcriptione Mercierii leguntur. En quid dicat Fabricius in ſua ad eumdem Epiſtola, data Romae 25. Septembris 1782. *Je ne doute pas auſſi que ces différentes eſtampes, tant celles qui concernent le Dante, que les trois qui ornent* le Monte Santo di Dio d'Antoine Bettini, *ne partent du même graveur: l'on y voit la même maniere. Vous en jugerez vous même, Mr., par les copies ci-jointes des deux eſtampes de l'ouvrage* en queſtion *de Bettini. La premiere qui repréſente la* Montagne Sainte *avec le Paradis, eſt tirée ſur le feuillet IV. verſo. Elle avoit été faite copier par le R. P. Audiffredi, qui me l'a cedée avec plaiſir pour vous l'envoyer. J'ai fait tirer copie de la troiſieme que vous demandez & qui donne une image de l'Enfer d'après les idées*

(1) Exponendi hic ſunt defectus ſignaturarum exempli Caſanat., aliis exemplis fortaſſe communes, qui certe ejuſmodi ſunt ut paulo attentiorem lectorem fallere minime poſſint. Numeri literis adjuncti Romani ſunt ex ſolis unitatibus conſtantes, ex. c., *b*. IIII. In ſignatura autem *E*., e. 1, e 3. & e 4. Arabici ſunt, &, judicio viri periti, cum ipſa litera manu ſuppleti; ſed ab antiquiſſimo tempore, & uti videtur, in ipſo libri exortu. In ſignaturis *m*. III. & *m*. IIII. poſtrema nota rubro charactere, cujuſmodi ſunt operis capitales, manu ſuppleta fuit. Signatura denique *n*. II. & ipſa manu ſuppleta fuiſſe videtur. Hi ſunt omnes defectus ſignaturarum exempli Caſanatenſis, in quarum ordine nulla in primis occurrit perturbatio. Deinde cum etiam in ſignaturis defectu aliquo laborantibus, una ſaltem accurata ſit ſuoque loco poſita; lector nonnihil attentus ſtatim intelligit, ceterarum defectus aliud nil eſſe quam vel typographi omiſſionem; vel quod veriſimilius puto, ipſarum literarum inter imprimendum e ſuo loco amotionem.

(2) Sermo hic eſt de communioribus libris, iis nempe, qui ex foliis ſive chartaceis ſive membranaceis, in duo, quatuor, octo, &c. minora folia plicatis formantur: cujus generis certe eſt liber de quo hic agitur.

*idées du Dante. Les dimensions de ces deux planches sont très-exactes: vous pouvez vous y fier; quoique cette troisieme copie soit bien éloignée de la finesse de celle qu'on voit dans la planche elle-même de Bettini, signature* P. VII. *Je ne sçaurois vous assurer également, Mr., si les seize morceaux de gravure en cuivre, qui sont au Cabinet du Roi, & où l'on voit la représentation des douze petits Prophètes & des douze Sibylles avec huit vers italiens au bas de chaque page, nous les devons au même graveur, que les autres Vignettes qui figurent dans* le Dante de 1481. &c. Ubi, quaeso, hic legit Laerius altitudinem secundae figurae *esse quatuor pollicum*, &c. quod haec figura consequatur immediate capitulum 115., & quod folium hoc signatum sit, jv.? At dicet Laerius: haec leguntur in descriptione Abb. S. Leger, qui, ut ipsemet testatur, post acceptam a P. Fabricio exempli Casanatensis notitiam cum exemplis figurarum de editione tuto se loqui posse credidit; *je crois pouvoir en parler avec assurance*. At S. Leger nullibi in tota sua descriptione asserit, se verba P. Fabricii exscribere, aut saltem ea quae dicit, ab eodem sibi significata fuisse, e. c., duas ultimas figuras ejusdem esse latitudinis. Aliud siquidem est, post acceptam ab aliquo erudito alicujus operis notitiam, de eodem scribere, vel loqui; aliud notitiam, ut sibi ab erudito communicata fuit, publici juris facere. Primum quidem aperte testatur Abb. S. Leger, alterum, ne per somnium quidem. FLORENTIAE.

Quid praeterea opus erat, ad falsitatis arguendam chimaeream altitudinem secundae figurae exempli Casanatensis, in medium adducere, non dicam exempla Maliabechianum, & domus Annuntiatae Florentiae hujus editionis, sed & editionem anni 1491. cum haec contra ipsum potius probet, ejusque praecipitem in scribendo rationem ob legentis oculos ponat? *Praeterea*, inquit, *contra Casanatense probat editio anni 1491. in qua tres solae eaedemque insunt figurae & eodem modo distributae ac in nostro, suntque ejusdem circiter altitudinis*. En dimensiones figurarum secundae hujus editionis.

| | | |
|---|---|---|
| Altitudo I. fig. | . . . . . . . . . | 6. poll. lin. 8 $\frac{2}{3}$ |
| Latitud. | . . . . . . . . | 4. poll. lin. 6 |
| Altit. II. fig. | . . . . . . . . | 6. poll. lin. 6 |
| Latit. | . . . . . . . . | 4. poll. lin. 6 $\frac{1}{2}$ |
| Altit. III. fig. | . . . . . . . . | 6. poll. lin. 9 $\frac{1}{2}$ |
| Latit. | . . . . . . . . | 4. poll. lin. 6 $\frac{1}{2}$ |

Quaerere nunc liceat a Laerio, quo in lexico aut Arithmetices libro invenerit, duas magnitudines, quae sunt in proportione sesquialtera proxime, dici posse ejusdem circiter esse altitudinis? Quis praeterea tertiam figuram primae edit. conferre audebit cum tertia secundae, cum altera alteri, quod spectat ad dimensiones, plane contraria sit? In antiqua editione latitudo figurae sesquialtera fere est altitudinis, inferioremque tantum paginae partem occupat; in nova contra, latitudo subsesquialtera est altitudinis, & aliquanto majus spatium occupat quam aliae duae.

Sed quid opus est verbis ad vanos ejusmodi Laerii conatus refutandos? Altitudo II. figurae exempli Casanatensis jam usque ab anno 1775. literatorum vulgo patefacta fuerat in *Praefat. ad tom. III. Catal. Biblioth. Casanat. &c.*: quam Praefationem Laerius certe legit, uti liquet ex iis, quae contra ipsam scripsit in suo *Specimine histor. typograph. Rom. Saec. XV.* biennio post Romae vulgato, in principio. En autem quomodo describatur secunda haec figura in ea Praef. pag. XVI. *Post capitulum CXV. alia occurrit icon, quae totam adversam faciem folioli, in quo capitulum desinit, occupat, Christum in gloria sua existentem, multis angelis typum gloriae vel sus-*

FLORENTIAE. *sustinentibus, vel mirantibus, vel eidem adsistentibus, repraesentans.* Si autem secunda haec icon in exemplo Casanat. totam adversam faciem folii, in quo desinit capitulum CXV. occupat, quomodo vel Fabricius, qui exemplum vidit, vel alius quispiam, qui recitata praefationis verba legerit, somniare potuit, eam altam esse 4. pollicibus, cum lineis quinque?

Disputationem suam contra P. Fabricium male coeptam pessime postremo conclusit Laerius his verbis, in quibus inscitiam cum inurbanitate & ineptissimo joco conjunxit: *Igitur dubiae fidei*, inquit, *subodorari potest Dominicani illius descriptio* (somniata), *qua potuit bona fide in errorem induci abbas S. Leger, sicut jam hunc aliquot abhinc annis in errorem induxerat idem P. Fabricy occasione libri dicti* Decor puellarum (1). *Satius igitur fuisset Fabricio equitare cum antiquis* (2) *quam in rebus bibliographicis* magnum loqui nitique cothurno.

Detur Laerio errata, quae leguntur in descriptione Abb. S. Leger, a Fabricio admissa fuisse, ubi quaeso didicit Laerius tam indecoris verbis excipere cl. virum, quem magnis laudibus, praesertim quod spectat ad antiquitates & typographiam Hebraicam, prosequuntur homines vere docti, inter caeteros Jo. Bernardus de Rossi in tot egregiis libris, quos de Typographia Hebraica conscripsit? Ubi denique invenit Laerius Fabricium scripsisse de *equitatione veterum* (3), aut grandiloquo stilo in suis scriptis aliquando usum fuisse, vel de *cothurno*, sive tragico sive equestri, aliquando verba fecisse; ut vel levissima aliqua veritatis umbra, inepte jocando, de ipso scribere potuerit: *Satius igitur fuisset Fabricio* &c.

Descriptiones autem iconographicae figurarum hujus operis, quas tradit Laerius, accurataene censeri possunt? Nil minus, praesertim si conferantur cum descriptionibus Abb. S. Leger, aut cum antiquioribus, quae leguntur in Praef. ad tom. III. Cat. Bibl. Casanat. ante laudata. En descriptiones Laerii pag. 410. *Prima figura* (inquit) *exhibet montem, in cujus summitate apparet Christus Salvator, & huic monti applicatur scala, per quam ad hanc* (lege *hunc*) *ascendit homo viator*; *in secunda Salvator mundi angelorum turmis circumductus* (sic); *& in tertia infernus repraesentatur*. Et paulo post describens operis partes ait: *Opus in tres partes dividitur*: In prima de monte qui *Christus est agitur* (4), *& huic figura montis praemittitur. In secunda agitur de gloria paradisi, & huic praefigitur Salvator in medio Angelorum caelum ascendens* (oh portenta!); *& in tertia de poenis damnatorum: cui praeest inferni figura*. Haec Laerius.

Habeat nunc lector descriptiones Abb. S. Leger, seu, si placet, P. Fabricii.

„ Au verso du quatrieme de ces premiers feuillets est la premiere estampe qui
„ remplit toute la page, & qui a neuf pouces & demi de haut sur six de large.
„ Cette estampe représente la Montagne Sainte, au sommet de laquelle on voit Je-
„ sus

(1) Suo loco de hoc libro sermo fiet.

(2) *Auctor enim est* (inquit Laerius in notula subjecta) *tractatus de equitatione veterum*.

(3) Fabricius non scripsit *de Equitatione Veterum*, sed eruditum opus edidit inscriptum: *Recherches sur l'époque de l'équitation, & de l'usage des chars équestres chez les anciens, où l'on montre l'incertitude des premiers temps historiques des Peuples relativement à cette date*, in quo nil omnino de ratione equitandi veterum, nil de instrumentis, quibus in equitando utebantur, nil de *ephippiis*, nil de *stapedibus*, nil de *cothurnis* &c. tetigit. *On me verra* (inquit pag. XXXI. Introductionis) *très-peu occupé de l'usage de la simple équitation, encore moins de l'usage des chevaux attelés à des chars, & de celui des chevaux dans les armées: ce n'est pas là mon but: j'en discute uniquement la date*. De quo quidem opere honorifice admodum locuti sunt cll. auctores Diarii Eruditorum, mens. octobr. 1765.

(4) Non librum modo, sed ne ejus quidem indicem legisse hisce verbis ostendit Laerius: tres enim sunt montes, de quibus suo in opere agit Bettinus, qui singillatim indicantur in elencho capitulorum ejusdem charta I. versa; & ad quorum singulos refertur prima figura, quae manca valde esset, nisi hi tres montes in ipsa plus minusve distincte repraesentarentur. Conferat L. quae de tribus hisce montibus, de quibus fuse agitur in ipso opere, compendio postea repetuntur cap. 7. partis tertiae, charta secunda versa.

FLORENTIAE.

„ ſus Chriſt glorifié au milieu d' une multitude d' anges adorateurs. A la monta-
„ gne eſt adaptée une échelle, qui y eſt aſſujéttie par des chaines de fer; & ſur chaque
„ échelon on lit le nom d'une vertu, *Prudence*, *Tempérance*, *Force*, &c. Un homme
„ vêtu d' une longue robe, & qui paroit être un moine, monte à l' échelle, la
„ tête tournée du côté d' un grand Crucifix planté ſur la droite, & de ſa bouche
„ part une banderolle, avec ces mots: *Tirami doppo te*; on voit à côté de lui
„ un ſecond perſonnage, le yeux fixés vers le haut de la montagne, diſant ces
„ paroles: *Levavi oculos meos in montes* &c. La ſeconde eſtampe, qui ſe trouve
„ après le chapitre 115. repréſente encore Jeſus Chriſt dans ſa gloire environné
„ d'anges adorateurs.... la troiſieme, qui eſt au feuillet ſignaturé P. VII..,
„ repréſente l' enfer d' après les idées de Dante „.

Si hae deſcriptiones Abb. S. Leger conferantur cum deſcriptionibus Laerii, neminem adeo bardum eſſe puto, qui non ſtatim intellecturus ſit, quanto hae cum accuratione, tum rerum, quas exhibent figurae (prima praeſertim), diſtincta numeratione, illas antecellant. Non legitur in hiſce ſecundam figuram exhibere Salvatorem, Angelorum turmis *circumductum* (1), multoque minus *in medio angelorum caelum aſcendentem*: quae aſſertio & figurae veritati plane contraria eſt, & partis, cui ea applicatur, (in qua agitur de gloria Paradiſi) argumento non congrua. Utinam vero S. Leger minus memoriae ſuae fidiſſet, aut integrum editionis exemplum ipſi videre licuiſſet: tunc enim errata, quae in ejus deſcriptione leguntur, & de quibus triumphum quodammodo agere velle videtur Laerius, perperam ea Fabricio tribuendo, in ea certe deeſſent.

## X.

„ Fra CHERUBINO da SPOLETI. Regola della Vita Spiritua-
„ le, e Regola della Vita Matrimoniale. *Senza luogo e Stampatore*
„ 1477. *in* 8°.

„ Belliſſimo eſemplare (*verba ſunt cl. Morellii, tom.* 4. *Catal. Biblioth. Pi-*
„ *nell. pag.* 20.) è queſto d'un edizione molto antica fatta con carattere tondo,
„ minuto sì, ma di bella forma, nè da me più veduto; ſenza numeri, regiſtro o
„ richiami; con molta differenza ancora nel numero delle linee di ciaſcuna fac-
„ ciata..... Il titolo della prima operetta dice così: *Fratris Cherubini Minorum*
„ *Ordinis ad Jacobum de Bongagnis* (ſic) *ſpiritualis vite compendioſa Regula que-*
„ *dam hec eſt*. Nel fine niuna annotazione ſi legge. Il titolo della ſeconda ope-
„ retta che in parte è in lettere majuſcole dice: *Vite Matrmonialis Regula bre-*
„ *vis ejuſdem ad Jacobum de Borgannis* (ſic) *Feliciter incipit*. Nel fine ſi legge
„ in lettere pure majuſcole: *Perfecto Die. XVI. Octobris*. M. CCCC. LXXVII.
„ *Deo gratias*.

Editionem Florentinam eſſe conjicit Laerius tom. I. ſui *Indicis*, pag. 423. a qua quidem conjectura nec ego alienus ſum. Alienus tamen ſum ab iis verbis, quae ſuae conjecturae ſubjecit Laerius: *Deſcribitur*, inquit, *apud Denis num.* 509. Denis enim nil aliud facit, quam Morellii deſcriptionem paulo contractius referre, indicato tom. & pag. Catal. Pinell. in qua ea legitur.

MCCCCLXXVIII.

(1) Laerius veriſimiliter ſcripſit, *circumdatum*.

FLOREN-TIAE.

## MCCCCLXXVIII.

### I.

INCOMINCIA . LA HISTORIA . DALEXANDRO . MAGNO . FIGLIVOLO . DI PHILIPPO . RE DI MA CEDONIA . SCRIPTA . DA QVINTO . CVRTIO RVFFO . HISTORICO . ELOQVENTISSIMO . ET TRADOCTA . INVVLGARE . DA . P. CANDIDO DELLA QVALE . QVESTO . E . IL TERZO . LIBRO PERCHE . IL PRIMO . EL SECONDO . ATEMPI . NOSTRI . NONSI . TRVOVANO . MANDATA . APHILIPPO MARIA . DVCA . DI MELANO.

*In fine:*

IMPRESSVM. FLORENTIAE. APVD. SACTVM (*sic*) IACOBVM. DE RIPOLI. ANNO. MCCCCLXXVIII

(*in fol. par.*)

Pulchra editio, eleganti charactere Romano, pagina integra, cum signaturis, sed sine numeris, custodibus, & registro. Signaturae pertinent usque ad D. IIII. (1) secundi alphabeti, quod majusculis literis expressum est. Chartae autem singillatim numeratae (tutior haec via visa est) inventae sunt 166. omnino. *Omnino* dico; nam in volumine ad calcem libri XII. Historiae subjicitur: *La comparatione di Cajo Julio Cesare Imperadore et d' Alexandro Magno Re di Macedonia Da P. Candido ordinata col judicio suo insieme felicemente*. Quae comparatio occupat 14. fere paginas, in quarum postrema sub declaratione finis ejusmodi comparationis: *Finisce la comparatione*, &c. legitur adducta subscriptio, *Impressum* &c. Exstat in Casanat.

### II.

INCOMINCIANO . LE . VITE . DEPONTEFICI ET . IMPERADORIROMANI . COMPOSTE . DA MESSER . FRANCESCO PETRARCHA .

*In fine:*

IMPRESSVM . FLORENTIAE . APVD . SANC TVM . IACOBVM . DE . RIPOLI . ANNO . DOMI NI . M. CCCC. LXX. VIII.

(*in fol. par.*)

De hac editione accurate, pro more, agit Auctor (2) *Catalogi Historico-Critici variar. edition. Saec. XV.*, qui in plures sectiones divisus, uti alias monuimus

(1) Loco *D* typographus scripsit *C*.

(2) Jac. Paitonus.

mus, editus fuit *nelle Memorie per servire all' Istoria letteraria* (partim in veteribus, partim in novis) impressis Venetiis 1753. seqq., & in quibus hujus edit. descriptio legitur, tomo I. *delle nuove Memorie*, pag. 244. Ex multis autem, quae de eadem notat diligentissimus auctor, ea tantum huc referre contenti erimus, quae ad nostrum institutum propius pertinent. FLORENTIAE.

„ Comincia (inquit) il nostro esemplare (1) per la tavola de' nomi degl' Im-
„ peradori e Pontefici, de' quali si parla nell' opera, con questo titolo in buo-
„ ne majuscole, nelle quali sono tutti i titoli, a tergo del primo foglio, poi-
„ chè la prima facciata è vuota: *Incomincia. la. tavola. della presente. opera.*
„ *di Messer. Franciesco. Petrarcha*; e questa tavola di tre pagine potrebbe legarsi
„ in fine. L'opera poi comincia dal *Proemio di Messer Fr. Petrarcha*, &c. A ter-
„ go del *Proemio* dopo tre linee, per le quali finisce, succede il titolo dell' ope-
„ ra, che è tale: *Incominciano le vite*, &c. (uti a nobis recitatus fuit.) Il Ze-
„ no mette in dubbio, se sieno veramente lavoro del Petrarca, &c. „.

Vitae Petrarchae tributae, quod notat idem diligentissimus bibliographus, non praetergrediuntur annum 1371., uti in opere ipso notatur ad Pontificatum Gregorii XI. hisce verbis: *Qui. finiscono. le. vite. de. Pontefici. et. Imperatori, Romani. da Messer Francesco Petrarcha. composte. Seguitano. le. vite. brevemente. & . con. diligenzia. insino. nel. anno. MCCCCLXXVIII. raccolte*. Quod additamentum, cui auctori tribuendum sit, se nescire fatetur cl. bibliographus. Editio signaturis tantum instructa est, quae incipiunt a primo operis folio signato *a* 1. & desinunt in *r* IIII. Folia omnino 104., ex quibus postremum utrinque, primum, uti dictum est, anteriori tantum facie, vacant. Exstat in Corsiniana, &c.

## III.

• C• Plinii • Secundi • Ivnioris
Liber • Illustrium • Viro
Rũ •Incipit•
*In calce*:
Impressum • Florentiae •
Apud • Sanctum • Iacobum • de
Ripoli • M•CCCC•LXX•VIII •
(*in* 4°.)

„ I Caratteri di questa Edizione sono romani assai belli. Tanto il titolo qui
„ sù riportato, che la data sono in caratteri majuscoli, siccome sono pure il ti-
„ tolo, e principio di ogni vita, ex. gr., nella p.ª vi sono solo in lettere ma-
„ juscole le seguenti parole, che occupano la prima riga.

p ROCA. REX. ALBANO
rum, &c.

„ ed in quelle, che seguono, sono tutte nel modo seguente:

DE. ROMVLO. ROMANORVM.
REGE. PRIMO
r OMVLLVS asilum, &c.

 „ I pun-

(1) Eodem modo incipiunt exempla, Biblioth. Angelicae, & P. Amoretti a nobis visa.

FLORENTIAE. „ I punti, ed i due punti sono come si sono notati nel titolo. Le virgole, „ che sono rare, in mezzo alla linea scritte, ex. gr. Tarquinii congressus, se ambo, &c. Tutto il libro è composto di fogli trenta due, al retro dell'ultimo dei „ quali vi si legge la riportata data. Non vi sono numeri, e richiami, ma il „ solo registro a piè di pagina „. Haec Excell. B. Cajetanus V. Gonzaga edit. possessor. Romae reperitur in Corsiniana.

IV.

C. SVETONII. TRANQVILLI.
DE GRAMMATICIS ET RHE
TORIBVS. CLARIS. LIBER. IN
CIPIT.
*In calce:*
NIL. AMPLIVS. REPERITVR
IMPRESSVM FLORENTIAE A
PVD SANCTVM IACOBVM DE
RIPOLI. MCCCCLXX. VIII.
(in 4°.)

„ Tanto la intitolazione, che la data sono scritte in caratteri majuscoli. Tut„ ta l'opera è di quattordici fogli non intieri, terminando la data a due terzi „ dell'ultimo foglio retto. Non vi sono numeri, nè richiami. Il carattere è „ simile a quello del Plinio. Ogni pagina intiera è di 27. linee. Circa i pun„ ti, due punti, e virgole, sono quali si è detto nel Plinio „. Exstat in Corsiniana, & apud E. B. Cajet. V. Gonzagam Mediolani, cui debetur praemissa descriptio.

V.

CRISPI SALVSTII DE CONIVRATIONE CATILI
NAE LIBER INCIPIT

O MNIS HOMINES. QVI SE STVDENT PRAESTARE, &c.
Folio XVIII. recto legitur:

CRISPI SALVSTII DE IVGVR
THINO BELLO. LIBER INCIPIT
*In calce voluminis:*

FINIS.

IMPRESSVM. FLORENTIAE. APVD. SANCTVM. IA
COBVM. DE. RIPOLI. M. CCCCLXXVIII.

„ Pare in foglio, ma esaminata la carta, parte è in 4°. e parte in foglio. „ Non ha numeri nè registro, nè richiami; ha bensì le segnature da *a* sino ad *f*. „ a i. a ii. a iii., e quattro sono i fogli correspondenti. b. quinterno, c, d, e, f. „ quaderni, termina al foglio 7, del quaderno *f*. La carta è bella e soda come „ la Reale; il carattere è tondo e di mediocre bellezza „. Exst. in Corsin.

Hu-

Hujus edit. descriptionem iisdem omnino verbis, quibus cl. P. Amoretti nobiscum eam communicavit, ante Lect. oculos hic sistere operae pretium existimavi, quod propter loci distantiam mihi eam vide re non licuerit; & aliunde satis mihi perspecta sit cl. Bibliographi diligentia. FLORENTIAE.

### VI.

„ MAMOTRECTVS, idest expositiones & correctiones vocabu-
„ lorum tam Bibliæ, quam plurimorum, &c. impress. Florentiæ
„ apud S. Jacobum de Ripolis. 1478.

Nullam esse puto ejusmodi editionem, de qua haec scribit Fineschius, pag. 28. *Il Maittaire facendo menzione d' un' edizione del libro detto* Mamotretto . . . . . *E non facendo menzione della Stamperia ove fu impresso, possiamo assicurare, che il medesimo fu stampato a Ripoli*. Sed ex decem hujus operis editionibus, quas laudat Annalista, nulla est, quae non alterius loci, praeterquam Florentiae, nomen praeseferat: & ex XI. quas citat ejus continuator Denisius, solae postremae duae non loci tantum & impressoris nomine, sed & anno carent.

Loco igitur *Mamotrecti* substituantur sequentes libri, de quibus nullus videtur esse dubitandi locus.

„ Le vite de' Sancti PP. = Il libro
„ della madonna, ch' è l' ufizio
„ piccolo in onore di Maria v. = e
„ le profezie di S. Brigida.

Et de quibus confer ipsum Fineschium.

### VII.

DONATI . ACCIAIOLI . FLORENTINI . EXPOSITIO . SV
PER LIBROS . ETHICORVM . ARISTOTELIS : IN NOVAM
TRADVCTIONEM . ARGIROPYLI . BISANTII .

*In fine: ultimo folio verso:*

DONATI ACCIAIOLI FLORENTINI EXPOSITIO SV
PER LIBROS ETHICORVM ARISTOTELIS IN NOVAM
TRADVCTIONEM IOHANNIS ARGYROPYLI BIZANTII
.FINIT FOELICITER.
IMPRESSVM FLORENTIAE APVD SANCTVM
IACOBVM DE RIPOLI . MCCCCLXXVIII.
(*in fol.*)

Praecedit prooemium Auctoris ad Cosmum Medicem, in duas tributum partes: quarum prima sistit Epistolam dedic. ad ipsum Cosmum; in secunda eaque multo prolixiore Auctor agit de definitione Philosophiae, de ejusdem divisione, *aliisque nonnullis, quae ad hanc materiam declarandam, non mediocriter pertinere videntur*: quod prooemium novem & dimidiam occupat paginas. Post librum X. sequitur *Epilogus libri Ethicorum*, ipsius Acciajoli, qui aliquanto plus quam decem implet paginas. Editio est optimo charact. Romano, integra pa-

FLORENTIAE. gina cum signaturis, sed sine numeris, custodibus, & registro. Inscriptiones & subscriptiones singulorum librorum, primaque eorum linea sunt majusculo charactere: folia 262. Exst. apud Can. Devoti, & in Corsiniana.

VIII.

„ Il Lamento di GIVLIANO. Firenze, apud S. Jacobum de
„ Ripoli 1478.

*Operetta* (inquit Fineschius, pag. 29.) *stampata in Ripoli sotto la direzione di Ser Bartolommeo Fonzio*.

IX.

„ Il libro della Agricoltura di PIETRO CRESCENTIO Citta-
„ dino di Bologna ad honore di Dio, et del serenissimo Re Car-
„ lo: impressum est hoc opus per me Nicholaum Diocesis Vratisla-
„ viensis, die 15. mensis Iulii anno D. M. CCCC. LXXVIII.
„ Florentiæ. *in fol.*

Refertur rara haec editio ab Orlandio, Maettario, cl. Morellio, Deburio utroque, &c. Descriptio, quam tradit Guill. de Bure, *fils aîné*, in Catal. Bibl. D. de la Valliere, tom I. pag. 451. omnium accuratissima videtur; & est ejusmodi: „ Ce volume commence par six feuillets, qui contienent la Dedicace de Pierre „ de Cressent, & la table des chapitres. *Le texte suit, & à la fin il y a la sou-* „ *scription suivante*, imprimée *en lettres capitales*: „ Impressum est hoc opus, &c. uti supra. In Bibliograph. instructiv. nulla fit mentio de Epistola dedic. auctoris. Vid. Catal. Bibl. Pinell. tom. IV. pag. 69.

X.

„ CORNELII CELSI de Medicina libri VIII. *ex recognitione* Barthol.
„ Fontii, & *cum ejusdem* Epistola ad Saxettum.

*In fine*:

CORNELII CELSI DE MEDICI
NA LIBERFINIT FLOREN
TIAE A NICOLAO IM
PRESSVS ANNO
SALVTIS M
CCCC L
XXV
III

(*in 4°. majori*.)

In exemplis a me visis principio voluminis habetur tabula singulorum capitulorum VIII. librorum operis, indicata charta, ubi eorum unumquodque quaerendum est; etsi chartae ipsae numeris haud distinctae sint. Ex. c., *Medicinae inventio & divisio*, &c. *charta* 1. *De Digitis*, *charta* 188., quod capitulum *de Digitis*

*gitis* cum omnium postremum sit, incipiatque & desinat ultima charta operis, posito quod ea accurate numerata fuerit, summa chartarum ejusdem erit 188. Talem reipsa esse numerum chartarum operis colligitur, ex numero fasciculorum earumdem, qui sunt 32., ex quibus triginta terni sunt, duo vero duerni, & simul efficiunt summam foliorum, sive chartarum 188. Primus fasciculus, qui ternus est, signaturis caret. Secundus, qui duernus est, signatur a i. a ii. Reliqui 22. usque ad, &, terni sunt, & signantur simplicibus alphabeti literis, sicuti secundus. Post simplices literas, sequuntur literae geminatae, quae non pertinent ultra hh. ii, & septem praecedentes fasciculi novae hujus seriei, omnes terni sunt. Licet autem chartarum numerus, qui colligitur ex numero & qualitate fasciculorum ipsarum chartarum, plane sit 188.; haud tamen credi potest in prioribus numeris tabulae nullum inesse errorem: primus enim hujus tabulae numerus respondet secundae chartae primi fasciculi, & VII. tabulae, secundae chartae secundi fasciculi, quae est octava operis: unde necesse est in consequentibus numeris tabulae factam esse correctionem, quo ejus numeri postremi congruerent cum numeris signaturarum, omniumque postremus esset 188. Ubi vero incipiat haec correctio inquirent, qui otio abundant. FLORENTIAE.

Charta prima primi fasciculi non signati anteriore facie vacat; secunda sistit Epistolam Barthol. Fontii editoris ad Saxettum suum, in cujus fine haec de Celso a se emendato scribit: *Nam cum ejus libri pluribus essent in locis temporum injuria mutilati atque inversi, vetustis exemplaribus tua opera e Gallia conquisitis, in unum omnia saepius conferens in antiquum fere statum redegi. Celsum itaque squallidum antea & deformem, renovatum nunc, & jam prope in suam faciem restitutum*, &c. Primus totius voluminis fasciculus, qui tabulam continet, quaternus est, & signatur litera majuscula *A.*; octavum tamen ejus folium omnino vacat. Exstat in Casanatensi, in Corsiniana, & apud Can. Devoti.

## XI.

ANG. POLITIANI PACTIANAE CONIVRA
TIONIS COMMENTARIOLVM.

*In calce:*

ANNO M. CCCC. LXXVIII.

(*in* 4°.)

Non dubito quin hic libellus Florentiae impressus fuerit, & quidem ipso anno 1478., quo facinus in eo descriptum admissum fuit; etsi loci & impressoris nomina in ipso desint. Ejus enim auctor, argumentum, ipseque Rom. character, qui teste cl. P. Amoretti, idem est ac character Comment. Fontii in Persium, aliter conjectare non sinunt. Uno quinternione constat, cujus postrema charta vacat; sine signaturis, numeris, & custodibus. Exstat in Casanatensi, & Corsiniana.

MCCCCLXXIX.

FLOREN-
TIÆ.

## MCCCCLXXIX.

### I.

Ncomincia uno confessionale uolga
re delreverẽdissimo padre beato fra
te Antonino arciuescouo di Firenze del
lordie de frati predicatori ĩtitolato spe
chio di consciẽtia il quale e libro degno
& utile a chi desidera di saluare lanĩa.
*In fine:*
Finito questo libro intitolato specchio
di conscientia composto per reuẽrẽndis
simo padre Antonio Arciuescouo di Fi
renze dellordine de frati preçatori(*sic*): Et
impresso per mano di don Ipolito: ad pe
titione di Giouanni di Nato da Firen
ze. Hoggi questo di. XXIIII. di febbra
ro. M. CCCC. LXXVIIII.
(*in* 8°. *magno*)

Refertur rara haec editio satis accurate a Maettario pag. 399. inter editiones post primam suorum annalium Editionem a se visas. Ea est charact. Romano, nec eleganti, nec rudi, pagina integra & cum signaturis tantum, inter quas deest signatura *K.* Pertinent ab *a j.* usque ad *r. iiii.* omnesque foliorum fasciculi sunt quaterni; ideoque folia numero 128. quorum postrema duo cum aliquot lineis praecedentis indicem capitulorum operis continent, signatis chartis, ubi ea quaerenda sunt. Exst. in Casanat. (1), & exstabat in Pinelliana.

### II.

„ Sermoni di S. GIOVANNI GRISOSTOMO. = I SALMI PE-
„ NITENZIALI in 16°. di foglio corrente tanto i latini quanto i
„ volgari colle Litanie, &c. tradotti in verso sciolto. = Interro-
„ gatorio composto da Frate ANTONINO Arcivescovo di Firen-
„ ze. *in* 8°. Florentiae, apud S. Iacobum de Ripoli 1479.

### III.

„ Mille SONETTI dell'Agnus Deo. = La CONFESSIONE ge-
„ nerale, ed altre simili operette stampate in Firenze apud S. Ia-
„ cobum de Ripoli 1479.

Con-

(1) In hoc exemplo folium, *d.* versum vacat.

Confer quae de editionibus tam hujus numeri, quam superioris scribit Fineschius pag. 29. ubi inter caetera notat S. Antonini *Interrogatorium*, alias nuncupatum, *Defecerunt*, anni, loci & typogr. nota carere, & exstare Florentiae in Biblioth. S. M. Novellae. De aliis autem editionibus monet, se neque eas videre potuisse, neque auctores de iisdem mentionem facere.

## IV.

AVRELII AVGVSTINI LOGICA INCIPIT.
*In fine:*
IMPRESSVM FLORENTIAE APVD SANCTVM IACOBVM DE RIPOLI. ANNO. DOMINI. M. CCCC. LXX. VIIII.
(*in 8°. magno.*)

Character Romanus est & satis pulcher, pagina integra, paucissimae abbreviaturae, eaeque intellectu facillimae. Insunt signaturae, quae non procedunt ultra *d II.*, desunt autem numeri & custodes. Numerus foliorum, 28. Exst. in Casanat.
Fineschius loco hujus edit. Latinae memorat edit. Italam his verbis: *La Logica di S. Agostino tradotta ad istanza di Bonifazio di Francesco Peruzzi*. Deceptum tamen fuisse Fineschium non dubito: nam ex documento ab ipso allato, editionem non magis Italam, quam Latinam esse dignosci potest. Hanc praeterea Latinam editionem non agnovit Fineschius; de qua quidem cum nullus sit dubitandi locus; si exstaret Itala editio, duas ejusdem operis editiones eodem anno Ripolis factas fuisse statuendum esset.

## V.

„ Il Driadeo composto in rima octava, per LVIGI PVLCI.
*In fine:*
„ Finit hoc opus Florentie die tertia Aprilis. M. CCCC.
„ LXXXIX. Finis. *in* 4°.

Debetur hujus edit. notitia Auctori *Bibliographiae Instructivae*, qui eam refert describitque, tom. I. *Belles lettres*, pag. 671. Conjecturam autem ejusdem circa falsitatem edit. anni 1489. a pluribus bibliographis memoratae, qui forsan annum 1479. in annum 1489. verterunt, demonstrat exemplum Biblioth. Caesareae a Denisio laudatum, pag. 274.

## MCCCCLXXX.

## I.

„ BIBLIA Latina. Florentiae 1480. *in fol.*

Denisius, pag. 114. ex *Weiss. a pag.* 81.

II.

FLOREN TIAE.

II.

„ PSALMORVM liber ad usum Chori. Florentiae apud S. Ja-
„ cobum de Ripoli 1480. *in fol. maj.*

III.

„ EVANGELISTARI et Epistolari; Salteri per i piccoli fanciulli;
„ et altre cose per i Cerretani e Saltimbanchi. *Iisdem typis & anno.*

IV.

„ I lamenti di OTRANTO, et altre Orazioni in onore della B.
„ Vergine. *Iisd. typ. & anno.*

Vide quae de hisce editionibus Ripolit. scribit Finceschius pag. 31. 33.

V.

PSALTERIVM.
*Ultimo fol. recto legitur:*
EXPLICIT. PSALTERI-
VM. LAVS DEO.

IMPRESSVM FLOREN
TIAE APVD SANCTVM
IACOBVM. DE RIPOLI.
(*in 8°. sine anno.*)

Hoc Psalterium fortasse est ex numero eorum, quae Fineschius in usum puerorum impressa fuisse memorat, pag. 31. Post psalmos sequuntur Cantica: quibus subjunguntur, Hymnus, *Gloria in Excelsis*, *Oratio Dominicalis*, utrumque *Credo*, Symbolum *S. Athanasii*, & postremo SS. *Litaniae* cum solitis precibus & orationibus. Quilibet Psalmus primo, excepto, congruo numero signatus est, repetito in cujuslibet fronte, majusculo charact., vocabulo, *Psalmus*. Editio est Rom. charact. cum signaturis tantum, quae pertinent usque ad dd iiii. Exst. in Collect. Abb. Nic. de Rossi.

VI.

„ P. PAPINII STATII Silvae. Florentiae apud S. Jac. de Ri-
„ poli 1480.

De hoc libro in officina Ripolitana imprimendo, convenisse inter Fr. Dominicum de Pistorio, officinae magistrum, & Barthol. Fontium, ejusdem correctorem demonstrat conventionis documentum scriptum 19. Septembris hujus anni, quod affert Fineschius pag. 32. sui opusc. Monet autem & hic Fineschius, nullum hujus editionis exemplum se videre potuisse, & auctores de eadem silere: quorum neutrum tamen editionem factam non fuisse probat. Italam autem eam fuisse ex versione Barthol. Fontii, quod conjicit Fineschius, mihi non fit verisimile.

VII.

FLORENTIAE.

VII.

„ PHALARIDIS Epiſtolae latine, Leonardo (*Franciſco*) Aret. in-
„ terpr. Florentiæ 1480.

Haec Orlandius, par. I., pag. 135. Fineſchius pag. 3. ejuſmodi edit. Ripolis factam fuiſſe, a vero non abhorrere ait: *non ſarebbe fuor di propoſito*, inquit, *che foſſe ſtato ſtampato a Ripoli*.

VIII.

„ FENESTELLA de Romanorum Magiſtratibus & Sacerdotio.
„ Florentiæ *circa annum* 1480.

Haec eſt mera conjectura Apoſt. Zeni, cujus meminit Mittarellius in Append. ad Codd. mss. Biblioth. S. Mich. Venet. prope Murianum, col. 157.

IX.

Quareſimale di Fr. ROBERTO CARACCIOLO da Lecce Veſcovo d'Aquino dell'O. de ff. Min.

*In calce*:

Finiſce el quadrageſimale del novello Paulo frate Roberto facto ad complacencia della Sacra Maeſta del Re Ferdinando. Impreſſo nella cipta di Firenze per Maeſtro. N.

NEL. M. CCCC. LXXX. A DI PRIMO. DAPRILE

(*in fol.*)

Primo folio recto habetur Auctoris prologus ad Ferdinandum Regem, cui majuſculis literis hic praefixus eſt titulus:

PROLOGO DI FRATE. RVBERTO A FERDINANDO
RE DI NAPOLI NELLOPERA SEQVENTE:·

Hic Prologus non totam occupat paginam; poſteriores ſiquidem ſeptem lineae continent titulum, & principium primi ſermonis, ſub quo poſita eſt prima ſignatura *a* 1. Ultima eſſe debebat *o* IIII. haec tamen in exemplo mox nominando deeſt. Folia diligenter numerata inventa ſunt 92. Editio eſt Rom. charact. integra pag. ſine numeris cuſtod. & regiſtro. Literam initialem, N. poſt vocabulum *Maeſtro* ſubjunctam deſignare *Nicolaum de Alemania*, variarum inſignium editionum Florent. impreſſorem, recte annotavit libri poſſeſſor, Can. Devoti.

X.

„ Il Pungilingua del P. DOMENICO CAVALCA dell'O. de' PP.
„ Firenze, *circiter annum* 1480.

„ L'opere del P. F. Domenico Cavalca (inquit Fineſchius pag. 33.) anche
„ in queſto tempo (anno 1480, vel paulo ante) erano ſtate ſtampate, poichè oſ-
„ ſervo che fra Domenico tra i baratti che faceva di libri, quello ottenne det-

FLORENTIÆ. „ to il *Pungilingua*, con dare in cambio de' Salmisti ed altre operette stampate „ in Ripoli „. Haec autem *Pungilinguæ* editio ea esse videtur, ad cujus calcem legitur: *Finit per Nicholaum Florentiæ*; de qua inter edit. sine anno*.

## MCCCCLXXXI.

### I.

„ VALERII FLACCI Argonauticon. Florentiæ apud S. Jacobum „ de Ripolis, *sub initium anni* 1481.

### II.

„ IL LAMENTO DI PISA in rima. Florentiæ apud S. Jacobum „ de Ripolis 1481.

### III.

„ Il Morgante di LVIGI PVLCI. *iisd. typ. & anno*.

### IV.

„ Consilio di MARSILIO FICINO Fiorentino contra la Pestilen- „ za: impressum Florentiæ apud S. Jacobum de Ripolis. MCCCC „ LXXXI. *in* 8°.

Quatuor has Ripolitanas editiones recenset Fineschius, pag. 33. seqq. sui opusculi, earumque quamlibet reipsa exstare aut saltem exstitisse demonstrant monumenta ab ipso laudata. De Val. Flacco haec memoriae prodit: *Per istanza di Bartolo Cartolaio fu stampato* l'Argonauticon di Val. Flacco, *sul principio dell' anno* 1481. *come dalla partita di uscita del mese di Maggio: Vien citata quest' edizione dal* P. Orlandi (pag. 131. & 424.) *ma non vi si pone l' anno*, quo verisimiliter caret; etsi aliunde exploratissimus sit.

De Pisae querela: *Nell' istesso anno* 1481. *fu stampato un libretto intitolato il lamento di Pisa: Di questa operetta: che fu terminata d' imprimere il dì* 10. *Novembre ne ho veduto un esemplare ms. nella cel. libr. Laurenziana, &c.*

De Morgante: *In un altra partita si legge a dì* 23. *Luglio Suor Marietta* (loci Sanctimonialis) *ebbe fiorini due larghi per parte della compositura del Morgante. Questa edizione la trovo ignorata da tutti gli scrittori della Tipografia.* Haec autem editio fortasse ea est, quam refert cl. Morellius tom. IV. Catalog. Biblioth. Pinell. tom. IV. pag. 291.

Consilii postremo Marf. Ficini exemplum hujus edit. se vidisse narrat in selecta Biblioth. D. Canonici Subdec. Riccardi.

### V.

PISTOLE DI LVCA DE PVLCI
AL MAGNIFICO LORENZO
DE MEDICI.

*In*

*In fine*:

Impressum Florentię per me Antonium Bartolomei Miscomini. A. D. M. CCCC LXXXI. Die primo Februarii. Feliciter.

(*in* 4°. *par.*)

FLORENTIAE.

Epistolae, quas continet editio, sunt numero XVIII. Earum prima inscribitur: *Lucretia a Lauro pistola prima*; ultima, seu XVIII., *Cleopatra a Cesare Augusto pistola XVIII. & ultima*. Omnes sunt eo carminis genere, quod Itali dicunt *terza rima*. Nullum in exemplis a me visis, habetur Prooemium ad Laur. Medicem. Character Romanus est valde pulcher. Exst. in Casanat. & Corsin. Folia signantur ab *a* usque ad *g ii.*, suntque numero 52. ex quibus tamen penultimum versum & ultimum utraque ex parte, vacant. Desunt numeri, custodes, & registrum.

VI.

„ Il Driadeo compilato per LVIGI PVLCI. Florentiæ per Antonium Bartholomei Miscomini 1481. Die primo Februarii. *in* 4°.

Ex Catal. Biblioth. D. de la Valliere, tom. II. pag. 512. Duo igitur opuscula eadem die in lucem produxit egregius typogr. MISCOMINI.

VII.

La Bucolica di VIRGILIO tradotta da BERNARDO PVLCI con le Bucoliche di tre altri Autori, &c.

*Ad calcem*:

Impressum Florentię per me Antonium Bartholomei Miscomini A. D. MCCCCL XXXI. Die ultimo februarii feliciter.

(*in* 4°.)

Descriptionem typographicam rarae hujus editionis, accuratiorem absolutioremque ea, quam nobiscum communicavit cl. P. Amoretti, erutam ex optimo exemplo Bibliothecae Corsinianae, vix desiderari posse puto. Qua de causa iisdem omnino verbis, quibus cl. Bibliographus eam scripto consignavit, hic Lectori exhibere operae pretium duxi; monendo tamen, non esse negligendam ab iis, qui in re bibliographica ulterius proficere cupiunt, doctam editionis notitiam, quam tradit Phil. Argelatus in sua Bibliotheca *de' Volgarizzatori* tom. IV. edit. Mediol. 1767. pag. 172. & seq.

PREFATIONE DI BERNARDO PVL
CI NELLA BVCOLICA DI VIRGILIO

„ Dopo la Prefazione viene il Proemio del medesimo Pulci, ed occupano 9. „ facciate; a tergo v'è l'argomento della I. Egloga — e al fol. 6., *Prima Egloga* ec., e terminano tutte l'Egloghe col fogl. 37.

„ Fogl. 38. Elegia del medesimo a Lorenzo de' Medici per la morte di Cosimo, in terza rima — e termina col Fogl. 41.

FLOREN„ Fogl. 42. Bernardus pulcius florentinus de obi
TIÆ. tu divę Simonettę ad Julianum medicē

„ E' componimento italiano in 3ª. rima e termina al fol. 46. con un Sonetto:

Diva Simonecta ad Iulianum męedicem.
Se viva et morta . . . . . . . . . . . .

Fogl. 47. Francisci de arsochis senensis carmen bu
colicum Egloga prima incipit.
Immi terītho . . . . . . . . . . . . . .

„ occupa undici fogli, e parte del retto del duodecimo. Sono Egloghe quattro.
„ Al fogl. 58. a tergo:

ALLO ILLVSTRE SIGNORE IVLIO
CAESARE DA VARANO SIGNORE
DI CAMERINO HIERONIMO BENI
VIENI
SALVTE

„ ed occupa oltre la detta facciata altre tre facciate e mezza. Nel foglio seguente:

BVCOLICA DI HIERONIMO BENI
VIENI FIORENTINO ALLO ILLV
STRE SIGNORE IVLIO CAESARE
DA VARANO SIGNORE DICAME
RINO.
AEGLOGA PRIMA
INTERLOCVTORI
MOELIBEO ET PHILENO

„ occupa 29. fogli, meno mezza facciata, sono Egloghe otto – Nel fogl. 90. seguente:

EPISTOLA AD LO ILLVSTRISSIMO
DVCE DI CALABRIA CON LE QVA
TTRO SEQVENTI AEGLOGE COM
POSTE PER IACOPO FIORINO DE
BONINSEGNI DA SIENA MANDATE
A DI. III. DAPRILE. M. CCCCLXVIII.

„ occupa il retto e buona parte del fogl. verso, e presso il fine incomincia la
„ Bucolica, e sono Egloghe cinque, ma prima della V. v'è un' Epistola dell'Au-
„ tore di facciate quattro e mezza al magnifico Laurentio de Medici — occu-
„ pano fogli 33. Appresso a tergo del 33. o sia 123. si legge:

FINE DE LA BVCCOLICA DI IACO.
PO FIORINO DE BONINSEGNI DA
SIENA

Im-

Impressum Florentię per me Antonium Bartholomei . Miscomini . A. D. MCCCCL XXXI. Die ultimo februarii feliciter

FLOREN TIÆ.

E' in 4°. bellissimo è il carattere tondo e la carta soda, non ha registro, nè numeri, ne richiami; ha però le segnature da a sino a q: sono tutti quaderni, eccetto f-e q che sono terni, e l'ultimo foglio è bianco.

## VIII.

S. EPHREM Diaconi Sermones XIX. secundum traductionem Venerabilis patris Ambrosii Camaldulensis.

*In fine:*

.M. CCCC. LXXXI. Augusti. xxiii

Impressum Florentiæ per Antoniū bartholomei mischomini.

(*in fol.*)

Editio valde nitida egregio Rom. charactere, integra pagina cum foliis signaturis incipientibus ab *a* 1., & desinentibus in *l* iiii. Omnes foliorum fasciculi quaterni sunt; quibus tamen additum fuit aliud folium minime signatum, anteriore facie continens tabulam sermonum, cum designatione chartarum ubi incipiunt, & posteriore vacans. Folio primo signato *a* i. incipit Epistola Ambrosii ad Cosmum Medicem, quae tres fere occupat paginas. Pag. 4. incipit Sermo de Poenitentia S. Ephrem. Exstat in Casanatensi, in Corsiniana, apud E. B. Cajet. Val. Gonzagam, Cl. P. Amoretti &c.

## IX.

CVRAM ILLIVS HABE LVCE DECIMO. *verso folio:*

QVESTO TRACTATELLO DEL modo del confessare e stato composto p lo reverendissimo padre frate ANTONIO dellordine depredicatori di san Domeni co arcivescovo di firenze. Incomincia & seguita il prohemio sopra essa opera.

*Ad calcem:*

Impresso per Francesco didino Fiorentino Adi X. di Luglio. MCCCC LXXXI. apsso almunistero di Fuligno nella cipta di DIFIRENZE (*sic*)

(*in* 4°.)

Pulchra editio, optimo charactere Romano, integra pagina sine signaturis, numeris, custodibus, & cum sola *tabula quaternionum* in fine, seu ultimo folio verso: quae tabula sic descripta est:

Ta-

FLOREN-TIAE.

Tavola deq̃derni. ĩ Priama (*sic*)
CVRAM:
Secondo c VRAM: ĩ alcũa
Tertio: per la quale: tiose:
Quarto: morte loro: le usanza:
&c.

Lineae hujus tabulae octodecim sunt: septemdecim posteriores duo sistunt foliorum initia, primi nimirum & tertii cujuslibet quaternionis, praetermissis initio secundi & quarti: prima autem initium primi tantummodo sistit: scapus enim, ad quem pertinet, duernus est. Et hinc facile intelligitur voluminis folia, seu chartas esse 144. Opus S. Antonini terminatur penultimo folio recto, ubi legitur haec subscriptio charactere minusculo:

Finito Curã illius hẽ plo reverẽdo fr̃e An
toĩo dllordĩe d̃ pdicatori arcivescõ di Firẽze

Sequentes duae paginae continent formulam absolutionis, in qua nominatur *Sixtus IV.* Ultima, tabulam & subscriptionem, de quibus ante diximus. Exstat apud Can. Devoti.

X.

NCOMINCIA IL LIBRO DI
TVCTI ECHOSTVMI: CAM
BI: MONETE: PESI: MISVRE
& usanze di lectere di cambi: & termini
didecte lectere che nepaesi sichostuma:
& indiverse terre
*In calce*:
FINITO ELIBRO DI TVCTI
ICHOSTVMI; CAMBI: MONE
TE: PESI: MISVRE. & VSANZE
DI LECTRE DI CAMBI & TER
MINI DI DECTE LECTERE Che
NEPAESI SICOSTVMA ET IN
DIVERSE TERRE. Per me France
sco diDino diIacopoKartolaio Fiorẽ
tino Adi X di Dicembre MCCCC
LXXXI. IN FIRENZE Appresso
almunistero di Fuligno.
(*in* 4°. *par.*)

„ L'edizione (1) è in buona, e bella carta, ottimi caratteri, bellissime ma-
„ ju-

(1) Haec cl. Paitonus, tom. II. *delle Nuove Memorie per servire all' Istoria Letter.* pag. 155. In cat. des Livres de la Bibl. de M. le Duc de la Valliere tom. I. pag. 416. haec de hoc opere annotantur: „ On trouve au dessous du titre de ce „ volume la note suivante: *Ce traité des chan-*

„ juſcule, e frequenti, ſenza richiami, colle numerazioni dei fogli nel mezzo delle faccie diſpari in numeri Romani, eccetto il ſettimo, che è in cifra Araba; e col regiſtro, che però comincia ſolo al ſeſto quaderno f, e a' ſeguenti, ma ſolo ne' primi e terzi fogli. Il codice comincia dalla Tavola così: nel mezzo A. e poi a capo: *Alleghe ſi lavora i più tre cap.* CXCIIII. &c. occupando queſta tavola cinque fogli col tergo del quinto bianco, ſi conoſce che ci manca il primo, che probabilmente ſarà vuoto. Al quaderno ſeguente numerato I. nel mezzo, come ho detto, della prima faccia, in belle majuſcule; *Incomincia il libro di tuti echoſtumi* &c. uti ſupra. A tergo dell' ultimo foglio, che è il LXXXXVI. dopo cinque linee: *Finito ellibro di tucti echoſtumi*, &c. „ plane uti ſupra. Exſt. in Angelica, & Corſiniana. FLOREN TIÆ.

## XI.

### COMENTO DI CHRISTOPHORO LANDINO FIORENTINO SOPRA LA COMEDIA DI DANTE ALIGHIERI POETA FIORENTINO.

*Ad calcem:*

Fine del comento di chriſtophoro landino fiorentino ſopra la comedia di danthe poeta excellentiſſimo. et impreſſo in firenze per nicholo di lorenzo della magna a di XXX. dagoſto.M.CCCC.LXXXI.

(*in fol. magno.*)

Ingens hoc volumen duodecim Prolegomenorum praefert folia, in quibus haec continentur: I. *Proemio di Criſt. Landino* ad illuſtriſſ. concives ſuos, in quo de Virgilii Aeneide a ſe Latine interpretata mentionem facit, & de auctoribus, qui ante ſe hunc ipſum Italum Poetam commentati ſunt: *Comentarono il noſtro Poeta* (inquit) *due ſuoi figliuoli Franceſco & Pietro. Comentollo Benvenuto Imoleſe, & queſti in Latino: Comentollo Iacopo Bologneſe nella ſua patria lingua. Comentollo Riccardo teologo frate Carmelitano. Comentollo Andrea Credo Napolitano e Guiniforte juriſconſulto Bergamaſco. Principiò di comentarlo Ioanni noſtro Boccaccio, ma non produxe l' opera più avanti che a mezzo la prima cantica. E quali tutti comendo, perchè molte coſe hanno detto degne di lor dottrina e non inutili all' auditore. Comentollo finalmente Franceſco Buti in lingua Piſana.*

II. Prolixa Apologia, *nella quale ſi difende Dante & Florentia da falſi calunniatori.*

III. *Vita e coſtumi del Poeta.*

IV. *Che coſa ſia poeſia & poeta & della origine ſua divina & antichiſſima.*

V. *Marſilii Ficini Florentini* Epiſtola Latine & Italice in operis laudem.

VI.

*ges, monnoyes, poids & meſures de divers pays imprimé ſous le nom de François de Dino en l'an 1481. eſt pris mot pour mot de la Tariffe des changes, monnoyes, poids & meſures de frere Lucas Cordelier, inſerée dans ſa grande arithmétique, & oeuvres, mathématiques, par luy miſes en lumieres, en l'an 1464. (1494.)* Sufficit.

FLORENTIÆ. VI. *Sito, forma & misura dellonferno & statura de giganti & de lucifero.*

Character horum Prolegomenorum idem est ac character Commentariorum Landini, qui minor est charactere textus Poetae: uterque Romanus est, nec invenustus. Volumen signaturis instructum est; numeris autem, custodibus, & registro caret. Tria priora Prolegomenorum folia signantur notis Romanis. i.. ii.. iii., in reliquis novem nullum signaturae vestigium apparet. In signaturis autem ipsius operis, praeter errores quosdam, variae anomaliae occurrunt. In tres series eae distribuuntur: quarum prima incipit ab *a* ii, & desinit in *s* iii. & minusculis literis expressa est. Secunda literis itidem minusculis, sed geminatis expressa incipit ab *aa* iii. (priora duo folia minime signantur) & terminantur in *oo* iii. Tertia denique majusculis literis (duabus prioribus exceptis) constans incipit ab *A* iii. & terminatur in *L vi.* Foliorum fasciculi maximam partem quinterni sunt.

Primum folium primi fasciculi, qui quinternus est, omnino vacat. Secundum, a quo incipit primum Inferni canticum, signatura caret. Tertium signatur *a* ii. quartum *a* iii. quintum *a* iiii. Ultimus totius voluminis scapus, & ipse quinternus est; signatur tamen ab *L* usque ad *L vi.* Folia totius voluminis bis diligenter numerata inventa sunt 368.; quod satis concordat cum numeris, quibus ab antiquo possessore signata fuere folia unius ex duobus exemplis Biblioth. Casanatensis; quorum ultimum, in quo habetur subscriptio, notatum est 367. In hoc exemplo duo memoratu non indigna occurrunt: I. Figurae in ipsis voluminis chartis impressae, & non agglutinatae, tres sunt, licet secunda & tertia eaedem sint. II. Prima figura haud posita fuit in calce primae paginae, a qua incipit primum canticum, sed longe post, hoc est, in calce pag. 15. ejusdem primi cantici, contra ac in aliis exemplis a me visis factum fuisse observavi, in quibus hanc primam figuram primae paginae calcem semper occupare observavi. Secunda vero figura posita fuit congruo loco, sive in fronte secundi cantici in spatio vacuo, ea de causa a typographo relicto. Haec eadem secunda figura in hoc exemplo repetita fuit & in fronte tertii cantici.

Nonnulla exstant exemplaria, in quibus praeter duas priores figuras in ipsis voluminis chartis impressas, (quas nulli exemplari deesse unquam observavi) sexdecim vel septemdecim aliae figurae ejusdem rationis ac priores duae, in fronte sequentium canticorum Inferni, in quibus congruum spatium vacuum (1) pro iis capiendis relictum fuit, (quod & factum fuit in fronte non modo aliorum canticorum Inferni, sed & Purgatorii, & Paradisi) agglutinatae, non autem in ipsis operis foliis impressae cernuntur. Primum ex his vidi Romae in Bibliotheca Vaticana, duo Florentiae, alterum in Maliabecchiana, alterum apud cl. virum doctorem de Marchis, quartum Romae in bibliopolio Mich. Ang. Barbiellini: quod exemplum superioribus annis a Laerio comparatum fuisse pro Bibliotheca Brienniana audivi. Hae figurae aeri incisae sunt, & peritiorum judicio satis eleganter delineatae. Non est nostri instituti de iis sermonem habere: videri tamen possunt quae de iisdem disseruerunt Bottarius *nelle Lettere Pittoriche*, & Heineckenius in opere inscripto: *Idée générale d'une collection complete d'Estampes*. Alibi monuimus figuras quae ornant Montem S. Ant. Bettini, & ipsas aeri incisas totum quadriennium figuras Dantis praecessisse.

XII.

(1) Haec spatia vacua figuris continendis destinata frequenter occurrunt in paginis praecedentibus, in quibus desinit Canticum praecedens; & non raro multo majora sunt quam sint ipsae figurae. Ante Canticum XXIIII. Purgatorii (& fortasse alibi) deest ejusmodi spatium. Exstabat olim hujus editionis exemplum ab initio ad finem ab excellentissimo Pictore Michaele Angelo Bonarotio mirifice delineatum nec minus eleganter illuminatum; quod dum mari Romam ad veheretur naufragio periisse, narravit mihi olim cl. Praesul Bottarius.

XII.

FLORENTIAE.

„ Poemetto di LVCA PVLCI sopra la vaghissima Giostra fatta
„ rapprefentare nell'anno 1468. da Lorenzo de Medici, impresso
„ in Firenze coll'Epistole del medesimo nel 1481.

Quadrius, tom. VI. pag. 148. ubi notat ejusmodi editionem per errorem inscriptam fuisse nomine Ludovici Pulcii. Epistolae autem, quas cl. Auctor cum hoc Poematio impressas fuisse memorat, aliae esse non videntur, quam supra relatae, num. V.

O

„ Soliloquji di SANCTO AVGVSTINO volgari. (*in fine*): Finiti
„ e soliloquii di sancto Augustino: et idieci gradi per li quali
„ l'huomo che gli ha viene a vera perfectione. Deo gratias. Amen.
„ Impressi in Firenze adi X. di Novembre MLXXXI. *in* 4°.

Quemadmodum typographus Florentinus in nota anni hujus editionis centenarios omisit (quae tamen omissio cuique lectori palam fit); ita & typographus Venetus Bibliothecae veterum Auctorum Italice versorum cl. Paitoni, multo culpabiliori indiligentia decadem unam omisit (tom. I. pag. 29.); quo factum est ut chimaerca editio Itala Soliloquiorum S. Augustini anni 1481. in historiam bibliographico-typographicam invecta fuerit, a Denisio ipso adprobata, (relata certe) pag. 127., & a Ferd. Giandonati, pag. 120. & fortasse ab aliis. Vid. ad annum 1491.

MCCCCLXXXII.

I.

AD ILLVSTREM MAGNANIMVMQVE OCTA
VIANVM VBALDINVM MERCATELLI PRIN
CIPEM FRANCISCI VENTVRINI IN RVDIMEN
TA GRAMMATICES PRAEFATIO.

*Ad calcem vol.*

Impressum est hoc opus rudimentorum grammatices Florentiae
per me Antonium bartholomei mischomini Anno salutis
M.CCCCLXXXII.idibus mais(*sic*). hora. decimaoctava.
(*in fol. par.*)

Pulchra editio, eleganti charactere Romano, sine numeris, & reclamantibus, sed cum signaturis & registro, in quo quatuor supra viginti foliorum fasciculi descripti sunt, praefixa unicuique propria signatura, omissa, ut in aliis variis editionibus Florentinis, antea memoratis, signatura K. Ex his fasciculis duo tantum prope finem terni sunt; caeteri omnes quaterni. Hoc registrum occupat adversam faciem primi folii, recta vacante. Prima sequentis folii exhibet Epist. dedic. Auctoris ad Octavianum Ubaldinum; secunda vacat. Folio tertio incipit opus ipsum, & cum ipso incipiunt signaturae, quarum postrema est ɔ. Exstat in Casanat. & Corsiniana.

FLOREN
TIÆ.

## II.

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI IN . Q. HORATII FLACCI LIBROS OMNES AD ILLVSTRISSIMVM GVIDO NEM FELTRIVM MAGNI FEDERICI DVCIS FILIVM INTERPRETATIONES INCIPIVNT FELICITER.

*In calce :*

Impressum per Antonium miscominum flo
rentiæ Anno salutis. M. CCCCXXXII.
Nonis augusti.

*( in fol. par. )*

Altera haec Miscominiana editio, cum argumenti nobilitate, tum minoris characteris, quo excusa sunt Landini Commentaria, pulchritudine & nitore, superiori longe praestat. Signaturis, custodibus, & registro caret; horumque omnium loco numeris Romanis ad calcem paginarum disparium, eo loci ubi signaturae poni consueverunt, instructa est; eorumque postremus est CCLXIIII. post quem numerum tamen alia duo sequuntur folia, numeris carentia; quorum primum rectum operis finem cum adducta subscriptione exhibet; idem versum, *emendanda in codice Horatii*; alterum rectum *emendanda in commentariis Landini*; versum vacat.

Principio autem voluminis habentur: I. *Ad Horatium Flaccum ode dicolos tetrastrophos Angeli Politiani*; quae totum folium versum occupat, recto vacante. II. Prooemium Landini *ad Guidonem Feltrium magni Federici filium*, quod totum secundum folium cum semipagina tertii occupat. Hoc eodem tertio folio verso incipit (III.) *Tabula vocabulorum, quae in Landini Commentariis suo ordine interpretata invenies, modo inditia numerorum sequaris*; quae tabula septem integras occupat paginas. Folio VII. voluminis (quod est operis primum) incipiunt Interpretationes Landini, quarum duo priora folia signantur numeris I. II. in fronte, caeteris omnibus usque ad CCLXIIII. ad paginarum calcem, uti dictum est, signatis. Character textus idem est ac praecedentis operis; Commentariorum Landini, qui textum ambiunt, minor est character textus (uti esse consueverunt characteres commentariorum), eodem tamen (ut mihi videtur) pulchrior & elegantior. Ext. in Casan. in Corsin. apud E. B. C. Val. Gonzag. & C. Devoti.

## III.

MARSILII FICINI FLORENTINI PROHEMIVM IN PLA TONICAM THEOLOGIAM DE ANIMORVM IM MORTALITATE AD LAVRENTIVM MEDI CEM VIRVM MAGNANIMVM.

*Ad operis calcem :*

Impressum Florentię Per Antonium Miscominum
Anno Salutis. M. CCCCLXXXII.
VII. Idus Novembris.

*( in fol. par. )*

Ha-

Hujus editionis character idem est ac character Grammaticae Venturini, & Horatii textus, de quibus in praecedd. duobus numeris diximus. Ea est cum solis signaturis incipientibus a primo operis folio, & desinentibus in o o. v., & registro in fine, in quo 38. foliorum fasciculi descripti sunt, praeposita unicuique debita signatura (inter quas occurit signatura *K*); & ex his foliorum fasciculis, solus primus & ultimus quinterni sunt, reliqui, quaterni omnes, & quidem completi. Quae operi praemittuntur, foliis decem continentur, & sunt: I. *Capitula librorum theologiae de immortalitate animorum* Marf. Ficini; *divisa in libros XVIII.* II. *quaedam addita, & quaedam emendata*; quae cum capitulis librorum, octo occupant folia. Folium IX. omnino vacat; decimum sistit: *Marsilii Ficini Florentini Prooemium in Platonicam theologiam . . . . . ad Laurentium Medicem virum magnanimum*: post quod incipit opus ipsum; & cum ipso incipiunt signaturae. FLORENTIAE.

Egregia hujus edit. descriptio, in qua nihil desiderari posse videtur, legitur *nelle Nuove Memorie per servire all' Istoria Letteraria*, tom. II. Venez. 1759. pag. 404. seq., quam cl. ejus auctor Jac. M. Paitonus auspicatur his verbis: *Questa si che per tutti i versi è una delle più magnifiche edizioni, che abbiamo, del Secolo XV. salvo, che il foglio non è molto grande*, &c. Unum solummodo illudque perexigui momenti in ea mihi occurrit, (quod alienum a veritate puto) penultimum nempe voluminis folium esse 315., cum ex numero, & qualitate scaporum ejusdem, evidenter appareat penultimum folium esse 317., & ultimum, quod registrum continet, 318. Exst. in Corsin. in Casanat. apud Can. Devoti &c.

## IV.

„ ANGELI POLITIANI Silva cui titulus MANTO, in Bucolicor. Virgilii enarratione pronuntiata. Florentiae per Anton. Miscominum MCCCCLXXXII. *in 4°.*

Hujus edit. exemplum neque cl. P. Amoretti, neque mihi hactenus videre licuit. Ex praefat. tamen Politiani ad Laur. Petri Francisci F. Medicem, opusculo praeposita, quae eadem repetita fuit in edit. anni 1491. non obscure apparet ipsum primo impressum fuisse hoc anno 1482. *Cogis* (inquit Politianus) *tu quidem me Laurenti carmen edere inconditum, inemendatum - - - - - - - - - - - - - - Prorogare tu nostrae Mantus (ita enim inscribimus) non tam vitam cupis, quam dedecus - - - - - - - quare habe tibi quidquid hoc libelli - - - - - Vale Florentię quarto Nonas Novembres. M. CCCCLXXXII.* Haec eadem Epistola cum ejusdem temporis nota legitur in edit. anni 1491. cui Miscominus hanc apposuit subscriptionem: *Impressit iterum Florentia Antonius Miscominus* M. CCCCLXXXXI. VII. *Kal. Martias.* Idem quoque utcunque conjicere licet ex Maettarii verbis pag. 438. *Angeli Politiani opera & alia quaedam lectu digna Florentiae* 1482. Quae opera Politiani hoc anno edita, forsan hac una Silva continentur.

## V.

„ ANGELI POLITIANI opera, & alia quaedam lectu digna. „ Florentiae 1482.

Haec Maettarius pag. 438. ex Catal. Jani Rutgers., pag. 66. Frustra cum in MSS. tum in impressis catalogis, aliud Politiani opus praeter Silvam MANTO (probabiliter saltem) Florentiae hoc anno impressum fuisse, detegere conatus sum.

FLORENTIAE.

## VI.

VITE MATRIMONIALIS REGVLA
Brevis Eiusdem ad Iacobum de Borgianis Fe
liciter incipit.
*Ad calcem ultimi folii versi:*
FINIS Gratias Deo et Marie Semper Vir
gini Impresso(*sic*)Florentie per me Nicholaum
Alamanum Die XXII. Octobris
M. CCCC. LXXXII.
(*in* 4°.)

Adductus titulus satis clare ostendit editionis exemplum, ex quo exscriptus est, mancum esse, & ex duobus opusculis a Cherubino de Sassolinis ad Jac. de Borgianis scriptis, alterum tantum in eo contineri: quod & manifestius ostendunt ejusdem signaturae, de quibus mox.

Editio est charactere rotundo sine numeris, custodibus, & registro, sed cum nova quadam signaturarum specie (si tamen signaturae appellari possunt) a me nunquam alias observata. Positae eae sunt in sinistro inferiori angulo paginarum parium eo loci ubi reclamantes poni consueverunt, duabus sibi proxime succedentibus alphabeti literis, in duobus prioribus cujuslibet quaternionis foliis inscriptis, reliquis aliis sex foliis, sine ulla nota dimissis. Ex. gr., primum folium primi quaternionis hujus exempli, pagina secunda eo, quo diximus loco, signatur: *m*: secundum folium pagina similiter secunda, eodemque loco signatur: *n*: sequentia sex folia omni signatura carent. Idem factum est in sequentibus quatuor aliis quaternionibus, quorum signaturae sunt: *o*: *p*: —: *q*: *r*: —: *s*: *t*: —: *v*: —: *x*: Ex quo apparet folia hujus opusculi esse num. XXXX. Hinc autem pronum est conjicere pari quaternionum, foliorumque numero constare priorem partem eorumque signaturas esse, *a. b*, *c. d*, *e. f*, *g. h.*, *i. l.* Inscribitur haec prima pars uti ex aliis editionibus constat: *Fratris* CHERVBINI *minorum ordinis ad Jacobum de Borgianis spiritualis vitae compendiosa regula*. Exstat in Corsiniana, ubi scrupolose eam expendit diligentissimus P. Amoretti.

## O

„ Plotini opera. Florentiae 1482.

Editio spuria. Vid. Maett. pag. 437. & in hoc Specim. ad an. 1492.

## VII.

„ BARTHOLOMAEI de S. Concordio O. PP. Summa casuum
„ Conscientiae Magistrutia & Pisanella appellata. Florentiae apud
„ S. Jac. de Ripolis 1482.

## VIII.

„ Libro di NOVELLE, e di ben parlare gentile, contenente
„ cento novelle antiche. *iisdem typis & anno*.

IX.

FLOREN-TIÆ.

IX.

„ Le bellezze di FIRENZE, opera attribuita a Antonio Pucci,
„ e l'Vfficio de' morti. *iisdem typis & anno*.

X.

„ Regole grammaticali di GIO. BAT. GVERINO; e molte ora-
„ zioni e Brevi pontificii. *iisdem typis & anno*.

De quatuor postremis hisce editionibus conferatur Fineschius, pagg. 39., & 45.

MCCCCLXXXIII.

I.

„ PLATONIS opera *Latine ex versione* Marsilii Ficini, *& cum*
„ *ejusdem in eorum aliqua argumentis*, &c. *Ad calcem Commentarii ipsi-*
„ *us* Ficini in Convivium de Amore:

FINIS.

Impressum Florentie per Laurentiũ
. Venetum.

*Ad calcem* Epistolarum Platonis:

Epistolaℽ Platonis Finis.

Impressum Florentie per Laurentiũ Venetũ

*Apud S. Jacobum de Ripolis* 1483.

Editionem peractam fuisse apud S. Jac. de Ripolis, & quidem ipso anno 1483. demonstrat instrumentum conventionis inter Fr. Dominicum de Pistorio, loci procuratorem & Laurent. Francisci Venetum, typogr., ex parte una, Franc. Berlingerium & Phil. Valorem, Mars. Ficini discipulos, magistri sui gloriae studiosissimos ex parte altera, scriptum 25. Jan. 1483., quod affert Fineschius pag. 44. & seqq.

Octo praemittuntur folia, in quibus continentur: I. Prooemium Marf. Ficini ad Laurentium Medicem. II. Platonis Vita. III. *Tabula librorum Platonis a Marsilio Ficino Florentino traductorum. Item insunt partim argumenta, partim autem commentaria per eumdem Marsilium composita. Platonis vita per Marsilium Ficinum composita. Hipparchus de Lucri cupiditate. De Philosophia liber. Theages de sapientia. Mennon de virtute. Alcibiades uterque. Minos de lege. Eutiphron de Sanctitate. Parmenides de uno rerum omnium principio. Philebus de summo hominis bono. Hippias major de pulchro. Lysis de amicitia. Theethetus de scientia. Ion de furore poetico. Sophista de ente. Civilis de regno. Prothagoras contra sophistas. Eutidemus sive litigiosus. Hippias minor de mendacio. Carmides de temperantia. Laches de fortitudine. Clitophon exhortatorius. Cratylus de recta nominum ratione. Gorgias de rhetorica. Commentum Marsilii Ficini in Convivium Platonis. Convivium Platonis de amore. Phaedrus de pulchro. Apologia Socratis. Crito de eo quod agendum. Phaedon de anima. Menexenus funebris oratio. Libri decem de republica. Timaeus de generatione mundi. Critias de athico & atlantico bello. Libri tredecim de legibus. Epistolae Platonis duodecim. Primi decem libri ad Cosmum Medicem. Ex reliquis autem, novem quidem ad Petrum Medicem:*

*Se-*

FLORENTIAE. *Septem vero atque triginta, imo vero tuncti ad Laurentium Medicem.* Quibus verbis terminatur tabula; cui subjicitur:

*Ad lectorem*

*Ne forte putes amice lector tantum opus editum temere, scito cum jam composuissem antequam ederem, me censores huic operi plures adhibuisse, Demetrium Atheniensem - - - - - - - Georgium Antonium Vespuccium, Joh. Bapt. Boninsegnium Florentinos, viros Latinae linguae Graeceque peritissimos, usum praeterea acerrimo Ang. Politiani doctiss. viri judicio, usum quoque consilio Christ. Landini & Barthol. Scalae virorum clarissim.*

Octo haec priora folia minime signata sunt; & ex ipsis primum rectum, & octavum omnino, vacant. Triplici signaturarum serie notatum est opus, quarum tertia geminatis literis expressa pertingit usque ad *ee iiii.* (1) Desunt numeri, custodes, ac registrum; character Gothicus non invenustus, pagina bipartita. Exstat in Casanat. in Corsin. & apud Can. Devoti.

Laerius tom. II. sui Indicis pag. 168. memorat edit. Venetam opp. Platonis anni 1491. ex vers. M. Ficini, subjecta hac annotatione: *Editio princeps. Vid. Bibliograph. Instructiv.* num. 1260. (2)

II.

„ Il libro delle SORTI ad instanza di Pietro Cerretano; il Com-
„ puto della LUNA; le Sale de MALAGIGI a richiesta di Bernar-
„ dino Ciurmatore = IL FIOR DI VIRTU'; operetta morale det-
„ ta il Cherubino; i Miracoli di nostra DONNA; Regole Sipon-
„ tine di NICCOLO' Perotto; il SAVIO Romano; il CAN CER-
„ BERO; mille immagini di S. MARGHERITA colle sue orazioni;
„ Immagini della MADONNA del Rosario.

*Opuscula omnia impressa apud S. Jacobum de Ripolis anno 1483.* Vide Fineschium pagg. 42. & 52.

III.

(1) Summa foliorum voluminis accurata numeratione inventa est 594.; ab initio nimirum usque ad primam subscriptionem: *Impressum Florentie per Laurentium Venetum*, 238. A sequenti vero folio usque ad alteram subscriptionem, in qua terminatur volumen, 306., ideoque in duos tomos, sive partes aptissime compingi ea possent, quemadmodum erat exemplum Biblioth. Pinellianae, & est exempl. Can. Devoti. Casanatense autem in unum tantum compactum est; fortasse quia folium, quod sequitur primam subscriptionem, signatum est *d. iii.*, & sequens *d iiii.*, quamvis erronee: duo enim haec folia sunt duo extrema ternionis *d.* ad quem pertinent. Ejusmodi inconveniens cavetur, si pro primo scapo secundi voluminis statuatur primus scapus secundae signaturae, quae a prima non distinguitur, nisi quia primae literae & numeri hujus punctis hinc inde notati sunt, quibus carent literae & numeri secundae. Et hoc modo fortasse compacta sunt exempla laudata.

(2) In Bibliographia Instruct. Deburii, *Jurisprudence &c.* n. 1260. memoratur tum Veneta editio opp. omnium Platonis ex versione Mars. Ficini anni 1491., tum Florentina sine anni nota: neutri tamen principatus adscribitur, & problema de alterutrius majori antiquitate indecisum relinquitur. Si autem editio Veneta recognita fuit per Marcum Musurum, Florentina antequam in lucem prodiret, quinque virorum Graecae & Latinae linguae peritissimorum censurae subjecta fuit, quorum primus fuit Demetrius Chalcondylas Atheniensis, quem nihilo minus in utraque lingua excelluisse quam Marcum Musurum existimo.

In Catalogo Bibl. Pinell. tom. I. pag. 292. refertur utraque haec editio satis accurate, nihilque de majori alterutrius antiquitate pronuntiatur: Florentina tamen Venetae praemittitur. Ex dictis autem manifestum est Florentinam octo annos Venetam praecessisse.

Maettarius tom. I. pag. 746. in nota ad hanc Florentinam edit. subjecta haec habet: *Hic* (Laurentius Venetus) *(ut opinor) idem est, qui Laurentius Francisci de Alopa Venetus* dictus fuit, & imprimebat anno 1493. Verum fortasse dicit annalista; sed Laurentius operum Platonis impressor certe ante annum 1493. Florentiae imprimebat. Vid. ad ann. 1487.

III.

„ FORMVLARIVM diversorum Contractuum, secundum stylum „ & modum Florentinum. Florentiae 1483. *in fol.*

Ex Catalogo Biblioth. Abb. Nic. de Rossi pag. 52. Editionem tractavit cl. P. Amoretti in Corsiniana, qui tamen eam esse comperit in 4°.

MCCCCXLXXXIV.

O

„ Bucolica di Virgilio tradotta da BERN. PVLCI. Firenze 1484.

Assentior cl. Paitono, qui ejusmodi editionem ex errore Scriptorum vel typographorum natam esse existimat. Vid. ad ann. 1494.

MCCCCLXXXV.

I.

GILIBERTI SERMONVM SVPER CANTICA CANTICORVM LIBER INCIPIT FELICITER

*In calce:*

Expliciunt sermones Giliberti super cantica canticoꝝ salomonis p nicolaũ Florẽtie. Anno domini. Mcccclxxxv. sextodecimo chalendas maias.

(*in fol. par.*)

Editio est charactere Romano pulchro, sine numeris, custodibus, & registro, sed cum duplici signaturarum serie, utraque ex 10. tantum prioribus alphabeti literis constante, illa minusculis, hac majusculis. Qua signaturarum duplicatione videtur typographus distinguere voluisse volumen in partes duas, adsignatis unicuique sermonibus XXIII., etsi numeri sermonibus praefixi continuata serie progrediantur ab I. usque ad XLVI. Exemplum Casanatense, quod unum mihi ad manus est, constat ex 158. tantum foliis (1) utraque parte impressis, in quibus nulla cujusquam editoris praefatio, registrum nullum occurrit, etsi scaporum ratio, ex quibus constat, 160. demonstrare videatur. Sunt enim numero viginti quaterni omnes, praeter primum, qui quinternus est, & penultimum, qui ternus; adeoque totius voluminis folia 160. Fortasse tamen primum & ultimum alba sunt.

II.

LEONIS BAPTISTE ALBERTI DE RE AEDIFICATORIA INCIPIT LEGE FELICITER.

Ad

(1) Pari foliorum numero constat exemplum Corsin. a P. Amoretti evolutum.

FLORENTIAE.

*Ad operis calcem:*

LEONIS BAPTISTAE
ALBERTI FLOREN
TINI VIRI CLA
rissimi de re
Aedificatoria opus elegãtissi
mũ et quãmaxime utile: Flo
rentiæ accuratissime impres
sum opera Magistri Nicolai
Laurenti Alamani: Anno sa
lutis Millesimo octuagesimo
quinto: quarto Kalendas Ianuarias.
(*in. fol. par.*)

Character idem est ac praeced. editionis, pagina integra ut in illa. Insunt signaturae, & in fine (seu ultimo folio verso) registrum, quod exhibet 24 quaternos, & duos ternos, adscripta ad latus uniuscujusque debita alphabeti litera. Desunt autem numeri & custodes. In anteriori facie hujus ultimi folii legitur carmen cujusdam *Baptistae Siculi in Auctoris persona ad Lectorem*, in quo operis praestantia exponitur. Primo autem verso (rectum vacat) habetur Epistola Angeli Politiani ad Laurentium Medicem, in qua Bernardum Auctoris fratrem librum ei praesentare significat, quod ipse auctor morte praeventus per se praestare non potuit. Egregias deinde Auctoris laudes eleganter persequitur Politianus: *Auctoris autem laudes* (inquit) *non solum epistolae angustias, sed nostrae omnino orationis paupertatem reformidant. Nulla quippe hunc hominem latuerunt quamlibet remota littera, quamlibet recondita disciplina. Dubitare possis, utrum ad oratoriam magis quam ad poeticen factus: utrum gravior illi sermo fuerit an urbanior.* &c. Exstat in Casanat. in Corsin. apud Can. Devoti, &c.

## III.

PROHEMIO DI PHILIPPO DI BARTHOLOMEO COR
SINI CITTADINO FIORENTINO SOPRA DE SER
MONI DI BEATO LEONE PAPA DI LINGVA LA
TINA IN TOSCANA DALLVI TRADOCTI.

*In fine:*

Impresso in Firenze adi XXI. di maggio. MCCCC. LXXXV.

Editio valde nitida, optimo charactere Romano, (quem Laerius Miscomino tribuit) pagina integra sine signaturis, custodibus, & registro, sed cum numeris in calce paginarum imparium eo loci, ubi signaturae poni consueverunt, quorum postremus est CLXVIII., post quem tamen duo alia sequuntur folia, quorum primum rectum operis finem, cum adducta subscriptione continet, idem versum vacat. Omnium postremum omnino est album. Operi quatuor praeeunt folia minime numerata, in quibus continentur: I. *Prohoemio di Bartholomeo Corsini*, &c. ut in titulo recitato. II. *Epistola di Giovanni Andrea Vescovo Aleriense a Paulo II. sommo Pontefice in commendazione di S. Leone Papa*, ab ipso Aleriensi praeposita

sita editioni Latinae Sermonum S. Pontificis ab se curatae, Romae anno 1470. III. Allocutio Marsilii Ficini ad LL. cum hoc lemmate: *Marsilio Ficino Fiorentino Platonico leggendo questo libro si volse alli altri lettori con queste parole: L'Agnello di Dio*, &c. IV. *Le Rubriche di tutta l'opera per ordine*. Exstat in Casanat. in Corsiniana, &c. FLORENTIAE.

## IV.

ANGELI POLITIANI / Sylva : cui titulus Ambra / in poetæ Homeri enarratione / pronuntiata. Florentiæ. Pridie Nonas Novembres. M. CCCCLXXXV. *in* 4°.

*Pridio Non. Novembr.* 1485. signata est Epistola Politiani ad Laur. Tornabonum, opusculo praeposita; haecque eadem nota legitur in posterioribus editionibus: quod tamen non officit quin haec editio (quae certe Florentina est) etsi loci typographi & impressionis anni notae in ipsa desint, eodem anno, quo data est Politiani epistola, facta fuisse existimetur. Constat ex foliis 14. sine signaturis, numeris, & custodibus. Character Romanus est, & pertinere videtur ad Bonaccursium. Exstat in Corsiniana, & Casanatensi.

## V.

COMENTO DI IACOPO DI<br>
MESSER POGGIO SO<br>
PRA EL TRIOM<br>
PHO DELLA FA<br>
MA DI MESSER<br>
FRANCESCHO PETRAR<br>
CHA A LORENZO DI PIE<br>
RO DI COSIMO DE MEDICI

*In fine:*

Impresso in Firenze per ser Francesco Bonaccorsi<br>
A petitione di Alexãdro di Francesco Varrochi<br>
Cittadino Fiorentino.<br>
Nel anno. MCCCCLXXXV. adi. xxiiii. di gen<br>
naio.

FINIS.

(*in* 4°.)

Praecedit Auctoris Epistola ad Laurentium Petri Cosmi de Medicis, subjecto carmine Italo versuum 24. (1) sub quo legitur literis majusculis allatus titulus, infra quem occurrunt tres primae ipsius commentarii lineae. Editio est charactere Romano, integra pagina cum signaturis tantum, quarum postrema est q III., & registro, in quo 16. foliorum fasciculi descripti sunt, quaterni omnes, praeter ultimum, qui ternus est; adeoque folia num. 126., ex quibus primum & ultimum alba. Numeri & custodes desunt. Exstat in Casanat. Corsiniana, &c.



(1) Fortasse hoc carmen ex ipso Petrarcha desumptum est.

FLOREN-
TIÆ.

## VI.

„ LAVDE facte et composte da più persone spirituali a honore „ dello omnipotente Idio et della sancta Maria et di molti altri „ sancti et sancte raccolte, & insieme ridotte da Iacopo di mae- „ stro Luigi de Morsi Cittad. Fiorentino. Impresso nella citta di „ Firenze per ser Francesco Bonaccorsi a petitione di Iacopo di „ maestro Luigi de Morsi nel anno M. CCCCLXXXV. adi primo „ di Marzo. *in* 4°.

Exstat in Bibliotheca Corsiniana, & uti puto, in Vaticana, cui legata fuit Biblioth. Capponiana, in qua exstabat rara ejusmodi editio, uti liquet ex ejus Biblioth. Catal. pag. 221. seq. ubi accuratissima legitur ejusdem descriptio, in qua recensentur auctores, quorum laudes in ea continentur, aliaque quaedam ad historiam bibliographicam pertinentia annotantur.

## VII.

„ IO. de IANDVNO sive Gandauo Quæstiones in Aristot. libros „ Physic. Florentiae 1485.

Maettarius ex Biblioth. Gesner., pag. 468.

## VIII.

PACIFICI Maximi poetę Asculani ad Magni
ficum Iacobum Salviatum de cōponendo he
xametro & pentametro libellus incipit.
*In fine:*
Impressum Florentiæ Anno gratiæ. MCCCC
LXXXV. pridie idus Iulias.
(*in* 4°.)

Constat hoc opusculum ex 8. circiter foliis, quorum primum rectum cum duabus lineis versi exhibet Epist. Auctoris ad Jac. Salviatum. Signatur ab *a* i. usque *a* iiii. Quatuor figuris ipsum illustrat Maximus, ex quibus duae constant ex aliquot circulis concentricis, inter quos varii numeri Romani inscripti sunt; aliae duae manum humanam digitis extensis repraesentant, in quorum articulis numeri Arabici scripti sunt, & per subjecta disticha, quis sit uniuscujusque usus ostenditur. Primo huic opusculo subnectuntur alia duo longe minora, cum propriis figuris, quorum primum inscribitur *Kalendarum Rota*; altero ludus quidam docetur, quae opuscula simul occupant minus quam folia duo; et ad calcem secundi posita est allata subscriptio. Character Romanus est, & elegans, mihi non satis exploratus. Exstat in Casanat.

MCCCCLXXXVI.

FLOREN-
TIAE.

MCCCCLXXXVI.

I.

Martyrologium VSVARDI.

*In calce*:

HOC OPVS DILIGENTIA DOMINI Georgiiantonii uespucciicathedralis ecclesiæ florentinæ præpositi emendatū correctūqȝ Impressum est Florentię per presbyterum Franciscum de bonaccursiis Anno ab incarnatiōe dnī, M. CCCC. LXXXVI. Octauo idus nouembris.

(*in* 4°.)

Sex priora folia calendarium continent. Sequuntur alia duo, quibus praepositus est hic titulus: *Incipit ordo Martylogii* (sic); & post longam annotationem rubro charactere impressam, afferuntur quatuor Epistolae: I. Cromatii & Heliodori ad S. Hieronymum. II. S. Hieronymi responsio. III. *Praefatio, quae in pluribus libris ascribitur Bedae super opere Martyrologii*. IV. *Epistola seu Praefatio Vsuardi Monachi ad Karolum regem super opere Marrylogii* (sic). Incipit deinde Martyrologium ipsum; ad cujus calcem adjecta sunt Capitula, quae dicuntur per totum annum, quae XI. occupant paginas. Totum opus impressum est charactere Romano: Kalendarii & Epistolarum minor est; Martyrologii & Capitulorum major. Editio est cum signaturis tantum, folia 152. Exstat in Angelica.

II.

I Morali di S. GREGORIO Papa Volgarizzati.

*Ad calcem*:

Fine del libro trigesimo quinto: et ultimo de morali di sancto Gregorio Papa et doctore della sancta chiesa sopra la vita di Iob propheta. Impresso nella dignissima cictá (*sic*) di Firenze per Nicholo di Lorenzo della Magna. Nellanno della nativita del Signore. M. CCCC. LXXXVI. Adi. XV. del mese di Giugno.

(*in fol.*).

Splendida & magnifica editio, optimo charactere Rom. duabus columnis cum signaturis & amplo registro in fine, sed sine numeris & custodibus.

Ad calcem primi voluminis exempli Casanatensis, quod prae manibus habeo, legitur:

FLORENTIAE.

Finito e illibro decimonono de morali di Sancto Gregorio Papa sopra Job. Equali libri et capitoli furono uulgarezati (*sic*) p messere Zanobi da Strata come decto e di sopra per insino alla rubrica et capitolo Decimo octavo tutto del decto decimo nono libro. A laude et gloria del sapiente et clemente iddio. Amen.

Capitulo autem XVIII. libri XIX. haec subjecta fuit annotatio:

Finito e il capitolo. XVIII. dellibro. XIX. de morali di discō gregorio papa sopra Job uulgarizati per Messer Zanobi da strata poeta eloquentissimo: Al quale sopravenēdo la morte non pote la decta opera piu innāzi seguitare. Seguitano il residuo de capitoli del decto decimo nono libro.
Prolago nella seconda parte delle morali sopradecte de sancto Gregorio
Della fonte della iustizia C. XIX.
&c.

In hoc prologo novus interpres narrat priores libros moralium S. Gregorii usque ad capit. XVIII. libri XIX. a Zanobio de Strata, *bene & sufficientemente* Italice versos fuisse: *poi morendo lasciò l' opera imperfetta. Onde acciocchè ella non rimanga così tronca, io per la grazia di Dio . . . . . . seguirò l' opera secondo che a esso Dio piacerà di donarmi la grazia*, &c. Novus autem hic interpres, qui egregiam versionem Zanobii usque ad finem prosequutus est, nullibi, quod sciam, se nominat; neque hactenus, quod mihi constet, de eo certo intellectum est. Cl. Paitonus loquens de studio a se adhibito pro eo detegendo, haec scribit: *Io mi lusingo di essere il primo, che se non ho colto nel segno, ho almeno tentato di cogliervi*. Suo autem tentamine invenit diligentissimus Bibliographus, in vita *B. Joannis de Tussiniano*, auctore quodam anonymo Jesuato, quae legitur in Actis SS. Bollandianis, tom V. Julii ad diem XXIV. pag. 794., haec de ejus Beati scriptis narrari: *Bernardi Sermones, Bibliae, ac Moralium S. Gregorii majorem partem in maternum sermonem ab eo esse traductos*. Haec tamen aegre Zanobii de Strata continuationi applicari posse videntur, quae nec numero librorum, neque mole dici potest *major pars moralium S. Gregorii*. Fortasse autem vitae Scriptor scripsit *magnam partem*, (quod verissimum est) & exscriptor positivum in comparativum convertit. Singulis libris qui sunt numero XXXV., suus praeponitur capitulorum elenchus, qui in primo libro aliquanto plus quam dimidiam primam columnam primi folii versi occupat, secunda columna & toto recto vacantibus. Registrum implet totum ultimum folium secundi voluminis, & LXXVII. foliorum fasciculos exhibet, praeposita unicuique propria signatura: quae signaturae in quatuor ordines distributae sunt; quorum primus minoribus sim-

simplicibusque literis constans pertinet ab *a* usque ad ɔ; secundus minoribus pariter, sed geminatis literis constans, pertinet ab *aa*. usque ad *vv*.; tertius, qui est literis majusculis, ab *A*. usque ad *Q*.; quartus, qui duabus literis expressus est, majuscula & minuscula, ab *Aa*. usque ad *Ss*. Ex 77. hisce foliorum fasciculis, 71. quaterni sunt, quatuor quinterni, unus sexternus, & unus, qui est omnium novissimus, ternus; adeoque summa foliorum totius operis, *626*. FLORENTIAE.

Ex hoc foliorum numero integrum opus, sive editionem constare debere, agnovit cl. Paitonus, utcumque ea demum distribuere libuerit. Commodior tamen ea esse videtur distributio, quae fit in duo volumina, adsignatis primo XIX. prioribus libris, secundo, reliquis XVI., sicuti est exemplum Casanatense, aliudque, cujus meminit Julius de Nigris in Scriptoribus Florentinis. Hac enim distributione in primis duo efformantur volumina mole non ita multum disparia. Secundo, primum volumen complectitur integras duas primas signaturas; totumque fere constat ex laboribus Zanobii de Strata; alterum vero alias duas signaturas, & continet totam fere versionem alterius auctoris, qui opus continuavit. Exstat haec editio in Biblioth. privata SS. D. N. PII PP. VI., in Casanat., in Corsiniana, & apud Can. Devoti.

Ultimum hoc exemplum, quod in tria volumina compactum est, praefert figuram ligno insculptam, libro ipsi coaevam, quae S. Pontificem pontificali habitu indutum, & in throno sedentem exhibet, dextera elata benedictionem largientem, & sinistra Ecclesiae Symbolum genu suppositum tenentem; & sub ipsa charactere Gothico, rubro, grandiori legitur:

Morali di S. Gregorio papa vulgari in lingua toschana.

Quae verba cum operis argumentum referant, sintque loco tituli, ostendunt figuram ad ejusdem complementum vel ornamentum factam fuisse. Ea tamen in exemplis, quae vulgo habentur, deest; & in hoc exemplo, primo primi quinternionis folio, quod, ut diximus, anteriore facie vacat, agglutinata est; neque ullo modo in amplo totius editionis registro indicatur.

## III.

NICOLAI PEROTTI Episcopi Sipontini Rudimenta Grammatices.

*In fine:*

Impressum quide est hoc opus Florentię ad pe
titione Iohannispetri de Bonominis de Cre
mona. XXVI. Die Augusti. 1486. (*sic*)

(*In* 4°.)

Cum signaturis tantum, optimo charact. Rom. & insigni typogr. ultimo fol. verso, folia 178. Exstat in Angelica.

O

„ DIOGENIS, BRVTI, YPPOCRATIS medici Epistolæ Latine,
„ interprete Francisco Aretino: Facta est harum Epistolarum im-
„ pressio per Antonium Francisci Venetum. X. Kalen. Julias. Flo-
„ rentiæ 1486. *in* 8°.

Refertur haec editio a Maettario, pag. 476. sub hoc anno, sed certe pertinet ad sequentem.

MCCCCLXXXVII.

FLOREN-
TIAE.

MCCCCLXXXVII.

I.

DIOGENIS Epiſtole
BRVTI
YPPOCRATIS medici
*In calce:*
FLORENTIAE
facta eſt harum epiſtola
rum impreſſio Per Antonium
Franciſci Venetum. Anno Domini
MCCCCCLXXXVII. X. Kalen. Iulias
(*in* 4°.)

II.

*Eaedem ex alia editione longe elegantiori; ad cujus penultimae paginae calcem legitur, ut in praecedenti:*

FLORENTIAE
facta eſt harum epiſtola
rum impreſſio Per Antonium
Franciſci Venetum. Anno domini
M.·CCCCLXXXVII. X. Kalen. Iulias.
(*in* 4°.)

Adeo obviae ſunt duarum harum editionum differentiae, ut nil neceſſe eſſe videatur de iiſdem verba facere. Commodo autem eorum, qui utramque vel alterutram comparare voluerint, potiores hic indicabimus. Utraque eſt Romano charactere Silvio: ſed prioris character craſſus & invenuſtus; alterius exilis, nitidus, & elegans. Illi praeponitur allatus titulus: *Diogenis*, &c., haec omni titulo caret. Illius ſignaturae ex literis majuſculis geminatis conſtant, & pertinent uſque ad GG 3.; hujus ex literis minuſculis ſimplicibus, pertinentibus uſque ad h ii. In illa numerus linearum paginarum longiorum eſt 30.; in hac, ſi bene obſervavi, non excedit 26.; hujus tamen paginae latiores ſunt paginis illius. Folia in utraque, 54.

Diogenis Epiſtolae ſunt ex verſione Franciſci Aretini; Bruti & Hippocratis ex verſione Renutii Tettali. In utraque editione Diogenis Epiſtolis praemittuntur Elegia & Prooemium Aretini ad Pium II.; Epiſtolis Bruti & Hippocratis Prooemia Renutii ad Nicolaum V.; & ejuſdem Epiſtola ad Card. A. S. Chryſog. Preſb. Card. in fronte Epiſt. Hippocratis. Utraque editio exſtat in Caſanat.

III.

„ Il Driadeo d'Amore compilato per LVIGI PVLCI. In Firenze
„ per Antonio di Franceſco Venetiano adi quattordici di Luglio,
„ 1487. *in* 4°.

Re-

Refertur haec editio in Catal. Biblioth. D. de la Valliere, tomo II. pag. 512. ubi & annotatur eam esse, *con note manoscritte di Jacopo Corbinelli*. Deest autem apud cl. Quadrium, & in utraque editione Bibl. N. Fr. Haymi, apud quos una tantum editio Florent. anni 1489. per Franc. di Dino laudatur, addita critica hac annotatiuncula: *L'Autore non fu Luigi, ma Luca Pulci*. Suspicarer eamdem esse editionem, si a tribus hisce Bibliographis eidem typographo adscriberetur: facile enim nota 7. exscriptorum indiligentia converti potuit in 9. vel vicissim. Vide ad annos 1481. & 1489. FLORENTIAE.

IV.

Epistola o uero lectera di messer Giouanni boccacci mandata a messer Pino de rossi cõfortatoria

*In fine*:

Impresso in Firenze p M. B. cl° florẽtino. 1487.

(*in* 4°.)

Editio est optimo charactere Romano cum signaturis tantum, quae pertinent usque ad *c* 2. Praecedentes duo scapi, sunt quaterni, ideoque folia, num. xx. Editio recensetur in utraque edit. Biblioth. Haymi, omisso tamen utrobique vocabulo *cl°*, quod ostendit typographum clericum Florentinum fuisse. Exstabat apud Abb. Nic. de Rossi.

V.

Inuectiua di Messer GIOVANNI BOCCACIO cõtra una maluagia dõna. Decto laberinto da more et altrimenti il Corbaccio.

*Ad calcem*:

Finito illibro decto illaberinto damore per messer Giouanni Boccacci poeta fiiorentino Impresso in Firenze per me maestro .B. di Francesco fiorentino 1487

„ E' in 4°. di bel carattere tondo, non ha registro, nè numeri, nè richiami; „ ha bensì le segnature da *a* sino ad *i*, e sono tutti quaderni a riserva di *i*, che „ è duerno „. Haec cl. P. Amoretti, qui editionem evolvit in Corsiniana. Editio non latuit Ferd. Giandonati, qui eam recenset in nova Edit. Bibl. N. Fr. Haymi pag. 358. Exstabat autem etiam in Biblioth. Pinelliana, & refertur in ejusd. Catal. tom. v. pag. 1.

VI.

ISTRUZIONE pel Sacerdote, intorno alla Confessione Sacramentale. *Firenze per Francesco Buonaccorsi* 1487. *in* 4°.

Ferd.

FLORENTIAE. Ferd. Giandonati in Biblioth. ante memorata, pag. 608. Ex Catal. Biblioth. Cappon. refertur a Denisio, pag. 230., quo forte ex fonte eam hausit & Giandonati.

## VII.

P. VIRGILII MARONIS Bucolica, Georgica et Aeneis cum Comment. M. Servii Honorati, et Christoph. Landini.

*In calce:*

Florentię impressum. XV. calen. aprilis. 1487.

(*in fol.*)

Adducta subscriptio, *Florentiae impressum, &c.* occurrit in calce *Moreti*, quod est ultimum Poemation in hac editione, cum caeteris, partim ejusdem Virgilii, partim aliorum nomine inscriptis, genuinis ejusdem operibus subjunctum; & est eodem parvo charactere, quo sunt Poematia ipsa, nec non Commentaria Servii & Landini. Eodem folio verso habetur *Tabula librorum, quae in hoc volumine continentur*; post quam sequitur folium aliud, quod continet mendas, quae inter imprimendum irrepserunt, quibus praeposita est haec inscriptio: *Quoniam correctorum impressorumque incuria quaedam in volumine exstant mendae, curavimus eas emendare, quae lectorem ambiguum reddere possent. Ac primum eas ponemus, quae textum corrumpunt*, quibus subjunguntur *mendae in Commentariis*. Character Virgiliani textus non modo Romanus est, sicuti est character Commentariorum, sed & eodem multo major, valdeque similis ei, qui a Bartholomaeo P. adhibitus fuit in editione Historiarum L. Aretini, Poggii, & Josephi Hebraei. Initio habetur longum Landini Prooemium ad Petrum Medicem, cui subjungitur index alphabeticus rerum praecipuarum, & vocum in tribus Virgilii operibus occurrentium, quem excipit Maronis Vita. Initio Aeneidos aliud habetur Landini Prooemium ad eumdem Petrum Medicem. Primum Prooemium his verbis claudit Landinus: *Sed nos jam P. Virgilii interpretationes ita prosequemur ut seorsim Servianae a nostris in codice describantur: cum vero ad Aeneidos volumen devenerimus, ea quoque quae Donati sunt in breviarium redacta atque per epithoma descripta suo nomine interserenda curabimus*. Prooemium, index, & Poetae vita simul occupant priora octo vol. folia, nisi quod octavum versum continet principium Commentariorum Servii in Bucolica. Folia, quae ad calcem Aeneidos sequuntur, xx. sunt. Priora octo vol. folia signata sunt num. Romanis, I. II. III. IIII. Sexdecim priora Bucolicorum literis A. A II. A III. A IIII. B. B II. B III. B IV. sequentia usque ad ultimum Georgicorum numeris Arabicis, quorum postremus est 84. Prooemium Aeneidi praefixum, quod duobus foliis continetur, nec literis, nec numeris notatum est. Quinque priores quaterniones Aeneidos literis a. b. c. d. e. signati sunt; sequentia folia usque ad finem octavi libri, numeris Arabicis, horumque postremus est 194. Primum folium noni libri signatum est nota unitatis; sequentibus septem nulli appositi sunt numeri, aut literae; octavum & sequentia omnia totius vol. ciphris Arabicis, quarum postrema est 90. Tabula erratorum, quod est ultimum folium, numero caret. Numeris in fronte paginarum, custodibus & registro caret: foliorum summa inventa est a P. Amoretti 380. Exst. in Corsiniana, & Mediolani apud E. B. C. Valenti Gonzagam.

VIII.

FLORENTIAE.

## VIII.

L'Arte del ben morire composto (*sic*) per lo CARDINALE di fermo anno Mil. cccc LII.

*Ad calcem*:
FINITO. Alaude didio Et della Virgie
Naria (*sic*) Perme Francischo Di Dino diacopo
Fiorentino negli ãni del signore. MCCCC.
LXXXVII. Et Adi VII. del Mese di Febra (*sic*)
di decto anno. (*Vid. sub anno seq.*)
(*in* 4°.)

Exst. in Corsin., ubi eam tractavit cl. P. Amoretti, qui & observavit, eam numeris, reclamantibus & registro carere; foliisque signaturis instructam esse, quae pertinent ab *a* usque ad *d*, ejusque folia esse 32. & caract. Romanum. Editio refertur a Maettario, pag. 485. & in Catal. Biblioth. Pinell. tom. I. pag. 21.

## IX.

„ Fratris CHERVBINI minorum ordinis ad Iacobum de Borgiannis spiritualis vitae regula: *impressa nella inclita et magna cipta di Firenze a di* 13. *di Luglio* 1487. *per maestro Iacopo di Karlo di Giovanni clerico Fiorentino*. *in* 4°.

Maettarius, pag. 485. Hanc & praecedentem recenset Annalista n. 2. hujus anni, sive inter editiones a se visas post primam suorum Annalium editionem. Cum hac autem spiritualis vitae regula, conjunctam fuisse & vitae matrimonialis regulam credibile est.

## X.

„ MICHAELIS VERINI Florentini Disticha Moralia. Florentiæ 1487. 4°.

Maettarius, pag. 484. subjecta hac annotatiuncula: *Fabricius Suppl. Biblioth. Lat. pag.* 290. *Ejus* (Verini) *disticha moralia viderunt lucem Florent. A.* 1487., *quo ipse diem obiit*. Editio exstabat apud cl. Abb. N. de Rossi, & refertur in ejus Biblioth. Catal. pag. 76. ubi Auctor vocatur *Verinus Ugolinus*.

## XI.

„ La vita di Santo Zanobi Cittadino e Vescovo Fiorentino composta per CLEMENTE DEL MAZZA. Fiorenza 1487. *in* 4°. *senza nome di Stampatore*.

Ex Biblioth. N. Fr. Haymi utriusque edit. Refertur editio in Catal. Biblioth. Abb. Nic. de Rossi, pag. 53. ubi auctor vocatur *Chimente Mazza*, errore, ut videtur, typograph.

XII.

FLORENTIAE.

Elegantissima nouella in latinum transl-
lata per clarissimuȝ
oratorē LEONARDū ARETINVȝ ex nouellis
Io. boccatii. qua
nullus nobilis ingenii carere debet.
t Ancretus fuit prīceps salernitanus, ec.
*In fine*:
Impressuȝ Florentię. Anno. M. ccccLxxxvii.
die. xv. octobris.

„ E' in 4º. il carattere è semigotico, non ha registro, nè numeri, nè richia-
„ mi, nè segnature; ed in fatti non vi bisognano, perchè in tutto sono quat-
„ tro fogli: sta nella Corsiniana „. Haec cl. P. Amoretti. Vid. Catal. Biblioth.
Pinell. tom. V. pag. 2.

MCCCCLXXXVIII.

I.

PROEMIO DI BARTHOLOMEO PHON
TIO A FRANCESCO BARONCINI NEL
LA TRADVCTIONE DELLE EPISTO
LE DI PHALARI.
*In fine*:
Impresso in Firenze per Ser Francescho bonacorsi
&: per Antonio di Francesco uenetiano nelanno
M. CCCCLXXXVIII. Adi. xvii di maggio
(*in* 4º.)

Post Phontii prooemium, quod definit linea quinta primi folii versi, incipit prooemium Franc. Aretini ad Malatestam Novellum de Malatestis, quod reliquum ejusdem folii, aliaque tria integra occupat folia. Folio seq. seu quinto incipiunt Phalaridis Epistolae num. cxxxviii., quae terminantur fol. 56. verso, eoque voluminis ultimo. Perpulchra editio, egregio Rom. charactere, sine numeris, custodibus, & registro, sed cum signaturis incipientibus ab *a* & desinentibus in *g* *iii*. Fasciculi omnes, quaterni sunt. Subscriptio terminat ultimam vol. paginam. Repetita fuit haec edit. anno seq. Exstat in Casanat. in Corsin. & apud C. Devoti.

II.

INCOMINCIA ELLIBRO DELLA VITA
DE PHILOSOPHI ET DELLE LORO
Elegātissime sentētie extracto da. D. Laher
tio & da altri antiquissimi auctori.

In

*In fine:*
Florentiæ impressum p ser Franciscũ de bonaccur
siis & Antoniũ uenetum Anno salutis MCCCC
LXXXVIII. Tertio nonas Iulii.
(*in* 4°.)

FLOREN
TIÆ.

Editio est eodem charactere & forma ac praecedens. Signaturae incipiunt ab *a* 1. qua signatur primum vol. folium, & desinunt in *i* III.: praecedentes scapi omnes sunt quaterniones, adeoque totius vol. folia num. 70., ex quibus penultimum & semipagina ultimi occupantur a tabula, in qua Philosophorum nomina ordine alphab. descripta sunt, & infra habetur subscriptio: *Florentiae impressum, &c.* Editio refertur a cl. Paitono, tom. 1. pag. 292., subjecta hac nonnullius pretii annotatione: *In questa pura ristampa dell'edizione antecedente* (Venetae anni 1480.) *omessa dall'Orlandi, e dal Maittaire, il trattato di Seneca è intitolato* de remediis malorum fortunae. Exstat in Casanat., in Corsin., &c.

III.

Questa operetta tracta dell'arte del
ben morire cioe in gratia di dio.

Comincia el proemi (*sic*) dellarte del bẽ morire.
cioe in Grazia di Dio: Compilato et compo
sto. per reuerendo Padre Monsignore CARDI
NALE di Fermo. ãno Domini. M. CCCC. Lii.
*In calce:*
Finito Alaude didio et della Vergi
ne Maria perme Frãciescho di
dino di Iacopo fiorentino
negli ãni del signore.
M. ccccLxxxviii. E
adi.vi. del mese
di Febrajo.

FINIS.
(*in* 4°. *par.*)

Non est verendum, ne forte in hoc opusculo aliqua typographica fallacia insit, ejusque editio hoc anno notata eadem sit ac recensita sub anno superiore, ab eodem typographo Francisco de Dino eodem Februario mense uno tantum post die in lucem emissa. Utramque enim in Biblioth. Corsiniana accuratissime expendit, & inter se contulit diligentissimus P. Amoretti; & duas plane diversas editiones esse, certissime comperit; etsi secunda haec ab illa priore expressa fuerit, cum non modica tamen diversitate. In utraque occurrunt priora illa verba, *Questa operetta, &c.* fusiori titulo hic praemissa, quae libelli *oculum* constituunt, duasque tantum summas primi folii recti lineas occupant, residuo ejusdem folii utraque ex parte vacante: quod folium in variis exemplis hac de causa deesse invenitur.

FLORENTIAE. Numeris, custodibus & registro utraque caret, solisque signaturis instructae sunt, quae pertinent ab a i. usque ad d iiii. foliorumque fasciculi omnes quaterni sunt. Character rotundus est & valde pulcher. Egregium hujus secundae edit. exemplum exst. apud Can. Devoti.

IV.

S. ANTONINI Archiep. Florent. Summa omnis moralium cura. Florentiæ 1488. *in* 4°.

Maettarius, pag. 504. ex Orlandio, pag. 136. In secunda tamen sui operis parte, majori studio pertractata, pag. 277. hic Bibliographus citat quidem hujus operis edit. anni 1488., sed edit. locum punctulis opplevit.

O

„ MARSILII FICINI liber de Vita in tres libros divisia ..... Fi-
„ cini libros de Vita impressit ex archetypo Antonius Mischominus.
„ Florentiæ anno salutis M. CCCC. LXXXVIII. tertio nonas decem-
„ bris. *in* 4°.

Laudatur haec editio in Append. ad Codd. mss. Bibliothecae S. Michaelis Venetiarum prope Murianum cl. Mittarellii col. 167., quam tamen indiligentiae typographi unice deberi puto. Vid. sub anno 1489.

V.

„ Le Epistole di LVCA PVLCI *in versi*. In Firenze per Bartolo-
„ meo Miscomini 1488. *in* 4°.

Ita quidem Quadrius tom. VI. pag. 255. Sed Mittarellius & ex ipso Denisius, ac cl. Morellius tom. IV. Biblioth. Pincll. pag. 352. editionem adscribunt Francisco de Bonaccursis & Ant. Veneto. Quadrio concors est Ferd. Giandonati pag. 257. Fortasse autem & a Mischomino, & Bonaccursio, &c. hoc eodem anno impressae fuerunt hae Epistolae.

VI.

„ GEORGII BENIGNI DE SALVIATIS ord. min. Dialectica no-
„ va. *Inscribitur Iohanni Sedis Apostolicae Protonotario ac Ma. Petro*
„ *Magnanimi viri Laurentii Medicis filiis*. *Ad calcem*: Impressum
„ Florentie — Die vero XVIII. mensis Martii. M.CCCC.LXXXVIII.
„ *Char. Lat. in* 4°.

Denisius, pag. 240., ex Biblioth. *Caes.*

VII.

HOMERI Opera omnia * Græce, *recensita ad mss. codices & Eustathii ineditos tunc commentarios, studio & labore cl. Viri* Demetrii Chalcondilæ *Atheniensis*; *cum Præfatione Latina* Bernardi Nerlii ty-

* Ilias, Odyssea, Batrachomyomachia, Hymni.

*typographi* ad Petrum Medicem, & *Graeca* Chalcondilae ad LL., *praemissis* Herodoto *ac* Plutarcho *de Vita* Homeri, *&* Dionis Chrysostomi *dissertatione de eodem*. FLORENTIAE.

*In fine:*

*Ἡ τοῦ ὁμήρου ποίησις ἅπασα ἐντυπωθεῖσα πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν θεῷ ἐν φλωρεντίᾳ, ἀναλώμασι μὲν τῶν εὐγενῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ περὶ λόγους ἑλληνικοὺς σπουδαίων βερνάρδου καὶ νηρίου ταναΐδος τοῦ νερϊλίου φλωρεντίνοιν. πόνῳ δὲ καὶ δεξϊότητϊ δημητρίου μεδϊολανέως κρητὸς, τῶν λογίων ἀνδρῶν χάριν καὶ λόγων ἑλληνικῶν ἐφιεμένων, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ Γεννήσεως Χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ μηνὸς Δεκεμβρίου ἐνάτῃ.*

(*in fol.*)

Quae Poetae operibus praeponuntur, in allato titulo indicata, quadraginta duo priora voluminis occupant folia, exactius, paginas 80. cum semisse: sermo siquidem Dionis terminatur circa medium primae faciei folii 41.; secunda ejusdem folii cum toto 42. penitus vacantibus. Signantur haec folia literis Romanis majusculis, cujusmodi etiam sunt notae numericae eisdem adscriptae. Harum postrema est E IIII. Quinque enim sunt horum prolegomenorum scapi; priores quatuor, quaterni, ultimus quinternus.

Poetae opera & ipsa signantur literis & numeris Romanis majusculis; Ilias, simplicibus; Odyssea & caetera geminatis. Illius signaturae pertinent usque ad Bz IIII., hujus usque ad ETET III., omnesque scapi, praeter ultimum, quaterni sunt; adeoque folia Iliados, 208.; Odysseae, &c. 190. Et hinc patet commodius hanc editionem in duo compingi volumina quam in unum, uti factum est in optimo exemplo Casanatensis Bibliothecae. Nullam hactenus editionem Florentinam mihi videre contigit hac pulchriorem; & quod spectat ad typographicum artificium, signaturas cum primis, initia & fines Rapsodiarum, paginarum aequalitatem, & ejusmodi reliqua, hac magis concinne elaboratam, & ab omni confusione magis immunem. Paginarum integrarum lineae sunt numero 39. Inscriptio argumenti cujuslibet Rapsodiae, ipsarumque Rapsodiarum tituli, qui earum ordinem designant, omnes sunt charactere majusculo quadrato; & initio cujuslibet Rapsodiae occurrit spatium vacuum satis amplum ingenti literae capitali continendae destinatum (1). Margines ampli; charta firma valdeque alba. Character Graecus pulcherrimus est, magnitudine Silvii communis, linearum intervalla justae proportionis. Character Latinus Epistolae Bernardi Nerlii, & ipse pulcherrimus. Data est Florentiae Idibus Januariis M.CCCC.LXXXVIII. circa quod tempus verisimiliter incoepit operis impressio, quae absoluta fuit IX. Decembris ejusdem anni. Exstat in Biblioth. privata SS. D. N. PII VI. In Corsiniana, ubi duplex reperitur exemplum, quorum alterum intonsum pertinebat ad F. M. Abb. Nic. de Rossi, in Angelica, &c.

VIII.

(1) Quod etiam factum est in principio Herodoti, Plutarchi, Dion. Chrysostomi, *Batrachomyomachiae*, *& Hymnorum in Apollinem*. Exemplum Casanat., quod prae manibus habeo, capitalibus cum impressis, tum manu adjectis prorsus caret. Non dubito autem, quin aliqua exstent exempla, quibus calligraphi opera eae adjectae fuerint, nondum a me visa.

FLORENTIAE.

VIII.

„ DIOGENE, ec. Vita de Philosophi. (*In fine:*) Impressum Florentiae per nos Magistros Magistrorum Iacobum Caroli Clericum „ Florentinum & Petrum Honofrii de Bonaccursis. Anno Salutis „ MCCCCLXXXVIII. nono Calendas Decembris. in 8. (*verius* „ *in* 4°. *par.*)

Paitonus, lib. I. pag. 293. ex Argelato, qui de hac editione sic scribit: „ Nel „ frontispizio non si veggono che queste parole: *La Vita de Philosophi*; e nell' „ altra pag. si legge: *Incominicia el libro*, &c. edizione rarissima da noi veduta „ in Bologna nella *Bibliotheca de' PP. della Compagnia di Gesù in S. Lucia* „. Ex Paitono refertur a cl. Denisio, pag. 254.

IX.

FORMVLARIVM Florentinorum contractuum. *Florentiae* 1488. *in fol.*

*Folia signantur* (inquit Laerius pag. 115. tom. II. sui Indicis) *& numerantur CLVI.* Prae manibus habui editionem quandam Florent. hujus libri, cujus *folia signantur & numerantur CLVI.* sine ulla anni nota, quae afferetur inter editiones anno carentes; quaeque utrum eadem sit ac isthaec Laerii, an alia ab illa, in praesentiarum definire non valeo.

X.

„ OVIDIO de arte amandi in vulgare, in terza rima. *Ad cal-* „ *cem*: Impressum Florentiae per Antonium Venetum. Anno salu- „ tis MCCCCLXXXVIII. V. Idus Augusti *in* 4°.

Describitur editio valde accurate in Catal. Libror. P. Ant. Crevennae, tom. III. pag. 221. ubi inter caetera annotatur, eam esse rotundo & pulcherrimo charactere, sine numeris & reclamantibus, sed cum signaturis incipientibus ab *a* & desinentibus in *g.*, duosque tantum priores libros complecti (1). Deest apud cl. Paitonum, & Giandonati.

MCCCCLXXXIX.

I.

PROEMIO DI BARTHOLOMEO PHON
TIO A FRANCESCO BARONCINI
NELLA TRADVCTIONE DELLE EPI
STOLE DI PHALARI.

*In*

(1) Aliae quoque editiones cum antiquiores, tum recentiores duos tantum priores continent libros. Vid. Giandonati, pag. 327.

*In calce:*
Impresso ĩ Firenze per me Francesco di dino
di Iacopo nelanno M. CCCCLXXXVIIII.
Adi XX. di Iulio
(*in* 4°.)

Conferenti hanc Phalaridis Epistolarum editionem cum ea, quam superiori anno num. I. retulimus, facile apparet, hanc aliam omnino ab illa esse, hujusque typographum, authographi loco, illa usum fuisse. Hujus character illius charactere tantisper major est; uterque tamen elegantissimus. In utraque foliorum numerus, 56. idem quoque in integris paginis numerus linearum, sive 27. Generaliter in utraque non modo initia & fines paginarum, sed & ipsarum linearum, eadem sunt: quamvis in lineis intermediis haud infrequentes occurrant diversitates. Titulum & subscriptionem utriusque accuratissime descripsimus; & haec duo sola diversam in utraque literarum distributionem ostendunt. Ultima linea primae paginae in illa terminatur hisce literis, *dezza de*; in hac *de33a de*; & ubicumque occurrit litera Z. in hac semper usurpatur signum 3. Editio latuit cll. Bibliographos Maettarium, Denisium, Argelatum, Paitonum, Haymum, & Giandonatum. Exstat vero in Casanat. & in Corsiniana. Paitonus porro & Giandonatus post Argelatum memorant quandam editionem harum Epistolarum anni 1471. sine loco & typographo, quam in Biblioth. Conventus Bonon. O. PP. eam se vidisse narrat Argelatus.

## II.

„ Il Driadeo d'Amore compilato per LVIGI PVLCI. In Firenze
„ per Francesco di Dino di Iacopo Fiorentino 1489. *in* 4°.

Quadrius, tom. VI. pag. 444. Haymus edit. Ven. 1728. pag. 91. & edit. Mediol. pag. 202.; ac Denisius cumprimis, pag. 274. ex Biblioth. Caesar.

## III.

„ DISPUTATIO nuper facta in domo Magnifici Laurentii de
„ Medicis. Florentiæ per Franciscum Dinum 1489. *in* 4°.

Ex indice MS. Biblioth. Excellentiss. B. C. Valentii Gonzagae.

## IV.

ANGELI POLITIANI MISCELLANEORVM CENTV
RIAE PRIMAE AD LAVRENTIVM MEDICEM
PRAEFATIO

*In calce:*
Impressit ex archetypo Antonius Miscominus. Familiares
quidam Politiani recognovere. Politianus Ipse
nec Horthographian se ait | nec omnino
alienam prestare culpam.

Flo-

FLOREN-TIÆ.

Florentiæ Anno Salutis. M. CCCC.
LXXXIX. Decimotertio
kalendas octobris.

*(in fol. par.)*

Praefatio Politiani ad Laurentium Medicem priores novem paginas, & lineas undecim decimae occupat. Interposito spatio, incipiunt auctorum nomina, quos citat Politianus, qui reliquum paginae, aliasque integras tres cum lineis decem implent; hisque subnectuntur singula capita centuriae, quae paginas novem cum semisse occupant. Haec omnia pertinent usque ad signaturam *b iiii.*, qua versa incipit opus ipsum, quod terminatur folio penultimo recto; quo verso legitur subscriptio *Impressit*, &c. infra quam positum est insigne typogr. Sequenti, eoque ultimo recto occurrit Registrum, quod sistit 15. foliorum scapos, praeposita unicuique propria signatura; ex quibus scapis priores duo quaterni sunt; sequentes 12. terni, ultimus duernus; licet quaterni speciem praeferant quinternorum, terni quaternorum, duernus terni; quod in unoquoque scapo duorum intimiorum foliorum initia adferuntur. Exst. in Casanat., Corsin., &c.

V.

VNIVERSALIS INSCRIPTIO

Liber de vita. In Tres Libros Divisus. Primus de vita sana.
Secundus de vita longa. Tertius de vita cęlitus.
*Auctore* Marsilio Ficino.
*In fine:*

Amerigus Corsinus
De triplici vita quem tu Ficine libellum
Compositum! in lucem mittere docte paras!
Imprimere hunc doctus: gratusq; Valorius ultro
Curavit; doctis pabula grata viris.
Tresq; Petri: biniq; Canes: Cursorq; Amerigus
Contendent morsus pellere quisq; feros.
Impressit ex Archetypo Antonius Mischominus
Florentiæ Anno Salutis. M. CCCCLXXXIX
Tertio Nonas Decembr.

*(in fol. par.)*

In Exemplis Biblioth. Casanat. & Angelicae duo praecunt folia, in quibus descripta sunt capitula cujuslibet libri, & *cursim recognita* in toto opere, quae folia in exemplo Can. Devoti (& fortasse in aliis) occurrunt ultimo loco, sive post registrum. Post operis finem habetur *Apologia quaedam, in qua de Medicina, Astrologia, vita Mundi, item de Magis, qui Christum statim natum salutaverunt. Deinde quod necessaria sit ad vitam securitas & tranquillitas animi*, ad cujus calcem legitur: *XVI. Septembris*. M. cccclxxxviii. *in agro Caregio*; & infra: *Amerigus Corsinus*, &c. cum typographi subscriptione: *Impressit*, &c., subjecto typographi insigni. Sequenti eoque ultimo totius vol. folio recto, Registrum,

quod

quod exhibet duodecim foliorum fasciculos, praefixa unicuique debita alph. li- FLOREN
tera, ex quibus novem quaterni sunt, duo terni, & unus duernus; licet quater- TIÆ.
ni propter causam, quam sub superiori exposuimus, videantur quinterni, terni, &c.;
adeoque foliorum operis, quae signantur, summa 88., praeter duo minime signata, quae indicem capitulorum, &c. continent.

Initio operis legitur *Probemium Marsilii Ficini Florentini: In librum De Vita Ad Magnificum Laurentium Medicem Patriæ servatorem*, ad cujus calcem positus fuit allatus titulus: *Universalis inscriptio*, &c. qua secunda pagina terminatur; & ab hoc prooemio incipiunt signaturae. Haec editio praecedenti simillima est, ejusque soror vocari potest; est enim eodem charactere, eademque forma, &c. (1) Exstat etiam in Corsiniana.

VI.

„ PACIFICI MAXIMI Poetæ Aesculani (*sic*) Hecatelegium: sive
„ Elegiæ nonnullæ iocosæ & festivæ; laudes summorum virorum
„ urbium & locorum, invectivæ in quosdam; laudes patriæ Aescu-
„ lanæ, & alia quædam iucunda & docta. Florentiæ per Ant.
„ Mischominum, anno 1489. *in* 4°.

Exscripta haec sunt ex Bibliographia Instruct. Deburii, *Belles Lettres*, tom. I. n. 2878. ubi haec annotantur: *Cette édition, l'original de ce livre, est fort recherchée des Curieux, & les exemplaires en sont rares. On y remarque un passage très singulier, au sujet de la maladie que l'on gagne avec les femmes de mauvaise vie...... Nous ne pouvons donner aucune description de l'edition.* Displicet.

VII.

Annotationes PHILIPPI BEROALDI bononiẽsis
in cõmẽtarios Servii Virgiliani cõmentatoris
*In fine*:
Impressit Florentię Antonius Mischo
minus.
Anno Salutis. M. CCCC. LXXXVIIII.
XIIII. Kalen. Ianuarias.
(*in* 4°.)

Praecedit Beroaldi Epistola dedicatoria ad Franciscum Casatum Mediolanensem Ducalem Oratorem, quae totum primum folium rectum, & maximam partem versi occupat. Infra eam legitur allatus titulus, *Annotationes*, &c. & infra titulum duae priores Annotationum lineae. Ultimo folio recto occurrit ejusdem Beroaldi Hendecasyllabon XVI. versuum ad libellum, quod incipit:

I, curre ad dominum citus libelle.
I recta ad nitidi lares Casati.
Quo nihil candidius, benigniusq;:
Quo, ec.



(1) Id tamen Mischomino, egregio caeteroquin typographo succensendum videtur, quod consuetam registri formam, eamque commodiorem, tutiorem, & faciliorem in duobus hisce libris, Annotationibus Beroaldi in Servium, aliisque fortasse, sine causa mutavit.

FLORENTIAE. Sub quo hendecasyllabo posita est adducta subscriptio: *Impressit*, &c. Verso folio occurrit registrum, eadem ratione constructum ac in Miscell. Politiani & libris de Vita Ficini; suntque voluminis folia 40. Exstat apud Can. Devoti.

### VIII.

„ FIOR di VIRTV (libro cosi intitolato) *Firenze* 1489. *in* 4°.
„ In fine si ha:

*Delle virtù io son chiamato il fiore*
*Le feste almeno leggimi per amore*
*Fù rinnovato nel millequattrocento*
*Octantanove: nella ciptà famosa*
*Che di virtu per tucto fama spande*
*Firenze bella graziosa e degna.*

Haec cl. Scriptor P. Alexander Pompeius Berti in Catal. Biblioth. Capponianae, pag. 165. videndus.

### IX.

„ Al nome del nostro Signore Ihesu Christo crucifixo & della
„ sua madre vergine Maria. In questo libro si contengono certi
„ fioretti mirabili & exempli divoti del glorioso poverello di Chri-
„ sto messere Sancto Francesco & dalquanti sancti compagni, &c.
„ *Ad calcem*: Impresso in Firenze adi 20. di Maggio 1489. *Sequi-*
„ *tur tabula & fol. ult. Sigillum literis* L. & R. implexis.

Denisius, pag. 702. ex *Amico*.

### X.

INCOMINCIA EL LIBRO DELLA uita d
Philosophi & delle loro elegantissime sententie extra
cto da. D. Laertio & da altri antiquissimi doctori.
*In fine*:

FINIS.

Impressum Florentie per nos magistros magistrorum
Iacobum Caroli clericum florentinum & Petrum
Honofrii de bonaccursis Anno Salutis
M. CCCC. LXXX. VIIII.
Nono Calendas
Nouẽbris,

„ Segue nel foglio a tergo la Tavola, ed occupa anche il dritto del foglio
„ seguente.

„ E

„ E' in 4°. in carattere tondo, ma non così bello come quello dell' edizione „ dell' anno antecedente, dalla quale è questa copiata, se si risguarda la traduzio- „ ne, ed a cui nella carta pure è inferiore: ha le sole segnature da *a* sino a *g*. „ Sono tutti quaderni, eccetto *g*. che è terno. Sta nella Corsin. Haec cl. P. Amoretti. FLORENTIAE.

## MCCCCLXXXX.

### I.

SPECHIO (*sic*) DI CROCE

*In calce:*

Impreso (*sic*) in Firenze per Franciescho (*sic*) di Dino di Iacapo (*sic*) Fiorẽtino Adi xxvii di Marzo M. cccc LXXXX.

(*in* 4°.)

Primo folio recto aliud nil legitur quam praemissum lemma: SPECCHIO DI CROCE, majusculis literis in summo folio impressum. Idem versum sistit imaginem Crucifixi ligno incisam, stante hinc B. V. M., inde S. Joanne. Seq. folio recto incipit operis Prologus hoc titulo:

IN COMINCIA (*sic*) IL PROLAGO DEL Divoto e morale libro intitolato Specchio di CROCE.

sine Auctoris (1) nomine; quomodo sunt variae aliae antiquae egregii hujus operis editiones; & ad ejus calcem posita est inscriptio primi capituli, quod incipit pag. seq., sive 6. Operi subjicitur tabula singulorum ejusdem capitulorum, quae sunt num. L., & infra typographi subscriptio, qua terminatur ultimum folium versum. Character Romanus est, nec inelegans. Solae insunt signaturae, quae pertinent ab *a*. (2) usque ad *p* iiii., omnesque foliorum fasciculi sunt quaterni. Exstat in Vatic. & Casanat.

### II.

Incomincia il Devoto Trãsito del Glorioso Sancto HIERONYMO Ridocto in lingua Fiorẽtina. Et primo della sua sanctissima uita.

*In fine, ante tabulam:*

IMPRESSO fu questo diuoto transi to del glorioso Sancto Hierony mo in Firenze, per Ser Frarcesco (*sic*) Bo

*r r 2* na-

(1) Auctor est Dominicus Cavalca Pisanus Ord. PP.
(2) Primum & secundum folium signatura carent.

FLOREN-
TIAE.

nacorsi a contemplatione delle diuote
persone: Ne lanno della salute.
.M. CCCC. LXXXX.
Adi. XIII. di febraio.

( *in* 4°. )

In exemplo hujus editionis, quod primo in manus nostras incidit, & pertinebat ad f. m. Abb. de Rossi, haec legebatur ms. annotatio: „ Il presente „ libro è del B. Eusebio Cremonese tradotto in lingua Italiana da fr. Benigno „ Milanese dell' Ordine de' Minori Francescani, il quale visse nell' anno 1474. „ come si può vedere nella Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium dell' Arge- „ lati tom. 1. par. 2. col. 122., e tom. 2. p. 2. col. 1949. „ Ponamus auctorem libri fuisse B. Eusebium Cremonensem, ejus tamen interpretem Italum fuisse fr. Benignum Mediolanensem, uti post Argelatum credidit ejus annotationis scriptor, falsum esse invicte demonstrat praeclara ejus editio Itala, quae Venetiis lucem vidit anno 1473. ( priusquam Benignus ultimam manum suae scriptioni imponeret ) opera Bartholomaei Cremonensis, typographi Veneti; ad cujus calcem legitur hoc tetrastichon:

Qui si contien del glorioso e degno
Hieronymo: la vita el bel finire
Che fece a nostro exemplo per salire
Con verde palma nel beato regno.

Et infra notum hexastichon ipsius Bartholomaei: *Quem legis impressus dum stabit in aere caracter*, &c. M. CCCC. LXXIII. NICOLAO TRVNO DVCE, &c.

Allatum tetrastichon idem omnino legitur in hac Florentina editione; & infra illud, uti in Veneta, subscriptio typographi Florentini: *Impresso fu questo divoto libro* &c. Caetera quoque, quae continentur in hac Florentina editione, eadem omnia occurrunt & in Veneta: ordo partium ejusdem idem quoque est. Operis tantum titulus alius est in una ac in altera. Florentinae titulum supra adduximus; Venetae sic habet:

COMINCIA LA VITA E LA FINE DEL
GLORIOSO SANCTO HIERONYNO (*sic*)
DOCTORE EXCELLENTISSIMO.

Haec Veneta signaturis, numeris, custodibus & registro caret, solamque tabulam capitulorum in principio prae se fert, quae duo tantum folia occupat. Florentina autem signatur ab *a i.* usque ad *o iiii.*, omnesque scapi quaterni sunt; ejusque tabula, quae praecedit ( nec signata est ) tribus continetur foliis, non numerato primo vacante. Desunt autem & in hac numeri, custodes, & registrum. Character utriusque Romanus est & pulcherrimus. Utraque exstat in Casanat.

III.

FLOREN TIAE.

## III.

LIBRO DI PATIENTIA IN
LINGVA FIORENTINA

*Vltimo folio recto:*

FINISCE
illibro
Della Pa
tiētia chia
mato medi
cina dichuore
diuiso ī tre diuoti
tractati: cōposto da fra
Domenicho da Vico pisano
dellordine defrati predicatori
Impresso in Firenze p Ser Fran
cesco Bonacorsi: nellan
no. M. CCCC.
:LXXXX.
Adi dodici di maggio
(*in* 4°.)

Adducta inscriptio, LIBRO DI PATIENTIA, &c. instar *oculi*, quod ajunt, editioni praeposita occurrit prope summum primi folii recti, residuo ejusdem, totoque verso vacantibus. In fronte folii sequentis, sive secundi, legitur hic titulus:

Incomincia lutile & divoto tractato dellibro
della patientia. Loquale si chiama medicina
dicuore facto da fra Domenico davico
pisano dellordine de frati predicatori.

In tres tractatus sive libros opus dividitur, quorum prioribus duobus subjiciuntur carmina quaedam, *Servente*, sive *Serventese* vocata, in quibus, *brevemente si contiene la sententia del precedente trctato della patientia*. In tertio, qui *servente* caret, quatuor continentur capitula, quorum primum inscribitur: *Descriptione di dieci comandamenti*; II. *Meditationi & rimedii contra la disperatione*; III. *Di certe belle altre comendationi, che ci danno grande speranza & conforto della bontà di Dio*; IV. *Della gloria di vita eterna*. Et ad hujus calcem legitur adducta subscriptio: *Finisce illibro della patientia*, &c. Signatur ab *a.* usque ad *r ii.*, omnesque scapi quaterni sunt, praeter ultimum, qui est duernus. Numeris, custodibus, & registro caret. Optimum exempl. exstat in Casanat.

## IV.

„ SPECCHIO di Croce. *Firenze per Francesco Bonaccorsi* 1490.
„ *in* 4°.

Ex

FLORENTIAE. Ex Catal. Biblioth. Capponianae pag. 111., & ex hoc fonte Denisius pag. 284. sui Supplementi.

V.

Incipit perutile opusculum predicabile editum per Sacrę Theologię professorem magistrum MICHAELEM de EMPORIO ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini

*In calce:*

Vtile et deuotum hoc prędicationum ac nonnullarum collationum opus Impressit ex archetypo Ser Franciscus Bonaccursius Florentie Anno salutis M. CCCCXC. Sexto Idus Iulias.

(*in* 4°.)

Primo folio occurrit *Tabula hujus operis*, seu Sermonum & collationum, in ipso contentarum; cui subjungitur Epistola dedic. Auctoris, qui in ipsa vocatur *Michael Durazinus de Emporio*, ad Bartholom. Soderinium Sancti Fridiani Priorem; & infra eam *Salutatio pro principio predicationis ad Virginem*; qua terminatur secunda folii pagina. Secundo fol. recto incipit opus ipsum, quod terminatur fol. verso, ubi occurrit adducta subscriptio. Editio est charactere Romano parvo cum signaturis tantum incipientibus ab *a* & desinentibus in *l v*. Scapi omnes quaterni praeter ultimum, qui est quinternus. Exstat in Casanat. & apud Can. Devoti.

VI.

CONVIVIO DI DANTE ALIGHIERI FIORENTINO

*In fine:*

Impresso in Firenze per ser Francesco bonaccorsi Nel anno mille quattrocento nouanta Adi. XX. di semptembre.

(*in* 4°.)

Allegoricum hoc Dantis Convivium prosa & carmine constat: prosa, quae carmine longe est copiosior, est fusa quaedam *expositio* ipsius carminis, quod quatuordecim canticis continetur, quae a Poeta, Convivii obsonium (*vivanda*) vocantur, sicuti *expositio*, Panis inscribitur: *La vivanda di questo Convito* (inquit Poeta prope finem prooemii) *sarà di quattordici maniere ordinata, cioè quattordici canzoni si di amore, come di virtù materiate* (sic) *le quali senza lo presente pane* (expositione prosaria) *avevano d' alcuna oscurità ombra: si che a molti lor bellezza più che lor bontà era in grado: Ma questo pane, cioè la presente exposizione sarà la luce, la quale ogni colore di loro sententia farà parvente* (sic), &c. Hic panis est eodem omnino parvo charactere, quo sunt Durazini orationes superiori numero recensitae: Cantilenae, earumque versus prosa involuti, charactere majori, & communiori Bonaccursii, utroque rotundo & eleganti. Solis signaturis liber instructus est, incipientibus ab *a i.*, qua signatum est primum ejus folium, desinentibus in iv. Omnes scapi quaterni sunt, praeter ultimum.

Ex-

Exstat in Casanat., in Corsiniana, apud Can. Devoti; & Mediolani apud Exc. B. C. Valentium Gonzagam. FLORENTIAE.

VII.

LAUDE

DI FRATE IACOPONE DA TODI

*In fine:*

A CON<br>TEM<br>PLA<br>TIO<br>NE<br>delle deuote persone sono im<br>presse queste laude per Ser Fran<br>cesco Bo<br>naccorsi<br>In Firenze<br>adi uentiotto<br>del mese di septẽbre<br>M. CCCCLXXXX.<br>Cõtẽpla. cor mõdan facto deuoto<br>La passion del tuo dolce Signore<br>Chiedi pdono di tuo ãticho errore<br>Dogni peccato et di Malitia uoto<br>(*in* 4°.)

Adductus titulus habetur I. fol. recto; eodem verso incipit Prooemium anonymi editoris, in quo de studio a se adhibito circa praesentem impressionem, *affine che fosse emendata quanto più si potesse e reducta alla purità antica, che si ritrovava alterata in molti libri*, &c. disserit. Cujus rei gratia duobus mss. codicibus Tudertinis vetustis valde, aliisque duobus Florentinis & ipsis valde antiquis, aliisque correctioribus cum primis usum se fuisse ait. Post ejusmodi prooemium, quod desinit sequenti folio recto, habetur, *Repertorio per alfabeto secondo el numero della laude*; cui aliud subjungitur inscriptum: *altra tavola de infrascripta laude secondo lordine del libro, con i suoi titoli ovvero rubriche. Mediante la quale si possa presto trovare le materie che se cercasseno, essendo a ciascuna laude notata el suo numero*. Post quae verba & tertia memoratur tabula in hunc modum: „ Nel fine del libro sarà una terza tavola nella „ quale si fa menzione di alcuni errori . . . . . certi etiam vocaboli antichi & „ del paese di Todi si dichiarano . . . . Et certe parole trovate variamente in „ alcuni de' libri antichi son notate a lochi soi. Siano ancor avvisati i lectori, „ come alcune dictioni si ritrovano in tal modo usate, cioè. *Co*, *per come*, *So*, „ *per sono*, &c. Haec tamen tertia tabula in exemplo Abb. de Rossi desideratur. Duae priores tabulae, cum antedicto prooemio 7. occupant folia. Octavum exhibet

FLORENTIAE. bet effigiem Auctoris genibus flexis & junctis manibus orantis ante imaginem B. Virginis, quam angeli adstantes ipsi ostendere videntur; & haec figura ligno insculpta est. Laudes signatae sunt minoribus alphabeti literis; octo vero priora folia litera majuscula A. Minores literae pertingunt ab *a* usque ad *q* IIII. omnesque fasciculi sunt quaterniones. In fronte postremae laudis haec leguntur: „ Questa laude extravagante e posta per finire el numero perfecto de cento, „ benchè ne sieno due di più, cioe XLVII. & LXXVII. per inadvertentia, e cosi so- „ no CII. laude in tutte. Adducta subscriptio, *A contemplatione* &c. occurrit ultimo fol. recto; versum vacat. Exst. in Corsiniana.

## VIII.

„ La Passione del nostro Signore Iesu Christo, in rima Tosca- „ na; per BERNARDO PVLCI Fiorentino. In Firenze *per Franc.* „ Bonaccursium die 3. Novembris 1490. *in* 4°.

Haymus utriusque editionis, Quadrius tom. VI. (1) pag. 148. Deburius Bibliograph. instructiv. *Belles Lettres*, tom. I. pag. 686.

## IX.

„ Li Sonetti del BVRCHIELLO Fiorentino facéto & eloquente „ in dire Cancione e Sonecti sfogiati. Firenze *circiter* 1490. *in* 4°.

Citat hanc editionem cl. Mazzuchellius, vol. II. par. IV. pag. 2436. subjecta hac annotat. *Senza nota di luogo, nome di Stampatore, e anno; la qual edizione mostra di esser stata fatta in Firenze circa il 1490.*

## X.

„ Tractato dell'Amore di Gesu Christo del Rev. P. Fra IERO- „ NIMO SAVONAROLA da Ferrara dell'Ord. de Frati Predica- „ tori. (*Senza nota di stampa, che deve esser Firenze verso il 1490.*) „ in 4°.

Haec Ferdinandus Giandonati, Bibliot. Ital. Nic. Fr. Haymi, Mediol. 1773. pag. 608.

## XI.

FRATRIS CHERVBINI MINO
rum ordinis ad Iacobum debongiannis spiritu
alis uite compendiosa regula quedam hec est.
*Accedit*:
VITE MATRIMONIALIS REGVLa
Brevis ejusdem ad Iacobum de Borgiannis Fe
liciter incipit.

*Ad*

(1) Seu, uti in fronte inscribitur, vol. IV.

*Ad operis calcem :* FLORENTIAE.

Impressum est Hoc Opus Florentie
Ad Honorem Dei Eiusq; Glo
riose Virginis Matris Marie
Die Vltima Septembris.
M. ccccLxxxx.

*in 4°. par.*)

Ad calcem primi opusculi nil aliud legitur nisi, DEO GRATIAS. In ejusdem titulo, persona, cui directum est, *Debongiannis* vocatur; in alterius vero, *Deborgiannis*, quae scriptionis diversitas, etsi typographo ipsi omnino tribuenda sit, occasionem tamen praebet suspicandi, genuinum ejus personae agnomen fuisse *Debonjoannis* (de Bongioanni), ex quo formatum subinde sit, De Borgianni. Utrumque opusculum titulo & subscriptione exceptis, Itala lingua exaratum est; estque haec tertia ejus Florentina editio. Solis signaturis instruitur, quae incipientes ab *a* desinunt in *k iiii.*, & continuata serie utrumque signant opusculum, suntque scapi omnes, quaterni. Character Romanus est, & pulcher, magnitudinis Silvii majoris. Exst. apud Can. Devoti.

## XII.

„ LVCIDARIO del Maestro e Discepolo. Fiorenza 1490. *in* 4°.

Opus hoc, cujus plures habentur editiones, Honorio Augustodunensi omnino adscribitur a L. in suo Indice, tom. II. pag. 62. Sed omisso, quod Auctor ipse in prologo aperte declarat, nomen suum omnino celare velle, quae leguntur in Diario Eruditorum Italiae, tom. XX. pag. 39. assertionem Laerii maxime dubiam efficere videntur. „ Dalle inscrizioni (ibi dicitur) passa il nostro Autore ai ma-
„ noscritti, che sono appresso il Sig. Arciprete; e tra questi stima egli considerabile l'*Elucidario*, o Dialogo, che a S. Anselmo si attribuisce; ma non col
„ pieno consentimento degli Scrittori, poichè dal Tritemio se ne fa autore Onorio Augustodunense; dal Raynaudo, dal Baleo, dal Simlero, e da altri Guglielmo Conventriense Carmelitano; e da alcuni codici l'Abate Guilberto.
„ In quello del Sig. Danio, scritto in cartapecora, di carattere, che sembra essere del XII. Secolo, si legge questo cominciamento: *Incipit liber Anselmi Archiepiscopi, qui Elucidarius*; e finisce: *Explicit Elucidarius Magistri Anselmi*.
Exstabat haec Editio apud Abb. Nic. de Rossi, & modo reperitur in Corsiniana.

## XIII.

## PVNGI LINGVA.

*In calce:*

Impresso in Firenze appresso a sancta
Maria maggiore p ser Lorenzo di Ma
thio cherico fiorentino: & p Giouã
ni di Piero thedesco da Magãza. Adi
octo doctobre. MCCCCXXXXX.

(*in fol. par.*)

FLORENTIAE. Folio primo non aliud legitur, quam adductus titulus, PVNGI LINGVA, charactere majusculo excusus in principio ejusdem; reliquum omne vacat. Columna prima folii sequentis initio exhibet operis argumentum, ejusque auctorem, his verbis:

IN NOMINE PATRIS ET
filii & Spiritus Sancti amen In
comincia ilbellissimo & utile tractato
contra el peccato della lingua Prologo
sopra decta opera compilata & facta
per frate Domenico chavalcha da vi
co pisano frate predicatore.

Editio est cum solis signaturis, & registro, duabus columnis, Romano charactere, satis pulchro & elaborato. Desinit prima columna penultimi folii versi, in cujus calce posita est adducta subscriptio, alia columna vacante. Ultimum folium rectum, registrum continet, in quo descripti sunt sex quaterni & quatuor terni cum propriis signaturis. Exstat in Casanat. & Corsiniana.

## MCCCCLXXXXI.

### I.

„ PHILIPPI CALANDRI ad Iulianum Medicem de arithmetica „ opusculum. *In fine legitur:* Impresso nella excelsa cipta di Fi- „ renze per Lorenzo de Morgiani e Giovan Thedesco da Magon- „ za. Finito a di primo di Gennaio 1491. *in.* 8°.

„ Titulus solus latinus est, reliqua scribuntur lingua Toscana (*sic*), & in fine „ legitur: *Impresso nella excelsa cipta di Firenze per lorenzo de Morgiani e Gio-* „ *van Tedesco da Magonza. Finito a di primo Genaio* 1491.

„ Cum multis figuris ligno incisis. Praemittitur ea Pythagorae arithmeticae „ introductoris (*sic*). Communiter inter eruditos creditur librum primum ari- „ thmeticae fecisse Lucam ex Burgo Sansepulchri, impress. Venetiis anno 1494. „ Calander praecessit igitur hunc tribus annis „. Haec Laerius tom. II. Indicis librorum *ab inventa typogr. ad annum* 1500. pag. 165. De hoc Auctore ejusque opusculo sic scribit Jul. de Nigris, in Scriptoribus Florentinis, pag. 168. FILIPPO CALANDRI *Fiorentino di professione Aritmetico, ne scrisse un libretto a publica utilità de' principianti; che trovasi più volte impresso, e passò sempre per opera di buon maestro; come c' insegna Antonio Magliabecchi nelle sue note.* Editionem ante Laerium cum eruditis communicavit Ferd. Giandonati in nova edit. Biblioth. Nic. Franc. Haymi, pag. 134. num. 10.

### II.

Libro del MONTE DI DIO et del monte
delle orationi et scala del paradiso di
votissimo et spirituale. *
*Ad calcem:*

Im-

* Auctore ANTONIO BETTINO Senen. Episc. Fulginat.

Impresso nella inclita cipta di Firẽze con somma diligentia per Ser Lorenzo de Morgiani & Giouanni thodesco da Maganza. Adi. XX. di Marzo. M. CCCC. XCI (*in fol. par.*)

FLORENTIAE.

Quatuor praecedunt folia; quorum primum rectum exhibet figuram Montis S. Dei, supra quem legitur recitatus titulus, LIBRO DEL MONTE DI DIO, &c. charactere semigothico grandiori excusus; versum, vacat. Sequenti incipit: *Summario e brieve dimostrazione di quanto si contiene in questo libro detto Monte santo di Dio*; quod totam primam ejusdem faciem occupat, & plus quam semissem primae columnae secundae faciei; sub qua incipit index capitulorum totius operis, qui postremas lineas ejusdem columnae, aliasque integras quinque cum undecim lineis primae columnae folii quarti occupat, residuo ejusdem columnae vacante. Altera hujus folii columna registrum continet, quod ex duobus duernis (1), sex quaternis, & sex ternis constat, quae efficiunt summam foliorum 92. Character idem ac *Pungilingua*, superiori anno recensiti; sine numeris & custodibus; sed cum signaturis, incipientibus ab *a i*, qua signatur primum operis folium, & desinentibus in *n ii*. ac registro, uti diximus.

Tribus figuris non secus, ac antiquior anni 1477. ornata est; hae tamen quamvis eadem objecta referant ac illae, cum iisdem tamen conferendae non sunt: illae enim aeri inciduntur; hae ligno: priores duae minus altae minusque latae sunt quam illae; tertia, altior quidem est, quam tertia primae editionis, latitudine tamen aliarum duarum latitudinem non excedit, uti, cum de priori editione sermonem haberemus, ostendimus. Postremo duae priores figurae secundae hujus editionis, uti ibidem annotavimus, simpliciores multoque minus elaboratae sunt quam primae. Quo posito, nescio quomodo Laerius in Indice scribere potuerit: *Nulla omnino est inter figuras discrepantia cum illis editionis anni 1477. nisi quod in hoc* (sic) *ultima aeri, dum in altera ligno incisae fuerunt*. Vide quae annotavimus pag. 269. seq. Exst. in Casanat. & Corsin.

## III.

PROLOGO DI FRATE RU berto al Ferdinando Re di Napoli nel lopra sequente.

*In fine:*

Finito elquadragesimale del novel lo Paulo fra Ruperto facto a benepla cito de lasacra maiesta del Re Ferrãdo Impresso ne la excelsa cipta di Firenze per ser Laurentio de morgiani: & Gio uanni da Maganza Ne lanno. MCC CCLXXXXI. A di primo doctobre. (*in fol.*)

 Haec

(1) Primus duernus constat ex foliis, quae operi praemittuntur, & signaturis caret.

FLORENTIAE. Haec est secunda hujus Quadragesimalis Florentina editio. Adducta typographorum subscriptio legitur in dextra columna ultimi folii recti, & in sinistra habetur registrum voluminis, quod sic incipit: *Prima bianca con la figura*; ex quo liquet exemplum Abb. de Rossi, (quod unum ad manus habui) cui deerat ejusmodi figura, imperfectum esse. Ex eodem registro intelligitur folia voluminis esse 80. Character Romanus est, idemque omnino, quo iidem typographi varia alia impressere opera, uti *Pungilingua*, & *i Frutti della lingua* Dom. Cavalcae.

## IV.

Soliloquii di Sancto AVGVSTINO Vulgari
*Adjectis decem gradibus, quibus ad perfectionem pervenitur:*
*Ad horum calcem:*
Finiti esoliloquii di sancto Augustino et idie
ci gradi per li quali luomo che gliha viene aue
ra perfectione. Deo Gratias Amen
Impressi in firenze. Adi. X. Di Novembre
M. LXXXXI. (*sic*)
(*in* 4°.)

Haec est illa Soliloquiorum S. Augustini Florentina editio, quae in Bibliotheca cl. Paitoni, tom. I. pag. 29. per typographi Veneti indiligentiam signata fuit anno 1081. & antea per typographi Florentini incuriam sine centenariis in lucem fuerat emissa: qui tamen error, cum statim lectori, historiae typogr. tantisper perito sese offerat, longe minoris momenti habendus est, quam omissio decadis a typographo Veneto admissa (1), quae nisi ad manus sit exemplum aliquod ipsius editionis, aut apud accuratum aliquem scriptorem ejus descriptio lecta fuerit, dignosci nullo modo potest.

Numeris, custodibus, & registro caret; solisque signaturis, & tabula instructa est. Designat haec tabula singula capitula *Soliloquiorum*, quae sunt num. 35. praetermissis decem perfectionis gradibus, quos singillatim recensere minime necesse erat, quod excepto titulo generali opusculi: *questi sono dieci gradi per e quali*, &c. eorum quilibet titulo speciali careat. Volumen constat ex V. quaternis, & uno duerno, signatis primis alphabeti literis: quo numero minime comprehenditur tabula (quae unius tantum est folii) ipsique volumini post ejus impressionem adjecta fuisse videtur; in aliquibus siquidem exemplis (ut Casanatensi) praeit; in aliis, (uti in exemplo C. Devoti) ultimo loco occurrit.

Primo operis folio recto legitur recitatus titulus: *Soliloquii*, &c. infra quem habetur imago S. Doctoris scribentis ligno insculpta; eodem verso occurrit prooemium interpretis Itali, cujus nomen reticetur. Folio secundo signato *a ii*. incipit primum operis capitulum, quod exornat insignis & perpulchra capitalis florens. Exst. etiam in Corsin.

## V.

„ ANGELI POLITIANI Silva cui titulus Rusticus.

In

(1) Nil prohibet Paitonum ipsum ejusmodi admisisse errorem: singularis autem ejus in re bibliographica diligentia, typographo potius, vel amanuensi tribuendum esse suadet.

*In calce :* FLOREN-

„ Florentiæ iterum impressit Antonius Miscominus septimo Idus TIÆ.
„ Februarias MCCCCLXXXXI. *in* 4°.

Salv. M. de Blasis, Notizie di libri di prima stampa, quae legitur tom. XX. d'opuscoli di Autori Siciliani, Palermo 1778. pag. 379. Reperitur in Corsiniana.

VI.

ANGELI POLITIANI prælectio: Cui titulus Panepistemon.

*In calce :*

Impressit Antonius Miscominus Florentiæ. MCCCC
LXXXXI. Decimo Kal. Martias.
*Infra, insigne typogr.*

(*in* 4°.)

Recitata a Politiano in interpretatione librorum Aristotelis de Moribus. Character Romanus est & elegantissimus. Constat ex duobus quaternis signatis literis, *a*. *b*.: desunt numeri & custodes. Exstat in Casanat.

VII.

ANGELI POLITIANI Silva, cui titulus Manto.

*In fine :*

Impressit iterum Florentiæ Antonius Miscomi
nus. M. CCCCLXXXXI.
VII. KL. Martias.

(*in* 4°.)

Primo folio recto legitur Epist. dedic. Politiani ad Laurentium Petri Francisci F. Medicem, data Florentiae IV. Non. Novembres 1482. Eodem verso incipit Praefatio in opusculum, quae terminatur circa medium seq. folii recti; estque carmine elegiaco; cum silva ipsa sit carmine heroico, hocque titulo insignita: *Angeli Politiani Silva in Bucolicon Virgilii enarratione pronuntiata*. Pulcherrima editio cum foliis signaturis, quae pertinent ab *a* usque ad *a* v. Exst. in Casanat. & Corsiniana.

VIII.

„ ANGELI POLITIANI Silva cui titulus Nutritia.

*In calce :*

„ Impressit Florentiæ Antonius Miscominus VII. Kal. Iunias
„ MCCCCLXXXXI. *in* 4°.

Agitur in hac Silva de Poetica & Poetis. Inscripta est Card. Antoniotto Gentili epistola data VI. Kal. Junias 1491. uno die post absolutam opusculi impressionem uti observat Sal. M. de Blasis. Sed probabile admodum est errorem typograph. in eam notam irrepsisse: sicut irrepsit in Epistolam ipsius de Blasis, pag. 274. (tomi XX. d'Opuscoli di Autori Siciliani) lin. 2. ubi opusculum impressum fuisse dicitur 26. Junii, loco 26. Maii. Exst. in Corsiniana.

IX.

FLOREN
TIAE.

## IX.

Incomincia ellibro deuoto & utile composto da
Maestro GIOVANNI GERSONE cancieliere diparisio
della imitatione di Christo Iesu & deldispregio
di tutte le cose delmondo.
*In calce:*
Impresso in Firẽze p Maestro Antonio Miscomini
Adi. XXII. di giugno. M. CCCCLXXXXI.
(*in* 4°.)

Editio est optimo charactere Romano cum signaturis tantummodo, quae pertinent ab *a* usque ad *n* *iii*. omnesque foliorum fasciculi sunt quaterni, adeoque foliorum summa 104, quorum postrema quatuor sistunt lemmata capitulorum quatuor librorum operis. Editionem commodatam habui a fel. mem. Abb. Nic. de Rossi dum viveret. Reperitur in Corsiniana, & in Biblioth. Em. Card. Valentii Gonzagae.

## X.

MATTHAEI bossi veronensis ca
nonici regularis ad timo
theum veron. canon. re
gul. præconem dei sum
mum de veris ac saluta
ribus animi gaudiis.
Prohemium foeliciter
incipit
*In fine:*
IMPRESSIT.
FLORENTIAE
Ser Franciscus Bonaccur
sius. Anno Salutis
M. CCCC.
.LXXXXI.
Sexto Idus
FEBRVARII.
(*in* 4°.)

Perpulchra editio, cui decus adjungat Epist. Politiani ad Laur. Medicem, qua Bossi opus a se & Joanne Pico vehementer probatum, legendum misit: *Delectaberis arbitror* (inquit prope finem) *argumento, sensibus, indole, nitore,* &c. *Ac si tuus hic etiam accesserit calculus, dabitur opera protinus ut in multa li-*
*ber*

ber *exemplaria transfundatur*. *Vale*. Nulla temporis nota signata est haec epistola, quae totam primam paginam & sequentis lineas novem occupat. FLORENTIAE.

Folio secundo incipit ipsius Bossi prooemium ad Timotheum Veronen. Can. Regul., quod quatuor fere occupat paginas. Folio V. incipit opus ipsum, praefixo hoc titulo:

INTER MATTHAEVM VERON. ET
SERAPHIM PATAVVM CANONI
COS REGVLARES DE VERIS AC
SALVTARIBVS ANIMIS GAVDIIS
DIALOGVS INCIPIT

TOLLE GVSTA EXVLTA.

Editio est cum foliis signaturis, & registro, in quo decem descripti sunt quaterni & unus quinternus, seu folia 90., ex quibus primum & ultimum vacant. Exstat in Casanat. & Corsiniana.

## XI.

„ LVNARE ovvero Tacuino perfecto in lingua Fiorentina per
„ l'anno 1491. fino all'anno 1550. Firenze 1491. *in* 4°.

Ex Catal. Biblioth. Abb. Nic. de Rossi, pag. 56.

## XII.

„ PROEMIO di Bartol. Fontio a Fran. Baroncini nella tradu-
„ zione delle Epistole di Falaride, *colla medesima traduzione*. Firen-
„ ze 1491. *in* 4°.

Paitonus ex Fabricio, Biblioth. M. & Inf. Lat. Giandonati pag. 414.

## XIII.

„ La vendetta di nostro Signore Jesu Christo facta da Tito e
„ Vespasiano, Poema di BERNARDO PVLCI. Firenze 1491.
„ *in* 4°.

Duo de hoc Poematio notat Quadrius tom. VI. pag. 148. I. ex charactere apparere ipsum impressum fuisse a Francisco Bonaccursio; II. sine dubio opus esse Bernardi Pulcii, etsi cum Pulcii, cum Bonaccursii nomina in ipso desint. Editionem agnovit Ferd. Giandonati pag. 192.

MCCCCLXXXXII.

FLORENTIAE.

## MCCCCLXXXXII.

### I.

Historia Fiorentina di LEONARDO ARETINO tradotta da Donato Acciajoli.

*Ad calcem:*

FINE Del duodecimo & ultimo libro della historia del Popolo Fiorentino composta da Messer Lionardo aretino ī latino. Et tradocta in lingua thoscana da Donato Acciaiuoli adi. xxvii. dagosto. M. cccclxxiii.

Impresso in Firenze per Bartholomeo. p. Fiorentino: Nellanno del M. CCCCLXXXXII. Adi V. di Giugno.

LAVS IMMORTALI DEO.

(*in fol.*)

### II.

Historia Fiorentina di messer POGGIO tradotta in volgare da Iacopo di lui figlio.

*In calce:*

Finito loctauo & ultimo libro della historia Fiorentina di Messer Poggio tradocta dilingua latina in lingua toscana da Iacopo suo figliuolo Impresso in Firenze per Bartolomeo .p. fiorentino nel M. CCCC. LXXXXII. adi. III. di Septembre.

LAVS DEO

(*in fol.*)

Quisquis fuerit typographus, qui utramque hanc historiam, ac Fl. Josephi histor. de Bello Judaico, sub anno 1493. referendam, impressit, & in quibus solam primam sui nominis literam *P* scripsit, certum est eum typographiae Florentinae decus adjunxisse: Romano siquidem pulchroque charactere usus est, ex eo genere, quod Silvium majorem vocant, qualis plane decere videtur Historicos libros omnium manibus terendos; & praeterea sobrie admodum compendia literarum adhibuit.

Prima ex his Historiis ab Interprete dicata fuit: *Alli excellentissimi Signori Priori di libertà e gonfaloniero di giustizia del Popolo fiorentino*, Epistola seu prooemio ipsi praeposito, in quo prope finem sic loquitur:

„ Io Donato Acciaioli vostro fedelissimo cittadino desidero in questa tra-
„ ductione . . . . . . . essere di tale eloquenza, che potessi a vostri comandamenti
„ sufficientemente satisfare, & con uno elegante & copioso stile in qualche par-
„ te rispondere alla degnità del sermone latino. Ma voi piglierete la fede, &c.

Huic prooemio subjungitur Auctoris prooemium, ad cujus calcem legitur:

Comincia il primo libro dela Historia Fiorentina,

quo lemmate terminatur prima pagina folii signati *a* 3. In exemplo Abb. Nic. de Rossi, quod unum hactenus vidi, deest folium signatum *a 1*, in quo fortasse vel operis titulus, vel index librorum operis continetur.

Ti-

Titulus secundae Historiae praepositus, qui totus majusculis literis exaratus est, sic habet. „ Prohemio di Jacopo di messer Poggio allo illustrissimo signor „ Federico da Montefeltro conte di Vrbino nella Historia Fiorentina di messer „ Poggio suo padre, et tradocta da lui di Latino in lingua Fiorentina „; quod Prooemium quatuor occupat paginas. In exemplo Ab. de Rossi, ante ejusmodi prooemium, duo habentur folia, quae indicem capitulorum octo librorum Historiae continent; & quae non incongrue postponi potuissent: signaturae siquidem majusculis literis expressae incipiunt ab citato prooemio, & pertingunt usque ad *O 6.* qua nota signatur sextum folium ultimi scapi, qui quinternus est, cum praecedentes omnes quaterni sint, licet speciem praeferant quinternorum, eo quod & quintum folium cujuslibet eorum, debita litera & numero 5 signatum sit, sicuti sextum ultimi scapi notatum est num. *6.* Signaturae primae Historiae minoribus alphabeti literis constant, & pertinent usque ad *bb 6.*, qui scapus, non secus ac in altera, quinternus est, cum praecedentes omnes quaterni sint. FLORENTIAE.

## III.

PLOTINI Philosophi Platonici opera philosophica, Latine ex versione Marsilii Ficini, cum eiusdem argumentis, & in quosdam libros commentariis.

*In fine:*

MAGNIFICO SVMPTV LAVRENTII
MEDICIS PATRIAE SERVATORIS
IMPRESSIT EX ARCHETYPO
ANTONIVS MISCOMINVS
FLORENTIAE
ANNO. MCCCC. LXXXXII.
NONIS MAII.

REGISTRVM.

*(in fol.)*

Primum folium in duobus exemplis Biblioth. Casanat. omnino vacat. Secundum signatum *a ii.* continet:

PROHEMIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN PLOTINVM
AD MAGNANIMVM LAVRENTIVM MEDICEM
PATRIAE SERVATOREM

Folio iii. incipit Plotini Vita composita a Porphyrio discipulo suo, traducta vero a Marsilio Ficino Florentino, subjectis testimoniis aliorum scriptorum, Longini cumprimis, & adjecta postremo dispositione librorum qui sunt 54. in sex novenarios distributi, quae omnia viginti prioribus voluminis paginis continentur. Pag. 21. habetur Exhortatio Ficini ad auditores in lectionem Plotini; & infra incipit argumentum ejusdem in primum librum Plotini. Ad calcem ante subscriptionem legitur Ficini Epistola ad Magnanimum Petrum Medicem, & infra subscriptionem positum est registrum cum insigni typographi. Registrum exhibet 44. foliorum fasciculos, subjecta hac declaratione: *omnes sunt quinterni prae-*

FLOREN-TIAE. *praeter* b, *qui est quaternus & o qui est sexternus*. Hisce accedunt duo alia folia, in quibus continetur *emendationum plurimum*.

IV.

„ Tractato dello amore di Iesu Christo composto da frate HIE-
„ RONIMO da Ferrara. in Firenze per Antonio Mischomini
„ 1492. *in* 4°.

Ex Catal. Biblioth. D. de la Valliere, tom. I. pag. 254.

V.

Incominciano alcuni singulari tractati di frate
VGO PANZIERA de frati minori. Et in questo pri
mo tractato parla della pfectione. Et prima di
certi suoi stati in generale.
*In calce*:
Impresso in Firenze per Antonio Mischomini
.M. CCCCLXXXXII.
Adi. VIIII. di Giugno
(*in* 4°.)

In exemplo Biblioth. Casanat. duo praeeunt folia, quae indicem capitulorum cujuslibet tractatus (qui sunt num. XIII.) continent; designata charta, in qua unumquodque quaerendum est: hujus enim libri chartae, seu folia anteriori facie, in summo, congruo numero notata sunt; eorumque postremus est LXXXXII. Praeter numeros, & signaturis insignitum est volumen, incipientibus a primo operis folio, signato *a 1*, & desinentibus in *m ii*. Priora duo folia, quae tabulam continent, nec numeris nec signaturis distincta sunt. Ultimo folio verso sub subscriptione habetur insigne typographi. Character Romanus & elegans. Editionem hanc refert cl. Morellius tom. IV. Biblioth. Pinell., pag. 19. ubi monet, eam praecessisse edit. Laur. de Morgianis & Soc. hujusmet anni, paulo post referendam.

VI.

Tractato dell'humiltà composto p frate HIERONYMO
da Ferrara
*Ad calcem*:
FINIS.
Impresso in Firenze per Antonio Mischomini
Adi ultimo di giugno. M. CCCCLXXXXII.
(*in* 4°.)

Charact. Rom. elegans, cum signaturis tantum. Folia 14. quorum primum rectum exhibet imaginem Crucifixi ligno insculptam, duobus angelis ejusdem brachia sustentantibus; & supra eandem adducta inscriptio; versum vacat. Exstat in Bibliotheca Em. Card. Valentii Gonzagae.

VII.

VII.

Tractato o vero Sermone della orazione composto
da frate HIERONIMO da Ferrara

*In fine:*

Impresso in Firenze, per Antonio Mischomini
Anno. M. CCCCLXXXXII. adi XX. doctobre

(*In* 4°.)

Sub adducto titulo habetur imago Christi in monte Oliveti orantis cum tribus discipulis dormientibus: folium versum vacat. Sequenti folio signato *a ii.* incipit opusculum, quod in tres particulas dividitur, & signatur usque ad *b iii.* *a* quaternus est. Character rotundus, sed non ex pulchrioribus Mischomini; desunt numeri, custodes & registrum. Exst. in Casanat.

VIII.

ANGELI POLITIANI prelectio in priora Aristotelis
Analytica. Titulus Lamia

*In fine:*

Impressit Florétiæ Antonius Miscominus Decimo
octavo Kal. decembris. M. CCCC. LXXXXII.

(*in* 4°.)

Editio est optimo charactere Rom., eodem prorsus quo Plotinus, cum signaturis tantum, & insigni typogr. sub subscriptione, quae occurrit ultimo fol. recto: folia XVI. Exst. in Casanat.

IX.

Tractato bellissimo & deuoto composto da VGO PĀ
TIERA da Prato dellordine de frati minori.

*In fine:*

Impresso in Firenze. A di. XV. di Dicembre. M.
CCCCXXXXII. Per Ser Lorenzo de Morgiani.
& Giouanni da Maganza.

(*in* 4°.)

Sub recitato titulo habetur imago cujusdam S. scribentis ligno insculpta; folium versum vacat. Editio est eodem charactere ac opus S. Antonini, inscriptum: *Curam illius habe*, sub anno seq. referendum, & cum signaturis tantum, sicut illud: utrumque commodatum habui a f. m. Abb. Nic. de Rossi, dum viveret.

FLORENTIAE.

X.

„ Alcuni singolari Tractati di VGO PANTIERA da Prato. *Fio-
„ renza per Ser Lorenzo de' Morgiani e Giovanni da Maganza* 1492.
„ *in* 4°.

Morellius in Catal. Biblioth. Pinell. tom. 4. pag. 19.

XI.

„ La Vendetta del nostro Signore Iesu-Christo, facta da Tito
„ e Vespasiano: Poema. In Firenze, senza nome di Stampatore,
„ a di 3. di Marzo, l'anno 1492. *in* 4°.

Deburius, *Bibliogr. Instruct.*, *Belles lettres*, tom. I. pag. 686. Ante Deburium editionem in suis Originibus retulit Orlandius, pag. 153. Vide ad annum 1491. num. XIII.

XII.

„ MATTHAEVS BOSSVS de veris ac salutaribus animi gaudiis.
„ Florentiae per Francisc. Bonaccursi 1492. *in* 4°.

Orlandius, par. II. pag. 302.

XIII.

MATTHAEI BOSSI Can. Reg. Lateran. Recuperationes Fesulanae, Ioanni Medici Card. inscriptae & dicatae. Florentiae 1492.

Est haec prima hujus operis editio, cujus locupletissimus testis est ipse auctor Bossus in Epist. ad P. Baroccium Episc. Patavinum, Editioni Bonon. anni 1493. hujusmet operis praeposita. Errant autem, & vehementer quidem, qui hoc opus titulo *partis primae Epistolarum* Bossi enunciant. Vide in *hoc Specimine* pagg. 86. 87.

XIV.

„ Divoto transito di S. Girolamo. *Firenze a di* 13. *di Febbrajo*,
„ senza Stampatore 1492. *in* 4°. En lettres rondes, & sans chifres
„ ni reclames, mais avec signatures.

Ex Catal. Librorum P. Antonii Crevennae, tom. VI. pag. 127. &c.

XV.

MARSILII FICINI Commentaria in libros Dion. Areopag. de Mystica Theolog. & de Divinis Nomin.

Vide ad annum 1496.

MCCCCLXXXXIII.

FLORENTIAE.

MCCCCLXXXXIII.

I.

MARSILII FICINI de Sole et Lumine *libri duo ad* Petrum Medicem.

*Ultimo folio verso legitur:*

Impressit ex archetypo Antonius Mischomi nus Florentię Anno Salutis. MCCCC. LXXXXIII. Pridie Kal. Februarias.

(*in 4°. par.*)

Primum folium rectum omnino vacat: eodem verso legitur:

MARSILII FICINI PROHEMIVM IN LI BRVM DE SOLE AD MAGNANIMVM PETRVM MEDICEM

quod totam paginam occupat. Lib. de Lumine terminatur cap. XVI. post quod sequitur *Apologia in librum suum de Sole & Lumine*, quae tribus constat Epistolis: prioribus duabus ipsius Ficini; I. ad Phil. Valorium data XI. Jan. 1493.; II. ad Martinum Uranium Praenniagerum Germanum, commendata die XVIII. ejusdem mensis; III. Bindacii Recasolani ad Gregorium Alexandrinum, cui subjunctus est Catalogus librorum a Marsilio tum compositorum, tum traductorum, sub quo posita est typogr. subscriptio, & infra, ejusdem insigne. Solis signaturis instruitur; folia 36. Exstat in Casanat., Corsin., &c.

II.

„ Libro di Giuocho da Scacchi intitolato de Costumi de gli
„ huomini et degli offitii de Nobili. (*in fine*): Finito è il libro
„ utile et bello del giuoco degli Scachi intitolato degli costumi
„ degli huomini e degli uffitii de Nobili e d'altri humani stati.
„ composto per Maestro Iacopo dacciesole (*così*) dell'Ordine de
„ Frati Predicatori ad honore e solazzo de Nobili maximamente
„ di coloro che sanno il giuoco degli Scacchi. Impresso in Fi-
„ renze per Maestro Antonio Miscomini. Anno MCCCCLXXXXIII.
„ adi primo di Marzo, in fol. *Argelati*.

„ Che aggiunge: non c'è nome di traduttore alcuno, ed è bella edizione. Li-
„ bro veduto da noi in varie librerie tanto in Firenze che in Bologna, e fra
„ quelle di Milano nell'Ambrosiana, e nell' altra più volte lodata de' Signori Marchesi *Gregorio*, ed Abate *Aliprando* fratelli Visconti.

Haec cl. Paitonus, *Bibliot. degli Autori Antichi volgarizzati*, tom. II. pag. 185. Editio exstabat in Biblioth. Pinell. & refertur in ejusd. Catal. tom. V. pag. 97. in

FLOREN- in Biblioth. Cappon. uti liquet ex ejusd. Biblioth. Catal. pag. 116., ubi ea paucis recensetur, & figuris ligno insculptis ornata esse annotatur, quod ne- TIAE. que Argelatus, neque Paitonus tetigerunt. Extabat denique in amplissima collect. Libb. P. Ant. Crevennae.

III.

Sermoni dello Egregio doctore Diuo AVRELIO AVGV
STINO | Padre dellaregola heremitana: di piu utilissime vir
tu et sācti amestramēti cōducēti allagloria di uita eterna
*In fine:*

Impresso in
FIRENZE
Per Maestro Antonio Miscomini
Anno. M. CCCCLXXXXIII. Adi. XXVIII.
DI GIVGNO.

(*in* 4°.)

Quid primo hujus editionis folio contineatur, certo affirmare non possum; quod exemplo Biblioth. Casanat., quod unum in praesentia mihi videre licet, illud desit. Recitatus titulus occurrit in fronte folii signati *a ii.*, a quo incipit primus sermo; quodque certe est secundum folium voluminis. Probabile autem est primo folio haberi imaginem S. Doctoris, sicuti habetur in edit. Francisci de Dino hujusmet anni paulo post referenda. Ultimo fol. recto occurrit, *Tavola de sermoni che si contengono in questo libro*, qui sunt num. XVIII., & eodem verso typographi subscriptio, cum ejus insigni. Constat ex tribus quaternis, uno terno, & uno duerno, quibus debitae adscriptae sunt signaturae: reclamantibus autem, numeris & registro caret. Character Romanus est valde pulcher; alius tamen a speciosiori, quo Mischominus varia alia impressit opera. Ext. in Corsiniana, Casanat. &c.

IV.

ZACHARIAE LILII
VICENTINI
CANONICI
REGVLA
RIS OR
BIS BRE
VIARIVM
FIDE COM
PENDIO OR
DINEQ. CAP
TV AC MEMO
RATV FACILLIMVM
FOELIX ET GRATVS LEGITO

*In*

*In fine :*

IMPRESSIT
Florentię Antonius Miſcominus
Anno Salutis. M. CCCCLXXXXIII.
Nonis Iuniis,

*in* 4°.

FLOREN TIÆ.

Duae praeeunt Epiſtolae: prima ipſius Lilii ad Matthaeum Boſſum, qua librum ipſi dicat, ejuſque conſtructionis rationem paucis explicat; II. ipſius Boſſi reſponſiva in operis commendationem: quae ſimul quinque fere priores occupant paginas. Pagina ſexta exhibet allatum titulum eleganti ornatu, ligno inciſo incluſum. Pagina 7. agitur de quinque orbis zonis, deſignatis tribus ejus partibus, eo tempore notis, *Aſia* nimirum, *Africa* & *Europa*, quarum extenſio, & poſitio duabus figuris ſequenti pagina utcumque exhibentur. Pagina nona tandem incipit opus ipsum ordine alphabet. inſtar lexici digeſtum: cui ad calcem generalia quaedam ad Geographiam pertinentia ſubnectuntur, ad quorum finem poſita eſt typographi ſubſcriptio. Poſt haec ſequuntur tria alia folia, in quibus ordine alphabetico deſcripta ſunt nomina urbium celebriorum, *quae in hoc libello continentur*, & infra poſitum eſt typographi inſigne. Signatur ab *a i.* uſque ad *v iii.*, omneſque ſcapi, primo excepto qui duernus eſt, & ultimo qui ternus, ſunt quaterni. Caetera typographica adjuncta deſunt. Exſt. in Caſanat. in Corſiniana, &c.

## V.

SPECHIO (*ſic*) DI CROCE

*In calce :*

Impreſſo in firenze per maeſtro Antonio Miſcho
minini (*ſic*) nell anno. M. CCCCLXXXXIII.
Adi XIIII. di Nouembre

( *in* 4°. )

Sub adducto titulo habetur figura, ligno inſculpta, quae Jeſum Chr. crucifixum cum latronibus, adſtantibus piis mulieribus, dilecto diſcipulo, Longino, lanceam tenente, judaeorum militumque cataphractorum turbam repraeſentat. Altera pagina ejus folii omnino vacat. In fronte ſequentis folii recti legitur: DIVOTO ET MORALE LIBRO INTITOLATO SPECHIO DI CROCE PROLAGO, ſine auctoris nomine. Fere omnes capitales literae florentes ſunt, valdeque pulchrae. Character Romanus eſt & elegans. Poſtrema duo folia tabulam capitulorum continent, & ad ejus calcem poſita eſt typogr. ſubſcriptio, cum ejus inſigni. Signatur ab *a* uſque ad *o ii.* omneſque ſcapi, ultimo excepto, ſunt duerni. Exſt. in Caſanat.

## VI.

„ Della imitatione di Ieſu Chriſto di meſſer GIOVANNI GERSO-
„ NE (THOM. a KEMPIS). In Firenze, per Ant. Miſchomini, 1493.
„ *in* 4°.

Ex Catal. Biblioth. D. de La Valliere, tom. I. pag. 248. Editionem retulit Orlandius, parte 2. pag. 336.

VII.

FLORENTIAE.

## VII.

Sermoni dello egregio doctore Diuo AVRELIO AVGVSTINO padre della reghola heremitana di piu utilissime uirtu cõducenti alla gloria diuita eterna molto diuoti.

*In fine*:

Fine desermoni diuotissimi del glorioso messer sc̃o Augustino traducti. dilatina inlĩgua fiorentina remendatissimi p huomini. docti ipsi cũ sĩgular diligentia p Frãcesco didino dafirenze adi .V. digiugno. MCCCCLXXXXIII.

( *in* 4°. )

Editio est charactere Gothico grandiori cum signaturis tantum, pertinentibus ab *a* 1 ad *g* 3. Sex priores foliorum fasciculi quaterni sunt; postremus, ternus. Frons operis ornatur effigie S. Doctoris stantis, dextera librum, sinistra pastorale tenentis, supra quam legitur recitatus titulus. Ultimo folio recto habetur Sermonum index; & infra typogr. subscriptio; versum vacat. Exst. in Casanat. & apud Can. Devoti.

Editionem refert Laerius, tom II. sui Indicis, pag. 163. sed parum accurate; & ex ejus verbis apparet, ipsum prae manibus habuisse exemplar imperfectum, cui nimirum deerat primum folium, in quo supra imaginem S. Augustini verus titulus occurrit: quem enim ipse affert ex verbis subscriptionis in partes duas discerptis, confictum esse manifestum est. Meminit capitalium, quibus libellus ornatur, nihilque tangit de imagine S. Augustini praecipuo libelli ornamento. Caeterum recte observavit editionem ignotam fuisse Maettario (addere potuisset, Orlandio, Mannio, Argelato, & Denisio); sed omittendus fuisset Index Biblioth. Capponianae, in quo soli libri in ea exstantes recensentur.

## VIII.

INCOMINCIA IL PROEMIO DI IOSEPHO EBREO NEL LIBRO DELLA HISTORIA DELLA GVERRA HEBBONO IGIVDEI COROMANI

*In fine*:

Impresso in Firenze per Bartholomeo. P. adi VI. di Luglio. MCCCCLXXXXIII.

( *in fol.* )

Est hic tertius liber historicus mihi notus, qui e prelo Bartholomaei. P. Florentiae prodiit, non minori studio & diligentia, quam priores duo superiori anno recensiti, excusus. Praemittitur auctoris anonymi prooemium, in *laude della historia & dell' opera o uero libro di Iosepho historico prestantissimo con sommo studio & diligentia impresso*, quod totum primum folium (1) versum occupat, recto vacante. Solis signaturis instruitur, quae incipiunt a folio sequenti, quod

(1) Hoc folium additicium est, neque in signaturarum serie comprehenditur.

quod est operis primum & signatur a 1, & pertinent usque ad R iii. Praecedentes omnes foliorum fasciculi, quaterni sunt. Character idem est ac historiarum Florentin., de quibus superiori anno dictum est. Editio refertur ab Argelato, & Paitono, qui pulcherrimam & rarissimam eam vocant, operisque interpretem incertum dicunt. Recensetur quoque a Giandonato in nova edit. Biblioth. Haymi, pag. 7. Exst. in Casanat., & Corsin. FLORENTIAE.

IX.

Tractato uolgare difrate ANTONINO arciuescouo di Firenze che e intitolato Curam illius habe.

*In fine:*

Impresso in firenze per Ser Lorenzo de morgiani & Iañi di Piero di magaza oggi questo di xxiii di maggio. M. cccc. lxxxxiii.

( *in* 4°. *par.* )

Sub recitato titulo visitur S. Archiepiscopi scribentis figura ligno insculpta. Sequenti folio signato *a* 2. incipit tractatus ipse, cujus signaturae pertingunt usque ad *ll*. Scapi omnes usque ad *i*, quaterni, *k* ternus, *l* duernus. Ultimo folio verso alia occurrit S. Archiep. figura poenitentem absolventis. Character non nimis pulcher. Exstabat apud Nic. de Rossi: modo in Corsin.

X.

LIBRO molto deuoto e spirituale de fructi della lingua.

*In fine:*

Impresso infireze appresso a sancta maria maggiore per Ser Lorenzo morgiagni & Giouāni di Piero tedesco damaganza. Adi quatro di septembre. MCCCCLXXXXIII.

( *in. fol. par.* )

Adductus titulus, qui est charact. semigothico grandiori, occurrit primo folio recto supra imaginem Salvatoris gloriosi, quae est secunda ex tribus figuris, quae ornant *Montem S. Ant.* Bettini, ab his ipsis typographis impressum anno 1491. et de quo suo loco habitus est sermo. Folium versum omnino vacat. Seq. folio recto, columna prima legitur:

Prolago del libro intitolato E fructi della lingua composto da frate Domenico cavalcha da Vico Pisano dellordine de predicatori

Ad cujus calcem subjiciuntur singula totius operis capitula, seu capitulorum argumenta, quae sunt num. XXXVII., quibus fere terminatur totum folium versum. Duae priores capitales florentes sunt & valde pulchrae, prima praesertim, quae altera multo major est. Character Rom., idem omnino ac Montis S. Dei, & Pun-

FLOREN-TIAE. Pungilinguae, antea impressorum ab hiscemet typographis. Signatur ab *a*, usque ad *o* iii. omnesque foliorum fasciculi terni sunt, primo excepto, quo comprehenditur nominata figura, quae in registro, quod est in fine, primo loco recensetur. Exstat in Casanat., & Corsiniana.

## MCCCCLXXXXIV.

### I.

La buccolica di VIRGILIO traducta di latini in uulgari versi per Bernardo Pulci a Lorenzo de Medici; con due elegie e un Sonetto del medesimo — Buccolica di Francesco de Arsocchi Senese — Buccolica di Hieronymo Benivieni Fiorentino — Buccolica di Iacopo Fiorino de Boninsegni, &c. *in calce*:

Finite sono le quattro Buccoliche sopradecte. Con una elegia della morte di Cosimo. Et unaltra elegia della morte della Diva Simonetta. Et risposta della decta Diua Simonetta. Et unaltra elegia dinuouo adgiunta.

Impresso
in Firenze
per Maestro
ANTONIO
MISCHOMINI
ANNO. M. CCCC. LXXXXIIII.
ADI. XVIIII. DEL MESE DAPRILE.
(*in* 4°.)

Quid inter novam hanc Bucolicorum carminum editionem, & antiquiorem anni 1481. intersit, ex allata subscriptione satis clare intelligitur: praeter quatuor diversorum Auctorum Bucolica carmina, duasque elegias, primam in obitum Cosmi Medicis, alteram in obitum divae Simonettae cum Responsione ejusdem, memoratur & Elegia recens addita, quae Latina est, & hoc titulo praenotatur: P. M. *Elegia ad Florentiam in laudem Hieronymi Beniuieni, Florentini, qui bucolicum carmen ediderat ethrusco carmine*: quae Elegia in priori editione non occurrit. Ultimo folio recto exhibetur registrum libri, ex quo apparet ejus folia, etsi aliquanto plura contineant quam prima editio, pauciora tamen esse, quam folia primae, quod idcirco huc afferre operae praetium existimo:

REGISRO (*sic*)
a b c d e f g h i k l m n

Subjecta hac declaratione:

*Tutti sono quaderni excepto .m. che e terno et .n. che e duino.*

In antiquiore editione, signaturae pertinent ab *a* usque ad *q*, omnesque fasciculi

culi quaterni sunt, praeter *f* & *q*, qui sunt terni; ut suo loco notatum est. Charact. rotundus & pulcher. Exstat in Corsin. & Casanat. (1)

FLORENTIAE.

II.

„ GIOVANNI GERSONE *Cancelliere di Parisio*, Della Imitatione
„ di Christo Giesu, et del dispregio di tutte le chose del Mondo.
*In calce*:
„ Finita e questa opera utile et tucta piena di spirituale devotione
„ decta della imitatione di Christo et del dispregio delle cose mon-
„ dane, con un divoto tractato del Sacramento del Altare composta
„ per messer Giovanni Gersone. Impresso in Firenze per maestro
„ Antonio Mischomino anno salutis M. CCCC. LXXXXIIII. adi pri-
„ mo di Luglio. *in* 4°.

Ex Appendice Mittarellii ad Codd. mss. Biblioth. S. Mich. Venet. prope Murianum, col. 171. Editio exstabat apud f. m. Abb. Nic. de Rossi: modo reperitur in Corsin.

III.

LIBRO
DELLI COMANDAMENTI
DI DIO
DEL TESTAMENTO VECCHIO
ET NUOVO
ET SACRI CANONI
COMPOSTO
Da Frate MARCO DAL MONTE
Sancta Maria in gallo Dellordine
de Frati Minori | della Provincia
della Marchá di Ancona

*In fine*.
Finito e | questo utilissimo tractato delli comandamẽti
consigli et sacri canoni della sancta madre ecclesia xpiana
catholica Romana. Impresso in Firenze per maestro Antonio Miscomini Anno. M. CCCCLXXXXIIII.
(*in* 4°.)

Allatus titulus occurrit primo folio recto; & infra ipsum posita est figura ligno insculpta, quae religiosum Ord. Min. e suggestu ad populum concionantem exhibet. Eodem verso habetur Index, de' *Libri necessarj alla salute humana Corporale, Temporale et eterna*. Sequens folium versum sistit *la figura della vita Eterna, ovvero del paradiso, et delli modi et vie di pervenire a quella*, cujus figurae partes singulae exponuntur, & declarantur duobus sequentibus foliis, sive ter-

*u u* 2 tio

(1) Exemplum Casanat. deficiens est.

FLORENTIAE. tio et quarto. Hisce subjungitur: *Exempio, figura et autorita notabile a sapere et intendere la necessita di questo libro delli comandamenti di Dio.*, quae quatuor posteriora primi quaternionis foliola occupant. Post haec incipit opus ipsum, ad cujus secundi capituli calcem duae subjunctae sunt figurae, quarum prima desertum Sinay, altera montem Sinay exhibet, quae duae figurae ligno insculptae duas integras implent paginas; prima nempe octavam, secunda vero nonam operis ipsius: Editio est charact. Romano, cum signaturis, quae pertinent usque ad *L* v. omnesque foliorum fasciculi sunt quaterniones, praeter ultimum, qui est quinternio. Exstabat apud Abb. Nic. de Rossi; nunc in Corsin.

## IV.

„ HIPPOCRATIS Sententiae, & in eas Galeni Commentationes Lau-„ rentio Laurentiano interprete: quas Antonius Miscominus ex „ archetypo Laurentii diligenter formulis imprimi curavit. Flo-„ rentiae 1494. decimo septimo Kal. Nov. *in* 4°.

Maettarius, pag. 573. nullo laudato teste. Editionem in utraque suarum Originum parte memorat & Orlandius.

## V.

Tavola della SALVTE. Per Antonium Miscominum, Florentiae 1494. *in* 4°.

Idem, pag. 132. et ex ipso Maettarius, pag. 587. Utramque hanc edit. Orlandius Mischomino tribuit: Maettarius de typographo silet.

## VI.

LIBRO DI FRA CHERVBINO.

*In fine:*

Impresso in Firenze a di. xxviii. di Giugno
MCCCCLXXXXIIII. Per ser Lorenzo
de Morgiani e Iañi da Maganza.
(*in* 4°.)

Primum folium ornatur figura ligno insculpta, quae familiam religiosorum S. Francisci genuflexorum, & orantium in vicinia coenobii exhibet, duce ipso, ut videtur Divo Francisco, qui medius inter eos longam complectitur, & adorat crucem; & super ejusmodi figuram legitur allatus titulus:

LIBRO DI FRA CHERVBINO.

Reliquum omne hujus primi folii vacat. Sequenti folio signato *a* ii hic occurrit titulus,

Incomĩcia una opera brieue della vita spirituale del divoto frate Cherubino del ordine de frati minori obseruanti la quale lui dirizo a Iacopo de Borgiani fiorentino.

Paulo

Paulo post medium voluminis folio verso, legitur titulus alterius opusculi, qui talis est: FLORENTIAE.

Incomincia la regola che māda el padre frate Cherubino della vita matrimoniale a Iacopo de Borgianni.

Eadem signaturarum serie non interrupta signatur utrumque opusculum, & hae signaturae pertinent ab *a* usque ad *iiii.* omnesque scapi quaterni. Character semigoth. est & grandior; alius tamen ab eo quo sunt Sermones nomine S. Augustini inscripti, ad FF. in Eremo. Exst. in Casanat., & Corsin.

VII.

Prohemio sopra la expositione del Paternoster cō posta in latino da fra HIERONYMO da Ferrara Del lordine (*sic*) de frati predicatori: traducta p gli deuoti cōtemplatori da uno suo amico in vulgare. Con una Epistola della comunione ad una devota donna Bolognese

*In calce:*

FINITA
E questa devota et utile expositione del pater nostro composta da fra Hieronymo da Ferrara dellordine de frati predicatori. Et una bella epistola della comunione auna deuota donna Bolognese Impressa In Firenze per Maestro Antonio Mischomini Anno. M. CCCCLXXXXIIII.

(*in* 4°.)

Pulcherrima editio, optimo charactere Romano, cum signaturis tantum, quae pertinent ab *a* usque ad *c* iiii., tresque ejus scapi sunt quaterni. Exstat in Casanat. & Corsiniana.

VIII.

TRACTATO O VERO LIBRO CHIAMATO PVNGI LINGVA

*In fine:*

Impresso in Firenze con somma diligētia correpto adi dieci di Giugnio. M. CCCCLXXXXIIII.

(*in* 4°.)

Sub

FLORENTIAE. Sub ejusmodi titulo habetur figura ligno incisa, quae ad dexteram duos religiosos ord. PP. ante fores propriae domus, ut videtur, stantes, eorumque primum cum aliquot mulieribus velatis ad sinistram, & ipsis ante fores proprii monasterii stantibus, loquentem exhibet, quae eadem figura occurrit in opusculo quodam Hieronymi Savonarolae ad Viduas, infra referendo. Reliquum omne ejus folii vacat. In fronte seq. folii signati *a* 2. legitur:

IN NOMine patris & filii & spiritus sancti Amen: Incomincia elbellissimo & utile tractato contro alpe cato della lingua:
Prolago sopra decta opera compilata & facta per frate Domenico Caualcha da Vico Pisano frate predicatore.

qui prologus totam primam folii faciem occupat: faciem versam cum maxima parte faciei rectae folii tertii, occupat index capitulorum operis, quae sunt num. XXXI., et infra ipsum incipit capitulum primum. Character Romanus est & valde pulcher. Signaturae pertinent ab *a* usque ad *o* 4, omnesque foliorum fasciculi quaterni sunt. Variae occurrunt editiones Florentinae hoc eodem charact. impressae, & sine typogr. nomine. Ext. apud Can. Devoti, & in Corsiniana.

## IX.

ANTHOLOGIA, seu collectio Graecorum Epigrammatum litteris Graecis quadratis impressa, cum longa Præfatione Latina Ioannis Lascaris Rhyndaceni ad Petrum Medicem.

*Ad hujus calcem*:

IMPRESSVM FLORENTIÆ PER LAVRENTIVM FRANCISCI DE ALOPA VENETVM. III. IDVS AVGVSTI M. CCCC. LXXXXIIII.

(*in* 4°.)

Recte observavit Deburius perpauca reperiri hujus editionis integra exempla. Post operis enim finem, qui quaterno KK IIII continetur, alius sequitur in integris exemplis foliorum fasciculus minime signatus, qui continet Graecum Jo. Lascaris Rhyndaceni Epigramma, & Epistolam Latinam ejusdem ad P. Medicem, quorum utrumque literis capitalibus non secus ac opus ipsum excusum est: Et hic scapus ille est, qui plerumque deest; sicut deest in exemplo Bibliothecae Casanat., & deerat in exemplo Excellentiss. B. Cajet. Valentii Gonzagae: quod ut suppleret, Vir generosus & librorum rariorum studiosissimus, superiori anno aliud exemplum, in medio duobus foliis deficiens, sed Epigrammate & Epistola Jo. Lascaris instructum, pretio 22. scutorum Romae comparavit. Quemlibet fasciculum ex octo foliolis constare debere affirmat Deburius: quod etsi verissimum judicem, proprio tamen experimento recognoscere ob temporis penuriam non licuit. Totum opus in septem sectiones dividitur; quarum unicuique sua praeponitur tabula, quid in iis contineatur, ostendens, e. c. ΕΙΣ ΑΓΩΝΑΣ, ΕΙΣ ΑΜΠΕΛΟΝ. &c. Conferat L. Maettarium in Praefat. ad suos Annales, & Deburium, Belles Lettres, num. 2488. Ext. in Biblioth. privata SS. D. N. PII PP. VI., in Corsiniana, &c.

X.

FLORENTIAE.

X.

„ IOANNIS FERRARIENSIS Liber de Vita Coelesti et Anima-
„ rum immortalitate. Florentiæ 1494. = *Ejusdem* Opus quadragesi-
„ male. *ibid. & eodem anno.*

Utrumque opus refert Orlandius in utraque suarum Originum parte: in prima, pag. 136. inter editiones, quarum ignorantur nomina impressorum; in secunda, pag. 323. ubi utramque tribuit Francisco Bonaccursio. Neutram in sui operis textum inseruit Maettarius, qui pag. 574. unam primi operis editionem Parmensem per Matthaeum Capcasam recenset, varia tamen in subjecta annot. (1) circa utramque notans, omnino idcirco videndus.

XI.

MARSILII FICINI Epistolæ. Florentiae 1494. *in* 4°.

Maettarius, pag. 789. ex Catal. Menars. pag. 368. Editio mihi admodum suspecta. Vide sub anno seq.

MCCCCLXXXXV.

I.

„ Sermoni Volgari devotissimi di SANCTO BERNARDO Abbate
„ di Chiaravalle necessarii al ben vivere: ridotti in lingua Tosca-
„ na. (*in fine*) Impresso in Firenze con somma diligenza per Ser
„ Lorenzo Morgiani et Giovanni di Maganza, ad istanza di Ser
„ Pietro Pacini da Pescia. Adi XXVIII. di Gennaio M. CCCC.
„ LXXXXV. *in* 4°.

Hujus editionis descriptionem sic exorditur cl. Paitonus: „ Comincia il libro
„ da me veduto ed esaminato diligentemente nella *Zeniana* per questo titolo,
„ colla effigie sotto al titolo, di San Bernardo, che lo presenta alla Sorella „ che
„ ginocchioni lo riceve; e sotto l' effigie: Sermone composto dal traductore di
„ questa opera in volgare a Lauro suo figliuolo religioso, con otto linee di esso
„ sermone. Faccio questa minuta relazione della prima faccia perchè non mi sov-
„ viene di essermi imbattuto di vedere altri libri con tal principio, di maniera
„ che da prima sospettai di qualche difetto della copia da me veduta, del qua-
„ le in progresso non mi accorsi. Al detto Sermone che è lungo tre facce, suc-
„ cede la tavola de' Sermoni (1) di San Bernardo, i quali sono LXXIII., e con
„ questa si chiude il primo quaderno, &c. Exst. in Corsiniana.

II

(1) Nec S. Bernardo, nec eju. sorori Humbelinae convenire monet Mabillonius.

FLOREN-
TIA.

## II.

COMPENDIVM REVELATIONVM INVTILIS SERVI IESV CHRISTI FRATRIS HIERONYMI DE FERRARIA ORDINIS PRAEDICATORVM.

*Ad calcem:*

Impressit Florentiae ser Franciscus Bonaccursius anno salutis Mcccclxxxxv. v. nonas mensis Octobris.

(*in* 4°.)

Numeris, reclamantibus, & registro caret; signatur ab *a* i., usque ad *g* iii, & quinque priores scapi quaterni sunt; sextus, ternus; septimus, duernus. Desinit folio recto; versum vacat. Character rotundus est & pulcher. Exstat in Casanat., & Corsiniana.

## III.

COMPENDIO DI REVELATIONE DELLO INVTILE SERVO DI IESV CHRISTO FRATE HIERONYMO DA FERRARA DELLO ORDINE DE FRATI PREDICATORI.

*In calce:*

Impsso ĩ Firenze p ser Frãcescho Buonaccorsi nel Mcccclxxxxv. A di xviii. di Agosto.

(*in* 4°.)

Itala haec revelationum Hieronymi Savonarolae editio superiore, quae Latina est, antiquior, utrum, sicuti impressione ita & compositione vetustior sit difficile dictu est. Fieri potest ut ipse Hieronymus utramque composuerit; sed itidem fieri potest ut altera ex ipsis haec nempe Itala ab aliquo ejus discipulo ex ejusdem Latino textu adornata fuerit, & tardius in lucem exierit ipse Hieronymi textus, quam versio. Quod spectat ad typos, nil a praecedenti differt; foliorum tamen numero, aliquantisper ea major est. Quatuor priores foliorum fasciculi, quaterni sunt; sequentes tres, terni; ultimus, duernus; & foliorum summa 54, cum praeced. sint tantum 50. Exst. in Casanat., & Corsin.

## IV.

Operetta molto divota composta da frate HIERONYMO da FERRARA dellordine de frati predicatori sopra e dieci comandamenti di Dio: directa alla Madõna ĩ ouero Badessa del monasterio delle Murate di Firenze.....

In

*In calce*: FLOREN-TIAE.

Impresso ĩ Firenze adi. xxiiii. doctobre. Mccccclxxxxv.

Frontem opusculi ornat figura ligno insculpta (1), quae duos monachos O. PP. cum aliquot mulieribus velatis loquentes repraesentat, supra quam legitur allatus titulus. Solis signaturis instructum est, quae ab *a* pertinent usque ad *d* 3.; tres priores scapi quaterni sunt; quartus, ternus. Initio cujuslibet praecepti habetur capitalis florens. Exstat in Casanat.

V.

INCOMINCIA IL PROLAGO DEL LIBRO ap pellato Specchio di vera penitentia compilato da Frate Iacopo Passavanti dellordine de frati predicatori

*In fine ante indicem* Capitulorum:

Finito illibro chiamato Specchio della uera penitentia Impresso in Firenze a di. xii. di Marzo M. cccc. lxxxxv. (*in* 4°.)

Primo folio recto habetur figura Salvatoris stantis ante aram, qui sinistra excelsam crucem complectitur, dextera sanguinem in suppositum calicem effundit. Arae circumpositus est egregius ornatus tantum patens quantum pagina ipsa; supra quem legitur:

Specchio di vera Penitentia.

Versum fol. prorsus vacat; in fronte seq. folii signati *a* 2 legitur:

INCOMINCIA IL PROLAGO DEL LIBRO ap pellato Specchio di vera Penitentia &c., uti supra.

Qui prologus paulo minus quam tria integra occupat folia. Folio signato *b* incipit opus ipsum; ad cujus calcem adjecta est tabula capitulorum, in qua indicantur chartae, ubi unumquodque incipit; etsi chartae ipsae numeris notatae haud sint: e. g. *della terza scientia diabolica a carte* cxxviii. Ultimum hoc capitulum incipit pagina secunda folii signati *r* 4., post quam, ad operis complementum, sequuntur alia 20. folia, quae adjecta folio 128. ubi incipit ultimum operis capitulum, efficiunt summam foliorum 148. qualem plane demonstrant ipsae signaturae, quae pertingunt usque ad *t* 4., suntque fasciculi omnes, quaterni, primo excepto, qui est duernus. Capitales florentes sunt nec invenustae, character idem ac Pungilinguae anni superioris. Editionem hanc reclamantibus penitus carere dici non potest: apposita enim primo fuit reclamans, tertio folio quaterni *b*: & deinde primo & tertio cujuslibet quaterni, usque ad ultimum, qui est *t* 4. Exst. apud Can. Devoti, & in Corsin.

VI.

„ La Vita di MERLINO con le sue Profetie historiade, che lui
„ fece, le quale tractano de le cose, che hanno avenire.



(1) Eadem ac quae ornat libellum Auctoris de vita viduali, quae refertur inter editiones Florent. sine anni nota. Character quoque idem est, & valde nitidus, & vel ex officina Bonaccursii, vel de Morgianis prodiit.

FLOREN In fine:

TIÆ. „ Tracta e questa opera del libro autentico del magnifico „ messer pietro Delphino fu del magnifico messer Zorzi translatato de lingua francesse in lingua italica, scripto nel anno „ del signore M. ccc. lxxix. adi xx. novembre, et stampado in „ Florentia del M. cccclxxxxv. adi xv. de Marzo. *in* 4°.

Bibliographie Instructive de Debure, Belles lettres num. 3781.

VII.

Die xiii. mẽsis Augusti. M. cccclxxxxv. in cõsilio gñali.

Considerando e nostri Magnifici et excelsi Signori. Signori. P. di Liberta & Gõfalonieri di giustitia del popolo Fiorentino Che &c.

Ex quator tantum constat foliis formae quartae, charactere rotundo cum signaturis *a*, a ii. Vetantur populo fieri conventicula & secreta colloquia. Uti nobis significavit cl. P. Amoretti, qui edictum evolvit in Corsiniana.

## MCCCCLXXXXVI.

I.

Tractato uolgare di frate ANTONIO Arcivescovo di Firenze intitolato Defecerũt | che insegna al confessore diche chasi & in che modo debbe domandare coluiche egli confessa.

*In fine:*

. . . . . . . . . . Impressa infirenze con somma diligentia & cura hauuta la chopia di optimi exemplarii (*sic*) apetitione di Ser Piero Pacini da Pescia per Ser Lorenzo Morgiani & Giovanni di maganza. Adi. xxii. di Febraio Anno Domimini (*sic*). M. CCCC. LXXXXVI. a b c d e f g h i k l m n o tutti quaderni (*in* 4°.)

Non videtur satis accuratus editionis titulus, qui legitur apud Maettarium, p. 607. Editionem superioribus annis primum vidi Ananiae in Bibliotheca S. Jacobi Ord. Praedic. Aliud deinde integerrimum exemplum adquisivi pro Biblioth. Casanat., & ex utroque apparet, titulum, quem affert Annalista, inaccurate transcriptum esse ex folio signato *a ii.*: primo enim fol. legitur titulus huc allatus; & sub eo occurrit

currit effigies S. Archiepiscopi ligno insculpta, qui in templo poenitentem absolvit. Ultimo folio verso habentur tria vel potius duo (1) insignia, in quorum singulis in basi inscriptum est: *Piscia* & in medio sigla. S. P. O quae ad ipsum P. Pacinium fortasse referuntur. Character rotundus est & nitidus. Desunt numeri, custodes, & registrum. FLORENTIE.

II.

LIBRO
Di Frate Hieronymo da Ferrara Della Semplicita
della Vita Christiana Tradocto
IN VOLGARE

*In fine*:

IMPRESSO
In Firenze per Ser Lorenzo Morgiani Ad instan
tia di Ser Piero Pacini. Adi ultimo doctobre
M. CCCCLXXXXVI.

( *in* 4°. )

Sub allato titulo habetur figura conclavis hominis religiosi, ligno incisa, in quo exhibetur ipse Savonarola sedens & scribens ante imaginem Crucifixi. Verso folio incipit *Epistola Hieronymi Benivieni* interpretis *ad Antonium Manetti*, quae totam paginam, & aliquanto plus quam dimidiam paginam sequentis occupat, residuo ejusdem vacante. Pagina versa charactere majusculo legitur:

EPISTOLA DI FRATE HIERONYMO DA
FERRARA DELLORDINE DE PREDICA
TORI SOPRA ELIBRI DELLA SIM
PLICITA DELLA VITA CHRISTIA
NA TRADOCTI DI LATINO IN
VOLGARE DA HIERONIMO
BENIVIENI FIORENTINO

Quae epistola tres fere occupat paginas; ad tertiae enim calcem positus est titulus Prologi auctoris in opusculum a Hieronymo Benivieni Italice versum; quod incipit seq. fol. recto signato *a* IIII.; & quinque priores scapi & ultimus, quaterni sunt; sextus, sexternus, ejusque singula folia litera *f* cum respondente numero signata sunt (2). Desunt numeri, custodes & registrum. Character Romanus est & nitidus; capitales florentes, & elegantes; ultimoque folio verso habetur insigne P. Pacini. Exstat in Casanat.

X x 2 Pri-

(1) Insignia lateralia eadem sunt, & minora intermedio: in cujus campo habetur Draco cum Corona, & siglis S. O .P. in area, & in basi nomen PISCIA. Duo lateralia, quae videntur ad Petrum Pacinum pertinere in area superiore columbam exhibent, & paulo infra ipsam, sigla S O P. sub quibus habentur duo Delphini, & sub ipsis nomen PISCIA.

(2) In distributione horum foliorum in exemplo Casanat. compactor erravit.

FLORENTIAE.

III.

IN HOC VOLVMINE CON
TINENTVR HI LIBRI.

Primus liber De origine & laudibus ſcientiarum.
Secundus liber. Contra Antipodes.
Tertius liber De miſeria hominis & contemptu mundi.
Quartus liber De generibus ventorum.
Quintus liber Vita Caroli Magni.
*Auctore* Zacharia Lilio *Vicentino*, *Canonico Reg.*
*In fine*:

FLORENTIAE
IMPRESSVM
Per Ser Franciſcũ Bonaccurſium
Impenſa vero & ſumptibus Ser
Petri Pacini de Piſcia. Anno Salutis
M. CCCC. LXXXXVI.
Septimo idus Aprilis

(*in* 4°.)

Egregia editio pulchritudine characteris & ſtili elegantia valde ſpectabilis. Primo folio recto legitur generalis titulus voluminis hic allatus. Eodem verſo habetur, Epiſtola SEBASTIANI CIAFFERI Can. Reg. Florentini ad Galeacium Bentivolum Apoſt. Sedis Legatum, qua libros in hac collect. contentos ad eum mittit; & in qua ſatis longa orationis periodo ipſum Lilium alloquitur, ejus opuſcula laudibus extollens.

Sequenti folio recto incipit primum opuſculum de Laudibus Scientiarum, praefixo hoc titulo:

ZACHARIAE LILII VICENTINI CANONI
CI REGVLARIS AD VENERANDVM
PATREM SACRIS LITERIS ET
PRVDENTIA CLARVM. D. GA
BRIELEM VICENTINVM CON
CANONICVM DE ORIGINE ET
LAVDIBVS SCIENTIARVM LIBER
INCIPIT.

in cujus calce notantur CAPITVLA HVIVS LIBRI, quae ſunt num. 29., eorumque primum, *Grammatica*; poſtremum, *Theologia*.

Libello *contra Antipodes* praemittit brevem Epiſtolam ad Auguſtinum Papienſem Can. Regularem. Libello de *miſeria hominis* &c. prooemium ad Matthaeum Boſ-

Bossum; & ad ejus calcem notantur Auctores tum ecclesiastici tum gentiles, ex quibus opusculum desumptum est, num. XXXIII., huicque opusculo subjicitur descriptio mortis, seu potius sepulturae, Innocentii VIII. cui interfuit, ad Joannem Donatum Canonic. Vicentinum. Libello de *generibus* Ventorum perbrevem epistolam praemittit ad laud. Matthaeum Bossum, qua illum ipsi dicat. Postremo hujus folio duae habentur figurae, prima *octo Ventorum*, altera 12., in cujus area tripartita, inscripta sunt nomina ASIAE, EUROPAE, & AFRICAE. Vitae Caroli Magni praemittit Epistolam ad D. Gabrielem Vicentinum Concanonicum, divini verbi oratorem; & ad hujus calcem legitur allata subscriptio. Post subscriptionem aliud occurrit folium sistens (REGISTRVM Totius operis) & infra (Emendata post impressionem,) & in aversa facie eadem tria insignia, quae habentur in edit. relata num. I. hujus anni. Custodibus scaporum, signaturis & registro instructa est. *a. b. c. e. f. g. i.* sunt quaterni, *d* ternus, *h* quinternus. Exst. in Casanat., Corsin. &c. FLORENTIAE.

IV.

Prediche di Frate HIERONYMO da Ferrara

*In fine:*

Impresso Nella Cipta Di Firenze
ad istantia di ser Loren
zo Vivvoli Lãno
Mcccclxxxxvi.
adi octo
di Feb
braio.
DEO GRATIAS
ET VIRGINI GLO
RIOSISSIME.

(*in fol.*)

Primo folio verso legitur Prooemium Laurentii Violi ad Ferrariae Ducem, & sequenti recto ejusdem Epistola ad L. quae & dimidium versum occupat. Folio tertio signato *a* fusior occurrit titulus, qui sic habet:

PREDICHE RACCOLTE PER
SER LORENZO VIOLI DA LA
VIVA VOCE DEL REVEREN
DO PADRE FRATE HIERO
NYMO DA FERRARA
GIORNO PER GIOR
NO MENTRE
CHE EPRE
DICA
VA
IL primo diquaresima a di xvii Febbraio
MCCCCLXXXXV.

Sunt

FLORENTIAE. Sunt conciones pro quadragesima, feria II. III. IV. & die VIII. Paschatis. Character rotundus, paginae bipartitae. Titulus & subscriptio huc adducti scrupulose descripti sunt ex optimo exemplo, quod pertinuit ad Abb. Nic. de Rossi nunc autem ad Corsinianam. In hac eadem Bibliotheca reperitur alius tomus continens conciones habitas diebus festis, post absolutam quadragesimam, earumque ultima habita fuit 27. Novembris; estque XXIX. sine subscript., duabus columnis, & charact. alio a praeced.

V.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ
**ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ**
ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

*In fine:*

**Εν Φλωρεντίᾳ ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἕκτῳ**

**ΠΙΝΑΞ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ ΒΙΒΛΙΟΥ**

(*in fol.*)

Ante subscriptionem, **Εν Φλωρεντίᾳ**, &c. legitur:

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΙΣ
ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΟΝ

quod incipit:

**Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε**, &c.

Post subscriptionem autem sequitur tabula, quae non omni accuratione constructa esse videtur. Nullus enim, e. c., Deorum dialogus sigillatim recensetur, duobus extremis exceptis, iisque alieno loco, (uti ante nos annotarunt alii) sed tantum generaliter Deorum dialogos XXIV. simul exhiberi declaratur:

**ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ, ΟΜΟΥ ΚΔ**

Deorum autem dialogi vulgo XXVI. numerantur; & postremi duo ex ipsis in hac edit. exhibentur inter Epistolas Saturnales post **ψήφισμα**, (quod in tabula omittitur) pag. 482. Primus ex ipsis inscribitur **Ζεὺς καὶ Ἥλιος**, alter **Ἀπόλλων καὶ Ἑρμῆς**.

Nullus similiter ex dialogis Meretriciis specialiter nominatur, duobus postremis exceptis, sed generali hoc titulo designantur:

ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ, ΟΜΟΥ ΙΕ.

cum reipsa sint XVII. Postremi autem duo, quorum alter inscribitur **περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς**, alter **Δραπέται**, proprio titulo recensentur post laudatum generalem titulum.

Caeterum quaecumque sit hujus tabulae inaccuratio, (1) omnia Luciani opuscula, quae exhibent probatissimae hujus temporis editiones, uno *Nerone* excepto, & in

(1) Parvi momenti sunt, quae de inaccuratione hujus tabulae hic annotantur, nulloque loco habenda, praesertim, si cum praestantia ipsius editionis, quae omnium criticorum judicio comprobatur, conferantur. En quid de ipsa scribat Jo. Frid. Reitzius in Praef. ad praeclaram edit. Amstelodam. anni 1743. per Jac. Wetstenium. *Jam quibus copiis instructus, & quomodo iis usus fuerim B. L. accipe. Editiones Luciani adhibui principes hasce.* Florentinam *primam om-*

in hac antiquissima, omniumque prima contineri, diligenti instituta comparatione reperit assiduus Casanat. Biblioth. cultor, idemque Graecae linguae studiosissimus D. LEOPOLDUS SEBASTIANI. Solis signaturis instruitur, quae pertinent usque ad ** iiii. omnesque foliorum fasciculi, nisi male observavi, quaterni sunt. FLORENTIÆ.

Editionem refert L. tom. II. sui indicis pag. 215., ubi eam *principem* vocat; & merito quidem: *Invictis* autem *argumentis* cl. Ang. M. Bandinium *probare* eam ex officina Juntarum prodiisse, ipsi cl. Bibliographo plane adversatur: pag. enim 257. part. II. suorum annalium typogr. Juntarum, primo loco hanc Luciani Florent. editionem inter *dubias editiones* cl. Auctor ponit. Quae autem *invictis argumentis probantur*, non inter dubia, sed inter certissima habenda sunt. Videantur testes hujus dubiae editionis ab ipso Bandinio ead. pag. citati.

At vero si non *invicto*, magni certe ponderis *argumento* probari potest, principem hanc Luciani editionem ex officina Juntarum minime prodiisse. Pro nobis hoc praestitit R. P. Ant. Amoretti, instituto diligenti examine (nobis petentibus) super exemplari Corsiniano, quod ad officinam librariam Juntarum pertinuisse pro certo habeo. En ejus verba:

„ Nell'esemplare di Luciano, che è nella Corsiniana, come in quello citato dal „ Maittaire, nel primo foglio v'è il seguente Titolo in Greco, ed in Latino:

| | |
|---|---|
| ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩι ΔΕ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι. | QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR. |
| ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ | LVCIANI OPERA. |
| *Φιλοςράτου εἰκόνες.* | Icones Philostrati. |
| *Φιλοςράτου νεωτέρου εἰκόνες.* | Philostrati iunioris Icones. |
| *Τοῦ αὐτοῦ Ηρωικά.* | Eiusdem Heroica. |
| *Καλλιςράτου ἐκφράσεις.* | Descriptiones Callistrati. |
| *Τοῦ αὐτοῦ βίοι σοφιςῶν.* | Eiusdem vitę sophistarum. |

„ Segue un'Epigramma greco di quattro versi.

„ Qui è da cercarsi come contenendo questo libro le sole opere di Luciano, vi „ si promettano quelle di Filostrato e degli altri: il Maittaire dice, che la pagina „ che contiene il titolo riferito, *multis post annis excusa & addita fuerit*, (An- „ nal. Typ. T. I. pag. 65. not. 1.) e porta per ragione che la detta pagina, o „ foglio, non ha la segnatura A I, la quale si vede nel foglio che segue; ma il „ dottiss. Annalista non osservò che il foglio suddetto del Titolo ha il suo cor- „ rispondente, cioè l'ottavo, stampato, e che sebbene siano tre segnature A I, „ A II, A III, pure formano un quaderno, il primo del quale è quello che „ contiene il Titolo; laonde non può darsi, che questo primo foglio sia aggiun- „ to, osservandosi che il suo corrispondente, o sia ottavo foglio, è stampato „ collo stesso carattere greco, che è usato in tutta l'opera. Penso piuttosto che „ quel Titolo sia stato impresso d'ordine de' Giunti sul foglio bianco antico, il „ cui corrispondente era già stampato, e ciò molti anni dopo; cioè nel 1517. „ quan-

*nium anni 1496. Graecam*, in forma majori. *Haec etsi ab typographicis vitiis non est immunis, in vestigiis tamen priscae lectionis servandis, tantum alias praecellit, ut Codicis Manuscripti vicem praestare queat. Hanc licet* Solanus *totam contulerit, ego tamen aeque ac reliquas, saepissime inspexi, at de novo consului.*

FLORENTIAE. „ quando fecero l'Edizione dell' Opere di Filostrato e degli altri promesse nell' „ esposto Titolo: ed avendo io confrontato i Titoli d'ambe l'Edizioni, ho trovato che corrispondono, e che sono gli stessi caratteri sì i Romani, che i Greci, quali caratteri Greci sono più minuti e di forma diversa da quelli che si „ vedono usati nell' Opere di Luciano del 1496. Il Maittaire (loc. cit.) seguito „ dal Crevenna (Catal. T. IV. pag. 227.) pensa che questa edizione di Luciano „ debba ascriversi tra' libri usciti da' torchi Giuntini; ma due forti ostacoli si oppongono a questa opinione. I. la differenza de' caratteri Greci del Luciano di „ forma affatto diversa dagli adoprati da i Giunti nell' altre edizioni. II. il „ silenzio di Bernardo Giunta nella Prefazione che premette agli opuscoli di Filostrato e degli altri, stampati, come s'è detto, nel 1517. In questa Prefazione „ egli non fa motto alcuno dell' edizione di Luciano del 1496., eppure ivi accenna altri Autori Greci fatti stampare: come dunque tralascia il Luciano, tanto „ più che il Filostrato e gli altri erano come la seconda parte del medesimo, e „ già promessa nel Titolo?

„ Pertanto chi dicesse, che gli esemplari di Luciano, impresso da altro Stampatore, passassero nel negozio de' Giunti, e che questi stampassero sul primo foglio bianco quel Titolo riferito di sopra per unirlo col loro Filostrato del 1517. „ affine di spacciare più facilmente l'uno e l'altro, forse la indovinerebbe.

## VI.

**ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΡΟΔΙΟΥ**
**ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΩΝ** *libri IV.*
*Graece, cum Scholiis Graecis.*

*In fine:*

**ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑι ΕΤΕΙ ΧΙΛΙΟΣΤΩι ΤΕΤΡΑ ΚΟΣΙΟΣΤΩι ΕΝΕΝΗΚΟΣΤΩι ΕΚΤΩι**
(*in* 4°.)

Duae praeponuntur Poetae vitae Graecae: quarum prior totum primum folium rectum & dimidium versum occupat; altera multo brevior residuum folii; & in fine nominantur Scholiorum auctores, *Lucillus Tarrhaeus, Sophocles & Theon*. Folio secundo signato *a ii.* incipit primus liber, comitantibus Scholiis Graecis; eodemque tenore totum opus usque ad finem progreditur. Poetae textus literis quadratis, seu ut alii dicunt, *majusculis, vel capitalibus*, excusus est. Scholia rotundo eoque minore, utroque valde pulchro.

Numeris, custodibus & registro caret: signatur ab *a* usque ad *x* ii., omnesque fasciculi, quaterni sunt, ultimo excepto, qui est duernus. Editio, characterum pulchritudine, chartae qualitate, marginum amplitudine excellit. Exstat in Corsiniana, ubi eam evolvit cl. P. Amoretti. Exstabat vero etiam in Biblioth. Pinell. & hodie reperitur Mediolani apud E. B. Cajet. Valentium Gonzagam.

Editionem refert L. tom. II. sui Indicis pag. 210. sed parum bibliographice: haec enim sunt ejus verba: *Apollonii Rhodii argonauticon litteris capitalibus graecis. Florentiae de Alopa circa* 1496. in 4°.: in qua descriptione defectus cum excessu manifeste pugnat: silentur inprimis Scholia Graeca, quae certe non sunt minima editionis portio; secundo, circiter annum 1496. facta fuisse dicitur, cum ex ipsa subscriptione manifeste appareat ad annum 1496. omnino pertinere; ter-

tertio illud *de Alopa* in exemplaribus vulgo notis non legitur: & solum per conjecturam vel argumentationem, ex offic. *de Alopa* prodiisse, dici potest. FLORENTIAE.

VII.

„ LEONIS BAPTISTAE ALBERTI opera. Florentiae 1496. *in* 4°.

Maettarius, pag. 629. ex Prosp. Marchandio, Cat. Billaine, Chil. III. pag. 12. citante.

VIII.

„ La Vita di S. Zanobi Vescovo Fiorentino composta per CLE-
„ MENTE MAZZA. Firenze 1496. *in* 4°.

Haymus edit. Venetae anni 1728. pag. 81. & Mediol. per Ferd. Giandonati, tom. I. 1771. pag. 18.

IX.

„ Esposizione sopra Evangeli. (*in fine*) Finito il quarto ed ultimo
„ Libro delle Esposizioni sopra Evangelii composte per Frate Simone
„ da Cascia de Frati heremitani (tradotta in volgare da *Fra Guido*)
„ Firenze per Bartolomeo di Francesco de libri 1496. *in fol. Nel*
„ *fine del terzo trattato, vi è una Predica di Frate Giordano dell'Or-*
„ *dine de' Predicatori, sul giudizio universale.*

Haec Ferd. Giandonati, Bibliot. Nic. Francisci Haymi, tom. II. pag. 659. & cum ipso, quod spectat ad Exposit. Sim. a Cascia, concordat auctor Catalogi Biblioth. D. de la Valliere, tom. I. pag. 60.

X.

Hoc in volumine haec opera continentur.
L. VITRVVII POLLIONIS de Architectura libri decem.
SEXTI IVLII FRONTINI de Aquaeductibus liber unus.
ANGELI POLITIANI opusculum quod Panepistemon inscribitur.
ANGELI POLITIANI in priora analytica praelectio.
Cui titulus est Lamia.
*Ad calcem* Vitruvii:
Florentiæ impressum anno a natali christiano. M. cccc. lxxxxvi.
(*in fol.*)

Vitruvio suus praeponitur index, in quo singulorum librorum capita recensentur; quique cum recitato titulo priora duo occupat folia, minime signata. Signaturae incipiunt a tertio folio, in cujus fronte legitur titulus primi libri, charactere majusculo, cujusmodi etiam sunt tituli aliorum librorum, & pertinent usque ad L II.. A. B. C. D. E. F. G. H. I. terni sunt; caeteri duerni. Insunt in editone figurae quaedam, sed parvi momenti.

Panepistemon & Lamia Politiani minoribus literis *a*, *b*, signantur, & uterque fa-

FLORENTIAE. fasciculus ternus est. Frontinus & ipse signatur literis minoribus *a b* sed geminatis, primusque scapus ternus est, alter duernus. Ad hujus calcem legitur ut in editione Rom. omnium antiquissima: *Libellum hunc de Aquaeductibus, cum esset mendosissimus, Pomponius & Sulpicius*, &c.

Quatuor recensita opera ex eadem officina Florentina, eodemque anno prodiisse, tituli communitas, characteris idemtitas, loci, & anni notae ad calcem Vitruvii positae, ni fallor, manifeste ostendunt. Cum exemplo Casanat. colligatae sunt Disputationes Camaldulenses Christophori Landini, quae sunt alio charactere Romano & eleganti, non minus ac character Vitruvii, &c. quae commodius afferentur inter editiones anni nota carentes.

XI.

Expositione di frate HIERONYMO da FER
RARA sopra el psalmo. Lxxviiii. Qui regis israel
per modo. di oratione & prima sopra eltitulo
*In calce:*
Impresso in Firenze apresso sancta Ma
ria maggiore Adi. VIII. di Giu
gno. MCCCCLXXX.
XVI.
(*in* 4°.)

Constat ex duobus quaternis signatis literis *a b*. Desunt numeri, custodes, & registrum. Character Romanus est, sed non ex pulchrioribus, quibus usi sunt Florentini typographi. Exst. in Casanat.

XII.

MARSILII FICINI Commentaria *in quaedam* Platonis opera ad Nicolaum Valorem.
*Ad calcem Commentarii in* Philebum:
Impressum Florentię per laurentium Francici (*sic*) de Venetiis Anno ab incar
natione domini nostri Ihu Xpi. Mccccلxxxxvi. die. ii. Decembris.
(*in fol.*)

Primum folium rectum vacat. Versum continet Ficini Prooemium in haec sua Comment. ad Nicol. Valorem; & infra, *Dispositionem Commentariorum*, in qua principio monet Commentarium in *Symposium* non modo editum ante, sed passim jam divulgatum. Primum Comment. quod exhibet editio, est in *Parmenidem*; II. in *Sophistam*; III. in *Timeum*; IV. in *Phedrum*; V. in *Philebum*, ad cujus calcem legitur adducta subscriptio: *Impressum* &c. Post haec sequuntur decem alia folia, in quibus continentur: primo, *expositio circa numerum nuptialem* (1) *in VIII. de Republica*; secundo *Recognitio praecedentium Commentariorum*: quibus subjunctum est hoc monitum: *Superioribus Commentariis haec adjungenda sunt:*

(1) Fatalem.

*sunt: Catalogus; Distinctiones capitum; Summa; Commentariola in caeteros Platonis libros, quae Florentiae mox imprimentur: nunc autem seorsum bic imprimitur Dionysius de Mystica Theologia divinisque nominibus.* FLORENTIAE.

Character semigothicus est, sed nitidus: Signaturae in opere praecipuo pertinent ab *a* I. usque ꝝ II. (1) omnesque scapi, ultimo hoc excepto, terni sunt: ultima decem folia signantur litera *A* majuscula, quae tamen non progreditur ultra *A* IIII. Exst. apud Can. Devoti.

## XIII.

*Ejusdem* FICINI Commentaria *sive* argumenta in Dionysium Areopagitam de Mystica Theologia, et de Divinis nominibus.
*In calce:*
Impressum Florētie per Laurentiū Frācisci Venetū. (*sine anno*)
(*in* 4°.)

Cum in calce Commentariorum in Platonem expresse monuerit Ficinus, Dionysium impressum fuisse eodem tempore, quo imprimebantur Commentaria in Platonem, vel etiam absoluta eorum impressione, quod quidem non accidit ante secundam Decembris anni 1496., necesse est notam anni 1492. quae subjecta legitur inscriptioni epistolae ad Jo. Medicem Cardinalem, praepositae Commentariis in Dionysium, referri ad tempus, quo scripta fuit epistola, non vero ad tempus impressionis operis. Ejusmodi inscriptio sic habet:

Marsilius Ficinus Florentinus Re
verendo in Christo patri domino
Ioanni Medici Cardinali
suppliciter se cōmēdat
1492.

Neque officit quod ejusmodi Commentaria jam appareant in Catalogo librorum Ficini, qui subjunctus fuit opusculo de *Sole & lumine*, excuso 1493. Hic enim Catalogus complectitur Ficini opera ad eum diem *composita*, ipsiusque *traductiones*, sive ea typis vulgata forent, sive tantum mss. In fronte argumentorum Ficini in librum Dionysii De Divinis nominibus hic legitur titulus:

Argumenta Marsilii ficini florētini in Dio
nysium Areopagitaꝫ de diuinis nominibꝰ
ab eodem e greca lingua inlatinam
trāslatum

qui liber incipit folio XVI. verso. Character idem est ac Platonis, sed magis excesus. Hujus autem folia non in ternos, sed in quaternos collecta sunt, ultimo excepto, qui ex duobus tantum foliis constat, signatis litera *a* (2). Ad calcem secundi operis legitur subscriptio allata:

Impressum florētie per laurentiū frācisci venetū

Exst. apud cl. P. Amoretti, & Can. Devoti.



XIV.

(1) Deest signatura *k*.

(2) Deest in hac edit. signatura *k*.

FLORENTIAE.

XIV.

„ CECCHI DOMENICO. Riforma santa e preziosa per conser-
„ vazione della Città di Firenze. (*Fiorenza*) *per Francesco di Dino*
„ 1496. *in* 4°.

Refert & accurate describit hunc libellum cl. Morellius tom. 4. Biblioth. Pinell. pag. 35. & seq. omnino videndus. Nobis satis erit monere ejus titulum, qui legitur in Biblioth. Capponiana, pag. 113. & apud Jandonatum, tom. I., pag. 103. non parum ab hoc differre, ita ut dubitare liceat, an idem sit opus; sic enim habet:

XV.

„ Cechi Domenico di Ruberto di ser Mainardo. Provedigioni
„ e leggi da osservarsi dalla Repubblica Fiorentina. (*Senza nome*
„ *di luogo*) *per Francesco di Dino di Jacopo* 1496. *in* 8°.

MCCCCLXXXXVII.

I.

„ Propheticæ solutiones GEORGII BENIGNI Ord. Min. per ser
„ Laurentium de Morgianis 1497. VI. Idus Aprilis; Florentiæ.
„ *in* 4°.

Maettarius pag. 648. ubi Longium & Marchandium citat; quorum hic Biblioth. Tellerianam pag. 60. laudat, ubi reipsa editio refertur, omisso tamen typographo, quem nominat Laerius, tomo II. sui Indicis, pag. 222.

II.

„ JOHANNIS NESII Florentini oraculum de novo saeculo: im-
„ pressit ex archetypo Ser Laurentius de Morgianis, octavo id. Maii.
„ Florentiæ 1497. *in* 4°.

Orlandius, par. I. pag. 135. & pag. 371. Maettarius, pag. 633. ex Lindenio de Scriptoribus Medicis, pag. 382. Refertur a Laerio in Indice, tom. II. pag. 229.

III.

„ HIERONYMI SAVONAROLAE Lamentatio Sponsae Christi ad-
„ versus tepidos, & Exortatio ad fideles Christi, ut precentur pro
„ renovatione Ecclesiae. Florentiæ per Laurentium de Morgianis
„ 1497. *in* 4°.

Maettarius, pag. 648. ex Longio, & Prosp. Marchandio, quorum hic Catal. Biblioth. Tellef. pag. 60. laudat, ubi refertur editio, tacito typogr.

IV.

FLORENTIAE.

IV.

„ *Ejusdem* defensio, auctore IO. FRANCISCO PICO Mirandula-
„ no: *per eundem*. Florentiae 1497. *in* 4°.

Idem, eodem loco laudatis iisdem fontibus.

V.

Libellus qui uulgari sermòne nuncupat el Birraccino:
compositus p RAPHAELEM PETRI de CERCHIS no
tarium peritissimum Florentinum.

*Ad calcem*:

Impressum Florentiae per Ser Laurentium de Morgia
nis impensa Ser Petri de Pacinis Anno domini
MCCCCLXXXXVII. XII. Kal. Maias.

( *in* 4°. )

Char. Rom. non rudis, cum signaturis tantum: folia 42. Exst. in Bibliotheca Em. Card. Valent. Gonzagae.

VI.

Incipit liber primus IOANNIS GERSON CAN-
cellarii Parisiensis. De imitatione Cristi (*sic*) et de
contemptu omnium uanitatum mundi.

*In calce*:

Iohannis Gerson cancellarii Parisiensis: de con
temptu mundi libri quatuor uno (*sic*) cum tractatu de
meditatione cordis felici numine finiunt.
Impressum Florentie per magistrum Iohannez
Petri de Maganza. M. cccc. lxxxxvii. die. x
mensis novembris.

( *in* 8°. )

Character semigothicus, sed valde clarus, signaturae pertinent ab *a* usque ad *q* ii. omnesque foliorum fasciculi, ultimo excepto, quaterni sunt. Desunt numeri, custodes, & registrum. Exst. apud cl. P. Amoretti, & in Corsiniana. Commodatum olim habui a f. m. Abb. Nic. de Rossi, hujus edit. exemplum, cui charactere majusculo, hic titulus praepositus erat:

IOANNIS GERSON DE CON
TEMPTV OMNIVM VANITA
TVM MVNDI.

Et in fine allata subscriptio (1).

VII.

(1) Atque ita (hisce jam impressis) se habere debere integra editionis exempla beneficio amici comperi. Ei enim quatuor folia minime signata praeponuntur, quorum primum rectum laudatum titulum instar *oculi*, residuum eorumdem, indices totius vol. continent.

FLOREN-TIÆ.

## VII.

### HYMNI ET EPIGRAMMATA MARVLLI

*In calce:*
Impressit Florentiæ Societas Colubris VI. Kal. Decembris . MCCCCLXXXXVII.
(*in* 4°.)

Primo folio non aliud legitur, quam allatus titulus charact. majusculo. Sequenti recto incipit primus Epigrammatum praefixo hoc titulo:

MICHAELIS TARCHANIOTAE MARVLLI CONSTANTINOPOLITANI EPIGRAMMATON AD LAVRENTIVM MEDICEM PETRI FRANCISCI FILIVM LIBER PRIMVS.

Quatuor sunt *Epigrammatum* libri, & totidem *naturalium Hymnorum*. Hymni etsi primo loco in generali titulo nominentur, post Epigrammata tamen excusi sunt. Incipiunt a signatura *b* i. & terminantur in *m* iiii. Epigrammata autem signantur ab *a* ii. usque ad *g* iiii. & tam Hymnorum, quam Epigrammatum scapi omnes quaterni sunt. Ultimus Hymnus est in *Terram*, sicque incipit:

Extrema est dea terra mihi quoque iure canenda

Postrema duo ultimi quaternionis folia continent *Emendanda* tam in Epigrammatis, quam in Hymnis. Numeris, custodibus, & registro caret. Perpulchra editio, Romano & eleganti charact. excusa, eaque caeteroquin satis obvia. Extat in Casanat., Corsin., apud Exc. Ball. C. Valentium Gonzagam, Can. Devoti, &c.

## VIII.

„ *Ζηνοβίου ἐπιτομὴ τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου*
„ *παροιμιῶν συντεθεισῶν καὶ (κατὰ) στοιχεῖον*
„ ZENOBII Epitome Proverbiorum Tarrhaei &
„ Didymi secundum ordinem alphabeti
„ Impressum Florentiae impensis ac cura Philippi de Junta Flo-
„ rentini. Anno Domini M. CCCCLXXXXVII. *in* 4°. *min.*

*Sine paginarum numeratione, qua carent omnes Juntarum editiones, sed cum registro in calce. Constat fol. 65. In Biblioth. mea Fesulana, Editio rarissima*, &c.
Haec cl. Bandinius, Florent. Juntarum typographia par. II., pag. 1. videndus.

IX.

IX.

Compendium logice fratris HIERONYMI de Ferraria ordi nis predicatorum.
*In fine*:
Impressum Florentie per Bartholomeum de libris. anno. M. CCCCLXXXXVII. die vero septima Iunii.
(*in* 4°.)

Opusculum hoc in 10. libellos dividitur, quorum primus inscribitur de *Principiis syllogismorum*; ultimus de *Syllogismo Sophistico*. Duplici charactere excusum est: majori, eoque semigothico, quo generaliter sunt omnium §§ cujuslibet libri principia, instar textus impressa, & minori Romano, quo ea, quae in textu statuuntur, explanantur vel demonstrantur. Solis signaturis instructum est, quae ab *a* pertinent usque ad *o* ii., omnesque scapi duerni sunt. BARTHOL. de LIBRIS idem est ac typogr. operis Simonis de Cassia, super. anno relati. Exstat in Casanat. & Corsin.

X.

Epistola di BERNARDINO de FANCIVLLI della citta di Firēze mādata a epsi fanciulli el di sancto Bernaba (*sic*) apostolo adi XI. di giugno. M. CCCCLXXXXVII.
*In calce*:
Nihil in terra sine causa fit.
Copia transumpta dalla originale epistola del decto Ber nardino de Fanciulli.
(*in* 4°.)

Charactere hujus Epistolae excusa sunt plura Opuscula cum nota expressa civit. *Florentiae*; ita ut dubitari non possit, quin editio Florentina sit; inter quas refertur a Maettario pag. 648. ex Prosp. Marchandio, qui eam ex Catal. Biblioth. Teller. pag. 60. citat, ubi reipsa editio describitur. Constat ex XII. foliis signatis literis *a*. *b*. Numeris & custod. caret. Exst. in Casanat.

XI.

Epistola di Frate DOMENICO DA PESCIA mandata afanciulli Fiorentini.
*In calce*:
Florentie in sancto Marco. die. iii. Septembris. M. CCCC. LXXXXVII.
(*in* 4°.)
Epistola di HIERONYMO CINZOI (*Cinozi*) Fisicho Alvenerando P. Abbate & Generale diualembrosa contra Allabate anachorita

Ex

FLORENTIAE. Ex Florentia. die XXV. Augusti. M.CCCCLXXXXVII. Huic *subiicitur*. Epistola del pdecto Hierony. atucti isideli & amatori della uerita. *in* 4°.

Tres hae Epistolae, omnes sunt eodem rotundo charact. ac praecedens. Prioris folia IV. Secundae, tria. Tertiae, unum. Exst. in Casanat.

XII.

„ HIERONYMI SAVONAROLÆ Conciones Quadragesimales Italice.
„ Florentiæ 1497. *in* 4°.
„ Eiusdem Conciones XXX. in Ruth & Mich. Italice. Flo-
„ rentiæ 1497. *in* 4°.

Utramque editionem refert Maettarius, pag. 642. ex Warthono, ad Cavei Hist. Liter. fol. 131.

XIII.

Predica del Reverendo padre Frate HIERONYMO da FERRA RA: facta il Sabbato dopo laseconda Domenica diquaresima lanno. M. CCCC. LXXXXVII.

*Ad calcem*:

Nota che ilpadre predicatore era uenuto qui in tanto spi rito: & similmente li audienti in tanto feruor: & in tante la chryme che non potendo piu contenersi: cominciarono a gridare con altissime voci Misericordia misericordia Dio: Et ilpadre decte labenedictione: & partissi.

(*in* 4°.)

Character Romanus & pulcher, folia ex signaturis sexdecim: duo tamen postrema omnino vacant. Exstat in Biblioth. Em. Card. Valentii Gonzagae.

XIV.

„ HIER. SAVONAROLÆ Sermo Apol. in Psalmi VII. verba:
„ *Domine Deus mi in te speravi*, Italice. Florentiæ 1497.
„ *Ejusdem* Epistolæ Apologeticæ. Florentiæ 1497. *in* 4°.
„ *Ejusdem* de veritate prophetica libri seu Dialogi IX. Floren-
„ tiæ 1497. *in fol.*

Maettarius, pag. 642. ex Warthono ad Cavei Histor. Liter.

XV.

„ *Ejusdem* Tractatus de Vitæ Spiritualis perfectione ad 7. illius
„ gradus a S. Bonaventura distinctos. Florentiæ 1497. *in* 4°.

Idem ibid.

XVI.

FLORENTIÆ.

## XVI.

„ HIERONYMI SAVONAROLÆ Epiſtola ad quendam N. fra-
„ trem, adverſus ſententiam Excommunicationis contra ſe nuper
„ iniuſte latam. Florentiæ 1497. *in* 4°.

„ *Ejuſdem* Triumphus Crucis, ſeu de Fidei Chriſtianæ verita-
„ te libri IV. Florentiæ 1497. *in* 4°.

„ Il trionfo della Croce, compoſto in Latino da fra Hierony-
„ mo Savonarola, & da ſe ſteſſo in lingua volgare traſportato,
„ con proemio nella laude e defenſione del medeſimo da Dome-
„ nico Benivieni Canonico di S. Lorenzo di Firenze. Firenze
„ 1497. *in* 4°.

Maettarius, pag. 648. citatis in notulis ſubjectis Loeſchero, P. Marchandio, & Scriptoribus Or. PP.

## XVII.

Fra HIERONYMO da FERRARA ſervo inutile di Ieſu chriſto alle Suore del tertio ordine di ſan Domenico decte volgarmẽte di annalena . . . . . . lettera exhortatoria. Con dieci Regole da obſervare al tempo delle grande tribulationi.

*Ad calcem Epiſtolæ:*

. . . . . . . . . . . . Data in Firenze in ſan Marco Addi. XVII. doctobre. M. CCCCL. XXXXVII. Amen. *in* 4°.

Excuſa eſt haec Epiſtola, eodem Rom. charact., quo plura alia opuſcula, cum ipſius Savonarolae, opuſculum puta ſuper X. praeceptis Decalogi, impreſſum 1495. ſine nomine typogr., & in Caſanat. cum hac colligatum, tum aliorum. Conſtat ex quatuor tantum foliis, ſine ſignaturis, numeris, &c. quibus praepoſita eſt imago Crucifixi, piis mulieribus adſtantibus, ligno inſculpta. Exſt. in Caſanat.

## XVIII.

„ Apologia de' Frati della Congr. di S. Marco, da fr. HIERON.
„ SAVONAROLA, impreſſa ſenza luogo e data, ma in Firenze
„ 1497. *in* 4°.

„ Epiſtola a tutti li eletti, e fedeli Chriſtiani, data adi 8. di
„ Maggio. Impreſſa in Firenze 1497.

„ Epiſtola a certe perſone divote perſeguitate per le verità da
„ lui predicate. Firenze 1497. *in* 4°.

„ Epiſtola ad un ſuo Amico, ma vacillante per le perſecuzio-
„ ni. Firenze 1497. *in* 4°.

FLORENTIAE. Maettarius, pagg. 648. & seqq. citatis in notulis subjectis Warthono in Append. ad Caveum, pag. 131. & Scriptoribus O. PP. tom. I. pag. 891.

XIX.

Epistola di PHILIPPO CIONI notario Fiorentino in nelle cóclusioni publicate cótro aluenerádo padre frate Hiero nimo da Ferrara in nome di frate Leonardo del ordine di sčo Augustino | con le responsioni a quelle facte p mae stro Paulo da Fucecchio del ordine de frati minori mae stro ĩ sacra theologia: & pel decto Philippo in uulgar lin gua tradocte. (*in* 4°.)

Risposta p le medesime parole a una epistola di frate An gelo anachorita mandata nuouamente a frati che lui cre deua esser usciti di sancto Marco.
*Ad hujus calcem*:
Ex Florentia Die. XX. Iulii M. cccc. lxxxxvii.
(*in* 4°.)

Utrumque opusculum est eodem Romano charactere, quo plura alia in anterioribus relata, e. c. *Bernardini de Pueris Epistola*, sub num. 10., aliaque ipsius Savonarolae ad Sorores tertii ord. sub num. XVII., &c. Primum constat ex octo foliis signatis litera a; horumque postremum versum continet cantilenam ex XI. tetrastichis constantem, quorum primum incipit:

Nella fossa ognun si pela
Sogdomiti stolti: & sciocchi
De voltate, &c.

Alterum ex duobus tantum constat foliis. Exstant in Casanat.

XX.

„ Historia Fiorentina del POGGIO tradotta in lingua Toscana
„ da Iacopo suo figliuolo: per Barthol. Florentinum. Florentiæ
„ 1497. *in fol.*

Maettarius pag. 654. ex Prospero Marchandio, qui Oudinum de Script. Eccl. tom. III. col. 2834. citat, ubi reipsa editio refertur. Manifestum est autem hunc Bartholomaeum Florentinum, eundem esse, ac Bartholom. P. impressorem edit. anni 1492. mutata cifra 2. in 7. Refertur tamen haec editio Florentina anni 1497. per Bartholom. P. in Haymi Biblioth. per Ferd. Giandonati, tom. I. pag. 108. omissa edit. anni 1492.

„ ANGELI POLITIANI opera recitata. Florentiæ 1497. *in fol.*

Idem, pag. 656. ex eodem Marchandio, Fabricium Biblioth. Gr. tom. IV. pag.

pag. 76. citante, quo loco nihil, quod ad Politianum pertineat, reperire potui. Vid. ad ann. 1499. FLORENTIAE.

XXI.

„ Fioretti di messer S. Francisco
„ Fiorenza 1497. *in* 4°.

Editionem hanc in uno ms. indice editionum Florentinarum Corsinianae Bibliothecae, (quae sunt oppido multae) mihi ab amico ostenso, memoratam inveni. Frustra Orlandium, Maettarium, ejusque continuatorem Denisium, Haymum utriusque editionis Italicae consului; frustra catalogum Biblioth. Pinellianae, Biblioth. Capponianae, Biblioth. Abb. Nic. de Rossi, Indicem librorum ab ineunte typographia usque ad annum 1500. evolvi. Editionem Perusinam anni 1481. raram esse non ignorabam: sed ejus exemplum superioribus annis pro Casanatensi Biblioth. a meipso adquisitum, aliaque duo, unum e Biblioth. Caesarea, alterum e Biblioth. Vallieriana a Denisio in suo Supplemento pag. 134. relata; universale contra silentium eorum, quos antea nominavi, authorum circa hanc Florentinam editionem, addubitare faciebat, ne forte in laudato indice ms. error inesset, aut haec Florentina editio longe rarior foret Perusina, & nunc primum literato orbi innotesceret. Utcumque sit, cum in praesentia Corsinianam Bibliothecam adire non liceat, instet aliunde typographus pro folii impressione; ne lector, cujus utilitati potissimum studere debemus, circa hunc articulum tempus se frustra consumpsisse, conqueri possit, titulum & subscriptionem editionis Perusinae hic ipsi exhibere, non inutile existimamus:

OPERA Gentilissima et utilissima a tutti li fideli
christiani: la qual se chiama li Fioreti de miser sãto Fran
cesco Asemiliativa ala uita ꝛ ala passione de yesu xp̄o ꝛ
tute le sue sante uestigie: e opera tuta fornita.

*In calce*:

Ad laude e gloria del omnipotente dio ꝛ dela soa santis
sima ꝛ dulcissima madre uergine Maria: ꝛ de miser san
to Francesco: forono compiti li soi Fioreti: Et impressi a
Peruscia per Magistro Steffano arns de Hamborch
Correndo lo anno de la nativita del nostro signore Iesu
christo M. cccc. lxxxi. a di 11. de Iulio.
Finis Deo Gratias:

P. S. Habendae sunt gratiae cl. P. AMORETTI, qui nobis petentibus externa die Corsinianam Bibliothecam adiit, exploraturus an Florentina *Flosculorum* S. Francisci editio ex laud. ms. indice supra memorata, in ipsa exstaret, an non, & non modo eam ibidem reperit, sed insuper pro suo summo in Bibliographiam studio, accuratissime descripsit: cujus idcirco descriptionem, ne uno quidem apice mutato, propter summam editionis raritatem, hic subjungere necessarium ducimus: En illam:

„ AL NOME Sia del nostro Signore Jesu Xp̄o crucifixo, & del-
„ la sua madre Vergine Maria. In questo libro si cõtenghono cer-

FLOREN„ ti fioretti, miracoli & exempli deuoti del gloriofo pouerello
TIE. „ di Chrifto meffer fancto Francefco et dalquãti fuoi fancti com-
„ pagni. Allaude di Chrifto Amen. Cap. I.

„ Quefto primo foglio è racchiufo dentro un'ornato incifo in legno, ed il „ foglio feguente ha la fegnatura *a* II.

*In fine fi legge*:

IMPRESSO
In Firenze per Ser Laurenzo Morgiani
Ad inftantia di Ser Piero Pacini da Pefcia
Anno falutis. M. CCCCLXXXXVII.
Adi XI. di Giugno

„ a tergo fi legge:

FINITI
E fioretti del Seraphico Sancto Francefco

„ Vi è fottopofta un'immagine fcolpita in legno, in cui fi vede S. Francefco ftan- „ te in mezzo a due de' fuoi Frati che ftanno inginocchiati, e fotto vi è lo ftem- „ ma della Città di Pefcia.
„ In principio del libro è legata la

TAVOLA
De Fioretti del Seraphico Sancto Francefco.

„ Segue un'immagine di S. Francefco che riceve le Stimmate, incifa in legno, „ ed occupa quattro fogli non fegnati.
„ E' in 4°. in bel carattere tondo, carta foda; non ha numeri, nè regiftro; le „ fegnature da *a* feguono fino ad *n*, fono tutti quaderni, eccetto *n* che è duer- „ no. Sta nella Corfiniana.

## MCCCCLXXXXVIII.

### I.

NOVO RECEPTARIO COMPOSTO DAL
FAMOSISSIMO CHOLLEGIO DEGLI
EXIMII DOCTORI DELLA AR
TE ET MEDICINA DEL
LA INCLITA CIP
TA DI FIREN
ZE

*In fine*:

IMPRESSO Nella inclyta Cypta di Firenze per la compagnia del Dragho adi. xxI. di Gēnaio. M. CCCCLXXXXVIII.

Ad

Ad instantia delli Signori Chonsoli della uni-
uersita delli spetiali: El segno dellaqua
le si pone in questa presente
charta. FLOREN TIÆ.

(*in. fol. par.*)

Signum de quo in adducta subscriptione fit mentio, est imago B. V., parvulum Jesum sinu complectentis, sub qua habetur & signum Societatis Draconis, sive alatus draco, cum subjectis literis A. M. A. Opus impressum est charact. Romano non rudi cum signaturis, duabus columnis, secundo folio excepto, in quo habetur prooemium nomine DD. artis medicae Collegii Florentini, & operis conspectus. Primo folio recto adducta inscriptio; idem versum vacat. Folia ex numeratione 86. Desunt numeri & custodes. Exst. apud Can. Devoti.

II.

„ LVCII BELLANTII Senensis liber de Astrologiae veritate & in
„ Disputationes Jo. Pici adversus Astrologos responsiones. Impres-
„ sit Gerardus de Harlem VIII. Maji. Florentiæ 1498. *in fol.*

Hujus edit. praeter Orlandium, pagg. 135. 289. Maettarium pag. 660., testem habemus Laerium in suo Indice, tom. II. pag. 234. seq. ubi notat in fine exstare *folium unum erratorum in decursu operis imprimendi corrigendorum.*

III.

„ HIERONYMI SAVONAROLÆ Conciones in Exodum et Psal. I.
„ Italice. Florentiæ 1498.

Maettarius, pag. 670. ex Warthono ad Cavei Hist. Litt. Eccl. pag. 130.

IV.

„ *Ejusdem* Oratio, quam morti addictus ad Sacrum Christi Cor-
„ pus habuit, die 23. Maji 1498. Italice. Florentiæ 1498. *in* 4°.

Scriptores Ord. PP. tom. I. pag. 888. & Maett. ante laud.

V.

„ Regole per viver cristianamente da Fr. HIERONIMO SAVO-
„ NAROLA, in carcere conscriptæ anno 1498., ad instantiam
„ Ergastularii, & desmophilacis, qui curam ejus agebat editæ.
„ Florentiæ 1498. *in* 4°.

Iidem tom. eod. pag. 887. aliique. Vid. Maettarium pag. 670.

VI.

Expositione di frate HIERONYMO da FERRARA sopra el
psalmo .L. Miserere mei deus: quando era in prigione

del

FLORENTIAE.

del mese di Maggio. M. CCCCLXXXXVIII. tradocta di latino in uolgare ad instãtia di certe deuote donne.
*Ultimo folio verso*:
Questa orazione fece F. HIERO, adi XXIII. di Maggio MCCCCLXXXXVII. audita la messa quando era preparato alla conmunione (*sic*) cõmincio cõ reuerentia inanzi al sanctissimo Sacramento a parlare in questa forma.
Signore io so che tu se quel vero Dio &c.
(*in* 4°.)

Est eod. charact. Rom. pulchro, quo varia alia opuscula Auctoris a Morgiano per haec tempora impressa, cum solis signaturis, quae desinunt in *b* IIII. Exst. in Casanat.

## VII.

„ Examina di fra Hieronimo di Nicola Savonarola da Ferrara „ dell'Ordine de Predicatori facta di lui dalli spectabili e prudenti huomini comessarii & examinatori delli excelsi signori „ Fiorentini. *Anno Domini* 1498. *die VIII. Aprilis*. in 4°.

„ Terminatur brevi uno Alexandri Papae VI. *dato Romae die XI. Aprilis* 1498. „ his duobus verbis, *utilitati publicae*, & cum signatura *c* 3. Opusculum origi- „ nale longe rarissimum, &c. Haec Laerius in *Indice*, tom. II. pag. 246. & seq.

## MCCCCLXXXXIX.

## I.

GEORGEI (*sic*) BENIGNI (1) ORDINIS Minorum sacraruȝ litterarum professoris ad illustrem atqȝ religiosum Epidaurinum seu Rhacusinum Senatum in librum de natura celestium spirituum quos angelos vocamus ꝓhoemium incipit foeliciter.
*In calce*:
Explicit opus de Natura Angelica. Impressum cum maxima diligentia. Florentię. XIII. Kalẽdas Augusti. M. CCCC. LXXXXIX.
(*in fol. par.*)

Principio praeponuntur: I. Carmina Aelii Lampridii Cer. P. L. & Caroli Putei Ragusini ad L. in operis laudem; II. Epistola Ubertini Gerii Risaliti ad Sena-

(1) Cognomento SALVIATI.

natum Ragusinum; aliaque ipsius auctoris, ad eundem Gerium, quae carmina FLOREN-
& epistolae tres priores occupant paginas, quarta vacante. In fine sub subscri- TIAE.
ptione, alia duorum aliorum authorum subjiciuntur carmina, eodem spectantia, quibus terminatur columna secunda ultimae paginae rectae, totaque voluminis impressio.

Opus in IX. libros dividitur, in iisque *disputantes inducuntur domus nobilium Epidaurine sive Rhagusinę civitatis*, num. XVII. earumque nomina ad Prooemii calcem recitantur.

Signaturae incipiunt cum ipso prooemio, & pertinent ab *a* usque ad *q* iiii. omnesque fasciculi quaterni sunt. Desunt numeri, custodes, & registrum; character rotundus est & pulcher. Exst. in Casanat.

## II.

OPERA ANGELI POLITIANI: & alia quædam lectu digna: quorum nomina insequenti indice uidere licet

*In fine:*

Impressum Florentiae: & accuratissime castigatum opa & impensa Leonardi de Arigis de Gesoriaco Die decimo augusti. MID.

(*in fol.*)

Annotavit Laerius in suo Indice, tomo II. pag. 253., hanc editionem, *unam esse reimpressionem* edit. Aldinae anni 1498., *habentem etiam signaturas & custodes*. Editionem habere signaturas & custodes, nemo unquam in dubium revocaverit. Esse autem *unam reimpressionem* edit. Aldinae anni 1498., non omnes tam facile (ni fallor) dabunt. Hae enim duae editiones differunt *titulo*, *indice*, rerumque, quas continent, numero. Aldina in titulo promittit OMNIA OPERA Angeli Politiani; haec Florentina solummodo OPERA Angeli Polit., non definiendo, utrum *Omnia*, an aliqua tantum sint. In indice Aldinae XXVIII. recensentur opuscula; in hac Florentina tantummodo XXIV. & cum titulo, & indice utraque concordat editio. Nam in Aldina, praeter ea opuscula, quae exhibet Florentina, habentur quatuor alia, eaque non parvi momenti, nimirum, *Miscellanea Politiani*, *Herodiani Historia e Graeco in Latinum traducta*, *Lamia & Panepistemon*, quae quatuor sicut numerantur in indice Aldinae, ita etiam in eadem suis locis accurate exhibentur; cum e contra in Florentina utrobique omittantur: quo posito, non satis intelligo, quomodo haec Florentina editio dici possit, quod *una sit aldinae editionis reimpressio*. Quae in ea adferuntur, ex Aldina desumpta esse, facile quidem credi potest, propter Aldi Epistolam, quae eidem praemittitur: esse autem unam ejusdem reimpressionem, cum non parva ejusdem portione careat, non omnes, uti ante dicebam, facile dabunt.

Atqui & haec ipsa Aldi Epistola demonstrat, editionem Florentinam, Venetae anni 1498. haud esse *reimpressionem*, sed verius depravat. *Quare tibi* (inquit Aldus in hac sua epistola) *Politiani quaecunque habere potuimus opera*, *Marine suavissime dicata*, *muneri mittimus*. At in hac Florent. Marinus Sanutus non om-

FLORENTIAE. omnibus operibus, quae Aldus invenit, donatur, sed quatuor non ita parvi momenti fraudatur; eorumque loco, sphalma typogr. πτινδλιζραδιως, quod nemo in ipsa Aldi epistola certe inveniet, ipsi obtruditur (1).

Character Romanus editionis, inter praestantiores, quibus usi sunt typographi Florentini numerandus esse videtur; eodemque pene loco haberi posset etiam Graecus, nisi carentia omnium spirituum & accentuum, quae in ipsa cernitur, problematis solutioni maxime obstaret.

III.

„ ANGELI POLITIANI Miscellaneorum Cent. P. Florentiæ „ 1499. *in fol.*

Exst. in Bibl. Exc. Ball. Val. Gonzagae, & in Corsin.

IV.

„ MARSILII FICINI de Vita. Florentiæ 1499. *in fol.*

Ex Catal. Biblioth. Abb. Nic. de Rossi, pag. 56.

## MD.

I.

„ Commento di HIERONYMO BENIVIENI sopra a più sue „ Canzoni & Sonetti dello amore & della bellezza divina. In „ Firenze, per Antonio Tubini, e Lorenzo di Franc. Venez. & „ Andr. Ghir da Pistoia. 1500. *in fol.*

Ex Catal. Biblioth. Cappon. pag. 55., aliisque. Exstat in Corsiniana.

II.

„ Ὀρφέως Ἀργοναυτικά.
„ Τοῦ αὐτοῦ ὕμνοι
„ Πρόκλου Λυκίου Φιλοσόφου ὕμνοι.

„ ORPHAEI Argonautica.
„ Eiusdem Hymni.
„ PROCLI LYCII Philosophi Hymni.

„ Anno ab Incarnatione M. CCCCC. die XIX. Septembris. „ Impressum Florentiæ impensa Philippi Iuntæ Bibriopolæ (*sic*).

„ Si quos errores in hoc opere Lector invenies, &c.. Constat foliis 51. absque „ ulla praefatione. Incipit absolute ab Orpheo, qui implet folia 48. Proclus 3. Adponitur initio utriusque Poetae ornatus ligneus, &c. Haec cl. Bandinius, *Florent. „ Juntarum typograph. par. II.* pag. 2. Videndus.

III.

(1) De accurat. edit. aliis pronunciandum relinquo.

FLOREN TIÆ.

III.

SCRVTINIVM TRIPARTITVM IN QVATRICONSVLTVM CONSILIVM.

De ſacroſancta clericali leuitici & canonici ordinis religione ſub omnigenæ perfectio nis ſtatu per apoſtolos primum regulariter inſtituta.
Inde per eccleſiæ ſanctæ lumen diuum Auguſtinum ad primæuum ſta tum canonice reſtituta.
Deq; eiuſdem canonici ordinis ac monaſtici & reliquorum chriſtiani cultus ordinum initio atq; progreſſu.
A domino Auguſtino papienſi canonico regulari æditum. Et ma gna quidem luce, & copia.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*In calce:*

Impreſſum in Ciuitate Florentię per me Bartholomeum pres.florentinum Menſe & Anno tranſmigrationis ducatus Mediolan. M.ccccc. die.xxv. Aprilis feliciter explicit.

REGISTRVM.

Omnes ſunt Terni preter .ſ. litteram in qua eſt quaternus &. A. litteram ī qua eſt quinternus.

Poſt haec ſequuntur *errores recogniti poſt impreſſum opus impreſſorum levium cura pretermiſſa*, qui duas circiter ſemipaginas occupant, quib. totum abſolvitur volumen.

Allatum hujus libri regiſtrum L. de foliorum numero ſatis inſtruere non poteſt. In primis enim non apparet quouſque progrediantur litterae alphabeti, ex quibus conſtant duae ſignaturarum ſeries, ex quibus regiſtrum componitur, niſi L. utriuſque ultimam propriis luſtrarit oculis. Deinde praeter operis folia, ſive chartas, ad quae hoc regiſtrum unice refertur, adſunt alia quatuor prolegomenorum folia, quorum ſecundum ſignatur A A ii. tertium A A iii. quae addita operis foliis regiſtro deſignatis, efficiunt ſummam foliorum volum. 142.

Folio primo verſo duo leguntur Auctoris Epigrammata, quorum primum inſcribitur: *de juſta & honeſta cauſa ſuſcepti operis*, alterum, *ad lectorem*. Fol. ſeq. recto habetur Epiſt. dedicatoria Auctoris ad quoſdam Cardinales: cui ſubjicitur *Tabula*, quam claudunt Epiſtolae duae; prima Lud. Bruni Epiſcopi Aquenſis; ſecunda cujuſdam Deſiderii Mediolan., utraque ad Auctorem, quibuſque abſolvuntur operis Prolegomena: poſt quae incipit operis *prooemium*.

Typographus hujus editionis idem eſt, ac qui impreſſit Hiſtoriam Florentinam Leonardi Aretini, & Poggii anno 1492. & 1493. Hiſtoriam Fl. Joſephi de Bello Judaico; quibus in libris ſe *Bartholomaeum* .P. inſcribere ſatis habuit: hic autem aliquanto liberalior ſe *Bartholomaeum Pres.* vocavit: qua ſubſcriptione dubium, quod ex antiquioribus editionibus ſupererat, ex parte ſuſtulit. Maxima operis pars duplici charactere excuſa eſt; majori ſcilicet & minori, utroque Romano & eleganti. Deſunt numeri & cuſtodes; capitales autem plerumque florentes ſunt. Exſtat in Caſanat., Corſin., & olim exſtabat in Pinelliana.

FLORENTIÆ.

# EDITIONES FLORENTINAE

## *Sine Anno, et plerumque sine loco, et typographo.*

## THEOLOGI.

### I.

MARSILII FICINI FLORENTINI
liber de christiana religione ad Laurentium Medicem
patrie seruatorem. prohemium. quod inter sapi
entiam religionemq; maxima cognatio est.
*In calce:*
FINIS DEO GRATIAS.
.AMEN.

(*in* 4°.)

Post haec duo sequuntur folia, quae tribus prioribus paginis sistunt tabulam *capitulorum omnium*, quae in libro continentur, num. XXXVII. (1). Signaturis, numeris, custodibus & registro caret. Character Romanus est magnitudinis *Silvii* majoris, maximam analogiam habens cum charactere Servii Virgiliani edit. Florentinae 1471. & 1472. per Cenninos aurifices; & ex eorum officina, vel schola, una cum sequenti prodiisse, a vero non abhorret. Folia ex numeratione 136. Exst. in Corsin. & apud cl. Ferd. Joannutium. *Vid. Edit. Seq.*

### II.

LIBRO DI MARSILIO FICINO FIOREN
tino Della Cristiana Religione ad BERNARDO
DEL NERO Clarissimo Cittadino Fiorentino:
PROHEMIO del libro che la generatione humana
senza religione sarebbe più misera chelle Bestie:
*In calce:*
:FINIS DEO GRATIAS amen.
:AMEN:

(*in* 4°. *majori*.)

Eodem prorsus charact. ac praeced. impressa est haec Itala editio, & ipsa sine signaturis, numeris, &c. ut illa. Foliorum numero non ita multum discrepat ab eadem; sunt enim 114. Hujus autem charta (in exemplo saltem Casanatensi) prae-

(1) Erronea est haec tabula.

praecedentis charta longe solidior & candidior; margines duplo fere ampliores. Tabula in hoc exemplo praecedit; singulaque operis capitula distincte & accurate in ea recensentur num. XXXVII. Hae duae editiones inter rariores habendae videntur; & ni fallor, nunc primum in eruditorum notitiam efferuntur. Frustra de iisdem Orlandium consului; frustra Maettarium, Denisium, Deburios, Haymum, Jandonatum, Crevennam, Catalog. Biblioth. Pinell., Indicem librorum ab inventa typographia usque ad annum 1500., in quorum plerisque unam editionem Pisanam versionis Italae anni 1484. memoratam inveni. FLORENTIE.

III.

Fratris HIERONYMI de FERRARIA
Triumphus Crucis
De ueritate Fidei
*In fine:*
.LAVS DEO.
(*in fol. par.*)

Editio est charactere Romano eleganti, titulo excepto, qui semigothicus est. Verso folio tituli incipit *Tabula Capitulorum: quae in hoc volumine continentur*, quae duas paginas, cum semisse fere implet, minime signatas. Signaturae incipiunt folio tertio, & pertinent ab *a* usque ad *m* IIII. omnesque fasciculi quaterni sunt (1). Exst. in Casanat., Corsin. &c.

IV.

Operetta del amore di Iesu Composta da
Frate HIERONIMO da FERRARA; *con due laude*
*et una orazione in fine*.
(*in* 4°.)

Frontem & calcem libri ornat sacra imago ligno insculpta: illa major; haec minor. Signatur ab *a* usque ad *c* IIII.; duoque priores fasciculi quaterni sunt, ultimus, ternus (2). Desunt & hic custodes &c. Character valde nitidus, idemque, quo Laurentius Morgiani anno 1496. impressit tract. Auctoris de *simplicitate Vitae Christianae*, cum hoc colligatum in Casanat.

V.

Tractato ouuero sermone della oratione cõ
posto da frate HIERONIMO da FERRARA.
(*in* 4°.)

Et hic libellus cum in fronte, cum in calce ornatur sacra figura ligno insculpta. Est eodem charact. ac praecedens, cum solis signaturis, quae terminantur in *b* 3, folia 14. Exst. in Casanat.



(1) Opus in IV. libros dividitur. Desunt numeri, custodes, & registrum.
(2) Videtur esse quaternus, quia signatur etiam quartum ejus folium. Adest in princip. hujus terni nova imago Crucifixi.

FLORENTIÆ.

## VI.

Tractato diuoto & tutto ſpirituale di frate HIERONY
MO da FERRARA dellordine de frati Predicatori in defen
ſione & cõmendatione delloratione mentale,
compoſto ad inſtructione; confirmatione
& conſolatione delle anime deuote
LAVS DEO

( *in* 4°. )

Character idem ac duorum praecedentium, cum ſolis ſignaturis, quae terminantur in *b* II. folia 10. Opuſculo praeponuntur figurae duae ligno inſculptae, altera major, altera minor. Major, altare cum Crucifixo exhibet, ad cujus pedes duae perſonae genuflexae, & orantes cernuntur. Majori minor ad latus ſuppoſita S. Epiſcopum, librum in manibus tenentem, adſtante, ut videtur, miniſtro, repraeſentat. Exſtat in Caſanat.

## VII.

DYALOGO DELLA VERITA PROPHETICA
COMPOSTO IN LINGVA LATINA DAL
VENERANDO IN CHRISTO PADRE
FRATE HIERONYMO DA FERRA
RA DELLORDINE DE PREDICA
TORI| QVI TRADOCTO IN
LINGVA VOLGARE DA
VNO ſuo diſcepolo ad uti
lita di tutti li ſervi &
ancille di Chri
ſto Ieſu.
ARGOMENTO.

( *in* 4°. )

Ex argumento ab interprete huic tractatui praepoſito, apparet ipſum non tardius anno 1497. impreſſum, aut ſaltem non tardius eo anno Italice verſum fuiſſe. Character Romanus eſt, non tamen paris pulchritudinis ac praecedens. Solis ſignaturis inſtruitur, quae ab *a* I. pertinent uſque ad *g* IIII., omneſque ſcapi quaterni ſunt. Exſtat in Caſanatenſi.

## VIII.

Expoſitione del Reuerendiſſimo in Chriſto
padre Frate HIERONYMO da FERRARA dellordine
de predicatori ſopra la oratione della Vergine

glo-

gloriosa ; composta da lui in lingua uulgare ad instantia dicerte devote suore Ferrarese. FLORENTIÆ.
( *in* 4°. )

Hujus opusculi character alius est a characteribus praecedentium, iisdemque pulchrior, major certe. Constat ex uno quaterno, & uno duerno, signatis literis *a b.* Exstat in Casanatensi.

IX.

EXPositione di Frate HIE. da F. sopra alpsalmo
IN Te domine speraui.

Constat ex uno quaterno, & uno duerno, signatis literis *a. b.* Ad calcem opusculi accedit: *Regola di frate Hieronimo data universale ad ogni buono.* Est eod. charact. ac V. VI. &c. opusc. Exst. in Casanat.

X.

Expositione sopra el psalmo VERBA MEA
( *in* 4°. )

Folia VIII. ex quibus sola tria priora signantur. Character idem ac praeced. Exst. in Casanat.

XI.

Copia duna epistola la quale manda el uenerabile frate HIERONYMO da FERRARA dellordine de frati predicatori a Madonna Magdalena Contessa della Mirandola, la quale uoleua intrare in Monasterio
( *in* 4°. )

Folia IV. cum signaturis. Duabus ornatur figuris, altera in principio supra recitatum titulum, quae monachum sedentem, & calamum ad scribendum aptantem exhibet; altera in fine, quae duos monachos, ex quibus praecipuus cum aliquot velatis mulieribus loquitur, repraesentat. Exstat apud cl. P. Amoretti, & in Corsiniana.

XII.

PREDICHE RACCOLTE PER SER Lorenzo Violi parte in sancta Maria del Fiore ; & parte nella chiesa di sco Marco di Firenze dalla uiua uoce del Reuerẽdo padre Frate Hieronymo da Ferrara ; mẽtre che predicava: & prima in sca Maria del fiore adi xi. di Febraio. Mccccłxxxxvii. secondo lo uso fiorentino: & fu la Domenica della Septuagesima: le quali furono

le

FLORENTIAE.

le ultime sue prediche: nel quale di ricomincio ad predicare el decto Frate Hieronymo, che era stato molti mesi che non haueua predicato per rispetto della excomunica: ma atteso ad giustificarsi col Pōtefice, & facto uno libretto delle iustificationi sue & mandatolo fuori, & dipoi decto di rientrato ī pergamo I comincio cosi.

(*in fol.*)

Ultima concio, quae in hac collectione continetur, recitata fuit Dominica tertia Quadragesimae anni 1498., quo eodem anno habitae fuerunt caeterae, quae praecedunt. Prima autem, quae in titulo habita fuisse dicitur Dominica Septuagesimae XI. Februarii anni 1497. juxta usum Florentinum, (quamque aliae sequutae fuisse videntur usque ad I. diem Quadragesimae) in exemplo Casanat. deest. Prima enim concio, quam exhibet hoc exemplum in titulo ipsi praeposito, recitata fuisse dicitur, *el primo di della Quaresima, che fu a di ultimo di Febraio MCCCCLXXXXVII. secondo el corso Fiorentino*; eamque sequuntur aliae recitatae usque ad Dominicam tertiam Quadragesimae ejusdem anni, uti dictum est. Primum folium hujus concionis signatur *a* I. secundum *a* II. & signaturae pertinent ab *a* I. usque ad *o* II. *O* duernus est, *n* ternus; caeteri quaterni. Ultimae concioni, de qua diximus, habitae Dom. III. Quadragesimae, subjicitur:
„ Exortatione facta al popolo dal Reverendo Padre Frate Hieronymo da Fer-
„ rara, nella chiesa di Sancto Marcho di Firenze: a di VII. di Aprile MCCCCLXXXXVIII.
„ Nel qual di li frati di sancto Francesco, & quelli di sancto Domenico si con-
„ dussono in piazza de Signori per fare lo experimento del fuoco se le profe-
„ tie predicate dal decto reverendo Padre frate Hieronymo erano vere o no.
„ Et per la parte de frati di Sancto Domenico aveva a entrare nel fuoco frate
„ Domenico da Pescia: & per la parte de frati di Sancto Francesco fra Giulia-
„ no Rondinelli da Firenze.

Quae exhortatio duo circiter implet folia, & ad ejus calcem legitur: „ Nota
„ qui tu che leggi, che tutto el popolo con altissima voce rispose, si, si, si:
„ et grido a Dio misericordia. Dipoi el padre segui dicendo. Hor su dilectis-
„ simi: questo sia el principio del ben vivere, state tutti in orazione, & intan-
„ to andro ad ordinare quello che si ha ad fare . . . . Character Romanus, columnae binae sine numeris & custodibus. In exemplo Casanat. praeter concionem, de qua diximus supra, deest fere tota Concio habita feria 6. post secundam Dom. Quadrag. Potuisset haec edit. congruè referri ipso anno 1498.

## XIII.

Dialogo di maestro DOMENICO BENIVIENI Canonico di sācto Lorenzo della uerita della doctrina predicata da Frate Hieronymo da Ferrara nella cipta di Firenze.

*in* 4°.

Opusculum constat foliis XII. impressis eodem eleganti charact. Florentino, quo plura alia in superioribus relata, cum signaturis *a b*. Exst. in Casanat.

XIV.

FLORENTIAE.

XIV.

Epiſtola di HIERONYMO CIONI phiſico in fauore della uerita predicata dal uenerando padre Frate hier. da Ferrara. *in* 4°.

Conſtat ex duobus tantum foliis, character idem ac praeced. Exſt. ibidem.

XV.

Sermone di Sancto AVGVSTINO
Della morte.
(*in* 4°.)

Conſtat ex ſex foliis, quorum primum rectum, ſub recitato titulo exhibet imaginem S. D. ſtantis ligno inſculptam; verſum vacat. Eſt eodem charact. Gothico grandi, quo ſermones ejuſdem ad eremitas anni 1493. Exſtat apud Can. Devoti.

XVI.

„ Incomincia el prohemio dell'arte del ben morire cioe in gra-
„ tia di Dio compilato & compoſto per lo reverendo in criſto
„ padre mſg. Cardinale di Fermo nelli anni del noſtro ſignore 1452.

„ Poſt 29. verſus terminatur ſic: *finito el libro del ben morire tutto ſloriato, deo*
„ *gratias*. Terminatur cum ſignatura *c* 3. cum multis figuris ligno inciſis. Ex
„ charact. Florent. circa 1490. „ Laerius tom. II. Indicis pag. 136.

XVII.

„ Predica dell'arte del ben morire facta dal reverendo padre
„ frate Hieronimo da Ferrara a di 11. di Novembre 1496. &
„ raccolte da ſer Lorenzo Violi dalla viva voce del predecto pa-
„ dre mentre che predicava.

„ Terminatur ſic fol. verſo: *Laus Deo*; cum ſignatura *c* 11. cum multis fi-
„ guris „. Idem ibidem. Congrue haec editio referri potuiſſet ſub anno 1496.

XVIII.

„ S. ANTONINO il Confeſſionale volgarizzato. *Fiorenza per*
„ *Franc. di Dino. Charact. rot.* Saec. XV. in 4°.

Ex Catalogo Biblioth. Pinell. tom. 4. pag. 27.

XIX.

IN NOME Del padre & del figliuolo & dello ſpiri
to ſancto Amen. Queſto libro ſichiama lo ſpecchio

del-

FLORENTIAE.

della Croce, compilato da Frate Domenico Caualca da Vicopisano dellordine di sancto Domenico, huomo di sancta uita.

*In calce:*

Impresso in Firenze Con somma diligentia Correcti: (*sic*) nella quale correptione nō pocho habbiamo insudato & affaticatoci: conciosia che di moltissime copie, o uero exempli di questa utile operetta parte scripti in penna & parte impressi nessuno nabbiamo trovato correcto, ma tutti equalmente incorrecti, Onde noi (bēche insufficienti) cō quel poco sapere che la natura ci ha porto, habbiamo transcorrendo di molti correpti facto uno quasi correpto. Siche preghiamo ...... (*in* 4°.)

Recitatus titulus legitur in fronte primae paginae secundi folii signati *a* 2., cui titulo subjiciuntur Auctoris prologus, & tabula omnium capitulorum libri, quae duo simul fere occupant V. paginas cum semisse. Primum folium duabus ornatur figuris, quarum prima imaginem Crucifixi, adstantibus V. M., S. Joanne & M. Magdalena exhibet, & super ipsam charact. semigothico legitur: SPECCHIO DI CROCE. Altera figura, quae habetur folio verso, frequens est in opusculis Hier. Savonarolae; eademque est, ac secunda, de qua diximus num. XI. Quatuor haec folia primum voluminis scapum efficiunt signatum litera *a*. Incipit post haec opus ipsum, quod signatur ab *a* usque ad *m* 3. omnesque fasciculi, ultimo excepto, sunt quaterni. Character Romanus est & nitidus; idemque omnino, quo excusa sunt varia opuscula Savonarolae, aliorumque. Exit. apud cl. P. Amoretti, & in Corsiniana.

## XX.

Libro deuotissimo et spirituale de fructi della lingua.

*In fine.*

Impresso in Firenze con sōma diligētia emēdato & correcto, excepto alcuni fogli del pricipio di decto tractato: & tale defecto nō da nostra inaduertentia, ma da una copia o uero exēplo tutto corropto & falsificato impresso perlo adrieto ī firēze p unaltro nō diligēte impressore pcedette: Onde ........................ (*in* 4°.)

Primi folii faciem ornat eadem figura, quae secundo loco occurrit in opere praeced., & super ipsam legitur allatus titulus: LIBRO, &c. charactere semigothico. Verso folio habetur operis prologus, praefixo hoc titulo:

Prologo del libro intitolato Efructi della lingua, composto da Frate Domenico Caualcha da Vicopisano dellordine delli frati predicatori.

Sc-

Sequens folium singula operis capitula, num. XXXVII. exhibet. Folio tertio incipit opus ipsum; & cum eo incipiunt signaturae, quae pertinent usque ad ſ a. Fasciculi, ultimo excepto, quaterni omnes. Character idem omnino, ac praeced. Exstat in Casanat. & Corsiniana. FLORENTIE.

XXI.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRI
tus sancti amen. Incomincia il bellissimo & utile tractato
contra il peccato della lingua Prologo sopra decta opera
compilata et facta per frate domenico chavalcha dauico
pisano frate predicatore.

*In fine:*

FINIT PERNICHOLAVM FLORENTIE
DEO GRATIAS AMEN.

(*in* 4°. *magno*.)

Solis signaturis instruitur, quae ab *a* pertinent usque ad *q*. *A* quinternus est, primaque hujus fasciculi signatura est *a* v; praecedentes omissae fuerunt. Caeteri fasciculi quaterni sunt, excepto *q*, qui est duernus. *K* omnino deest. Character Romanus est & elegans, margines ampli, charta magnifica. Exst. in Corsiniana, & olim exstabat in Pincll. & apud Abb. Nic. de Rossi.

XXII.

„ La disciplina delli Spirituali di Fr. Domenico CAVALCA da
„ Vico Pisano dell' Ord. de PP. *in* 4°.

Orlandius, pag. 136. Haymus utriusque edit. Italae.

XXIII.

IOANNES gerson de imitatione christi et
de contemptu mundi in vvlgari sermone:

*In calce:*

Fine del terzo & ultimo libro di Ioanne gerson della imitatione
de christo & del dispregio del mondo.

(*in* 4°.)

Ubi viderim hanc edit., certe Florentinam, memoria excidit: neque in reliquiis meorum adversariorum, 9. vel 10. ante annos scriptorum, ullum ejus vestigium invenire potui.

XXIV.

La confessione di LVIGI PVLCI, *vel uti verso folio legitur*:

CONFESSIO ALOISII DE
PVLCIS. M. V.

(*in* 4°.)

FLOREN TIÆ. Prima inscriptio posita est super imaginem ligno insculptam, quae totum primum folium rectum occupat: altera occurrit in fronte ejusdem versi, ubi incipit confessio ipsa, quae est in *terza rima*. Exemplum, quod prae manibus habeo, nonnisi priora quinque folia continet, etsi opusculum ex septem vel octo foliis ad minus constare debeat, uti liquet ex signaturis horum foliorum, quae quaternionem designant. Editionem omnino numero inter Florentinas Saec. XV. exeuntis: est enim eodem rotundo pulchroque charactere, quo varia opera, Florentiae Saeculo XV. exeunte impressa, ex. c. *Frutti della lingua Dom. Cavalcae*, sine anni nota, supra relati, num. XX. Editio haec confundi haud debet cum ea, quae memoratur in Catalogo Biblioth. Vallierianae, tom. 2. pag. 313., haec enim ex quatuor tantum foliis, duabus columnis impressis, constat; cum nostra septem ad minus folia continere debeat, integra pagina excusa. Cl. Quadrius varia hujus Poetae opera memorat: praesens autem opusculum aut diligentiam nostram fefellit; aut apud ipsum desideratur. Exst. apud Can. Devoti.

## XXV.

PVLCI BERNARDO La Passione di Nostro Signore. *Fiorenza*, Sec. XV. in 4°.

„ Edizione in bel carattere tondo senza numeri e richiami con registro, ed „ alla fine si legge soltanto *Florentiæ impressum* „ &c. Haec cl. Morellius, tom. IV. Biblioth. Pinell., pag. 290.

## XXVI.

SCALA DELLA VITA SPIRITVALE SOPRA EL NOME MARIA.
Composta da Maestro DOMENICO BENIVENI (*sic*) canonico di san Lorenzo.
(*in* 4°.)

*Sine notis typogr. sed proculdubio Florentina editio*, inquit cl. Ferdinandus Fossius in *Catalogo Codd. Saec. XV. impressorum*, *qui in publ. Biblioth. Magliabechiana Florentiae adservantur*, col. 288. seq., qui hac die, 27. Junii 1793. primum ad manus nostras pervenit. Opusculum, eodem Fossio annotante, *foliis XIV. absolvitur*. Vide eundem loco citato (1).

## XXVII.

Comincia ellibro della uita Viduale ɪ cõposto da frate HIERONYMO da FERRARA dellordine de frati predicatori ad instanza di molte deuote Vedoue, e Vedoui.
*In calce*:

FINIS.

(*in* 4°.)

Edi-

(1) Ubi tria hujus auctoris opuscula, quae Hieronymum Savonarolam respiciunt, referuntur, & in hoc Specim. desiderantur. Sed Opuscula vel ab ipso Savonarola scripta, vel ab aliis in ejus defensionem vel contra edita, & jam in superioribus indicata, nimis multa sunt, ut Speciminis modum excedere videantur. Quare expedire puto, ab iis referendis in praesentia abstinere. Facere tamen nequeo quin opusculum de vita viduali ejusdem Savonarolae, etsi fortasse alieno loco, hic referam, quod antea lectori illud promiserim. En illud.

Editio est optimo charact. Romano, eodemque omnino, quo *Speculum Crucis*, ex. c., & tract. *de Fructibus linguae*, Dom. Cavalcae supra relata, num. XIX. & XX. cum foliis signaturis, ut illa, eademque figura ligno insculpta, quae visitur folio primo verso *Spec. crucis*, quae monachum, aetate gravem, ipsum nempe Savonarolam, (retro quem habetur socius) cum aliquot velatis mulieribus differentem exhibet. Constat ex duobus quaternis & uno terno, signatis literis *a. b. c.* Ultimum fol. vacat. Exstat in Casanat. & Corsin. FLORENTIE.

XXVIII.

PSALTERIVM. *Vid.* ad ann. 1480. num. V.

XXIX.

Lucidario.

*In calce:*

Finito il Lucidario.

(*in* 4°. *par.*)

Editionem hanc Florentiae adscribendam esse, ultro fatebitur quisquis editiones Florentinas Saeculi XV. exeuntis, Dom. Cavalcae cumprimis, & Hieron. Savonarolae, bona ex parte in superioribus relatas, & in quibus Florentiae nomen expressum est, perspectas habuerit. Ratione siquidem typorum, cum earum aliquibus, *Speculo Crucis*, ex. c. & *Linguae fructibus* ita convenit, ut meo judicio alteri loco, sine manifesto erroris periculo tribui non possit. Cum iis etiam convenit ratione figurae, ligno insculptae, vocabulo LVCIDARIO suppositae. Solis signaturis, uti illae instruitur, quae desinunt in f 3.; praecedentes scapi omnes quaterni sunt. Exstat in Casanatensi.

# PHILOSOPHI ET MEDICI.

I.

OPVS ARISTOTELIS DE MORIBVS AD
nicomachum I a Ioanne argyropylo Byzantio: Causa claris
simi Viri Cosmæ medicis florẽtini patris patriæ traductũ.

*In fine:*

RISTOTELIS VIRI SAPIENTISSIMI
AD NICOMACHVM DECIMVS ET VL
TIMVS LIBER FINIT FELICITER.
FINIT PER ME NICOLAVM FLORENCIE

(*in* 4°. *magno*)

Perpulchra editio, egregio charactere Romano, cum foliis signaturis, & cu-

FLORENTIÆ. stodibus (1) nonnullorum scaporum, nimirum, *b. c. d. e. g. h. i. l.* omissis caeteris. Signaturae incipiunt a litera *b* (2) & terminantur in *r iii.*, folia ex numeratione, omnino 116., ex quibus priora tria epistolam Jo. Argyropyli ad Cosmam Medicem continent. Exstat in Casanat., Corsiniana, &c.

II.

„ PLATONIS HIPPARCVS & alia interprete Marsilio Ficino.
„ Addito Commentario in Convivium. *In fine*. Impressum Flo-
„ rentiæ per Laurentium Venetum. *In fol.*

Haec cl. Sal. M. de Blasis, *Notizie di libri di Prima Stampa*, tom. XX. Opusculorum Auctorum Siculorum pag. 409. Vereor tamen ne haec editio sit pars prior operum Platonis, de quibus a nobis dictum est in hoc Specimine, pag. 293. & seq., quas videat L. Videat etiam quae ibid. annotamus in fine notulae (2), de opinione Maettarii circa typogr. *Laurentium Venetum*, quae eadem est S. M. de Blasis.

III.

Quae Opera cõtinentur in hoc uolumine
Opus preclarissimum PETRIPAVLI VERGERII
Iustinopolitani de Ingenuis moribus
BASILII uiri Eruditissimi & Sanctissimi Opus diuinum
LEONARDI ARETINI ex xenophonte traductio de Tyrannide
De liberis educandis PLVTARCHI Opus.
HIERONYMI Presbiteri de Officiis liberorum
erga parentes brevis admonitio

*In calce*:

Impressa floren
tie. p Fẽo
Dini flo
renti
no

(*in* 4°.)

Adductus titulus legitur primo fol. recto; eodem verso, incipit Vergerius; post quem sequuntur reliqui auctores eodem ordine, quo in titulo nominantur. Solis signaturis instruitur, quae ab *a* pertinent usque ad *l. v. l* quinternus est, praecedentes omnes quaterni. Exst. in Corsiniana.

VI.

(1) Custodes scaporum appello, quod custodiant scapos, qui sequuntur, prima eorum elementa in inferiori margine ultimae paginae scapi praecedentis demonstrando. Liberalior autem est Fossius, qui hos custodes in quovis hujus editionis scapo occurrere scribit. Scapi enim *f. m. n. o. p. q. r.* iis carent.

(2) Primus scapus non signatur; & signatura *k*, pro more hujus typographi, omittitur.

## IV.



Tractato contra gli Astrologi
*Auctore* HIERONYMO SAVONAROLA.
(*in* 4°.)

Frontem libri ornat figura ligno insculpta, quae speculam astronomicam repraesentat, in qua visuntur astrologus sphaeram ostentans, & e regione Monachus Dominicanus, librum sacrum apertum eidem demonstrans. Speculam cingit egregius ornatus supra quem legitur allatum Lemma:

Tractato contra gli Astrologi

Folium versum vacat. Sequenti folio signato *a* 3. hic inscriptus est titulus:

Prohemio di frate Hieronymo da Ferrara dellōdine de fra
ti predicatori nel libro contra la Astrologia diuinatoria.

qui prologus totum fere folium ex utraque parte implet. Ad calcem secundae paginae ejusdem positus est titulus primi tractatus, qui incipit seq. fol. signato *a* IIII. In tres tractatus dividitur opusculum; quorum unusquisque, aliquot complectitur capitula; quorum ad ejusdem calcem subjicitur Index. Post duas paginas albas sequitur:

Correctione del libro:

quae duas integras occupat paginas, ultima versa vacante. Solis signaturis instruitur liber, quarum priores tres sunt *a* 3. *a* iiii. *a* v. Prima, uti diximus, apposita fuit folio, quod continet Auctoris Prologum, quem antevertit supradicta figura speculae; hicque primus volum. fasciculus, computato folio figurae, quaternus est. Sequentes signaturae sunt: *b. c. d*: priores duae quaternos signant; tertia quinternum. Adsunt praeterea duo correctionis folia minime signata. Hoc eodem charactere (qui rotundus est, cum initialibus florentibus) impressa sunt varia alia opuscula cum *Florentiae* nomine in superioribus relata. Haec editio apud Jandonatum non comparet.

## V.

MESVE VVLGARE

*In fine*:

FINITO e il libro di Giovanni Mesue della consolatione delle medi
cine semplici solutiue: Impresso in Firenze e ricorrepto di
nuouo et meglio degli altri vulgari che si sono forma
ti per il passato che in molti luoghi abbia.
mo trovato havere manchamento
DEO GRATIAS.
AMEN

(*in fol. par.*)

Haec est una ex insignioribus Florentinis editionibus, quae ad hanc diem in manus nostras incidere; cuique artificem nomen suum haud apposuisse moleste

fero;

FLORENTIAE. fero; Character siquidem Romanus est, & perpulcher, maximeque aequabilis & magnitudine praestans. Solis signaturis instruitur, quae duabus seriebus constant: quarum prima per totum alphabetum excurrit, ac minoribus literis (1) expressa est, secunda majusculis constans, non ultra *B* 3. progreditur. Incipit prima series a primo operis folio signato a; & tam primae, quam secundae seriei literae, ultima excepta, signant quinque priora cujuslibet scapi folia, etsi eorum quilibet quaternus sit, & ultimus duernus. In exemplo Casanat. octo praecunt folia, in quorum primo, prope summum, ad dexteram haec duo tantum verba charact. majusculo leguntur: MESVE VVLGARE. Sequens omnino vacat; reliqua sex numeris 1. 2. 3. notata, tabulam ordine alphabet. digestam continent; subjecta eidem in ultima pagina, LA QVALITA DE PESI. Exst. in Casanat. & Corsin.

## VI.

Tractatus Rabi MOYSI *de regimine sanitatis*.
*In fine*:

Impressum Florentiæ
apud Sanctum
Iacobum de
Ripolis.

(*in* 4°.)

Editio est charact. Romano non ineleganti, solis signaturis instructa, quae pertinent usque ad E IIII. omnesque fasciculi quaterni; ideoque folia num. 40. Typographus non multum sollicitus fuisse videtur de formarum aequalitate (quod spectat ad earum longitudinem) servanda: in quibusdam siquidem paginis lineae sunt num. 28., in aliis, 25., in maxima parte, 26. vel 27. Exst. in Corsin., apud Excell. B. C. Valentium Gonzagam, & Can. Devoti.

# VARIA

## I.

ORATIONES

In eloquentiam
In historiam
In bonas artes
In poeticen
In Sapientiam
In Satyram & studia humanitatis
Vita Pauli ghiacceti
De pęnitentia
(*in* 4°. *par.*)

Re-

(1) Sermo hic est de Signaturis ipsius operis.

Recitatus titulus occurrit primo folio verso, absque ullius auctoris nomine, quod, Ferd. Fossio teste, primum legitur in inscriptione epistolae ejusdem ad Laurentium Medic. primo opusculo praepositae; & deinde in singulis titulis, sequentibus opusculis praefixis. Notabiliores ex his sunt postremi duo, quorum primus majusculo charactere exaratus est; alter sive postremus sic est expressus: FLORENTIAE.

Bartholomęi fontii Donatus ad Iulianum
Medicem Petri. F.

Donati nomine intelligit Donatum Acciajolum, a quo ea, quae ad Julianum de poenitentia scribit, narrata sibi fuisse memorat. De secundo titulo per conjecturam loquor: de primo autem ea tantum refero, quae apud Fossium leguntur, in exemplo siquidem Casanat. (quod unum in praesentia consulere licet) desunt secundum & septimum folium, in quibus occurrunt. Character Romanus est, & elegantissimus, mihi tamen non satis notus. Eum tamen nulli loco tutius quam Florentiae adscribere scio; itaque externae circumstantiae suadent. Solis signaturis instruitur, incipientibus ab a 2. & desinentibus in f 6.: quinque priores scapi, quaterni, ultimus sexternus: folia 52.

## II.

FRANCISCI ARHETINI IN PHALARIDIS
TYRANNI AGRIGENTINI EPISTO
LAS PROEMIVM. (*sic*)
*Ipsaeque Epistolae latine, ex ejusdem versione.*
*In fine*:
Impressum Florentiæ p Antoniũ uenetum.
(*in* 4°.)

Constat ex quinque quaternis Rom. charact. non nimis eleganti, & cum solis signaturis impressis. Praeter allatam inscriptionem, & primum verbum, VELLEM, nil aliud charactere majusculo excusum in eo videre licuit. Exst. in Corsiniana, & apud cl. Can. Alb. Devoti, cujus exemplum etiam num apud me habeo.

## III.

„ Pistole di LVCA de' PVLCI al Magnifico Lorenzo de' Medici. *in* 4°.

Ex Catal. Biblioth. D. de la Valliere, tom. II. pag. 513. ubi haec annotantur: *Edition à longues lignes, au nombre de 33. sur les pages, qui sont entieres sans chiffres & reclames; mais avec signatures. Il y a sur le premier feuillet une gravure en bois.*

## IV.

ANGELI POLITIANI cõiurationis (*Pactiana*) cõmentarium.

Vid. ad ann. 1478. num. XX.

## V.

Libro di LAZERO & Martha & Magdalena, leggenda. *in* 4°.
*sine loco & anno*, a petizione di ser Piero Pacini da Pescia.

Ex Catal. Biblioth. Abb. Nic. de Rossi, pag. 52.

FLOREN TIÆ.

## VI.

HISTORIA DI DVA AMANTI COMPO
STA DA SILVIO ENEA PONTEFICE
PIO II. A MARIANO SVO COMPA
TRIOTA ET TRADOCTA DI
LINGVA LATINA IN FIOREN
TINA DA ALAMANNO DO
NATI AL MAGNIFICO
LORENZO DE
MEDICI

„ Precedono quattro fogli, i quali contengono il PROEMIO DALAMANO „ DONATI AL MAGNIFICO LORENZO DE MEDICI e: MARSILII FICI- „ NI APOLOGVS IN TRADVCTIONEM DE AMORE: ALAMANNI DO- „ NATI AD LAVRENTIVM MEDICEN. E' in 4o.: ha le segnature da *a* sino „ ad *i*. Sono tutti quaderni; *i* però è duerno: non ha numeri, nè registro, nè „ data veruna, è in carattere tondo, e può giudicarsi stampato dal Miscomini „ essendo somigliantissimo al carattere usato dal detto Stampatore l'anno 1494. „ nell'edizione dell'expositione del Pater noster del Savonarola. Sta nella Cor- „ siniana „. Haec cl. P. Amoretti.

## VII.

FORMVLARIVM DIVERSORVM CONTRAC
TVVM SECVNDVM STILVM ET MODVM FLO
RENTINVM

*In fine:*

Accurate emdatũ p Eximiũ legũ Doctorem florẽtinũ Vꝫ
huiuscemodi artis notarie peritissimum.

IMPRESSVM FLORENTIE
PER FRANCISCVM
DINI

(*in. fol. par.*)

Precedit tabula, seu index foliorum trium, quem sequitur folium omnino album, in exemplo Abb. Nic. de Rossi: inde habetur folium, quod anteriori facie exhibet allatum titulum, charactere majusculo impressum & quoad reliqua omnia vacans. Incipit deinde opus ipsum, quod signaturis in foliorum calce, & numeris in medio margine superiore impari, notatum est; quorum numerorum postremus est CLXXXVII. Post hoc folium, aliud sequitur, quod continet *menda emendanda*, in cujus parte aversa occurrit adducta subscriptio. Editio est charact. rotundo & eleganti, & sine dubio sequenti antiquior, non tamen anterior anno 1483.: folio siquidem CLXXIII. habetur instrumentum *Donationis facta* 15. mensis Augusti 1483.

VIII.

VIII.

FORMVLARIVM Modernum et uniuersale diuersorum contractuum nuper emendatum per eximium legum Doctorem florentinum Dominum (1) . . . . hujuscemodi artis notarie peritissimum & cunctis notariis utilissimum.

*Infra*:

Legendo per te ipsum poteris signare liniamenta sub illis uersibus quibus opus fuerit eo modo quo in nonnullis signatis inuenies.

(*in fol.*)

Editio est optimo charactere Romano, cum signaturis consueto loco, & numeris Romanis in medio margine superiore folii recti positis, quorum postremus est CLVI. Unitas notat ipsam libri frontem. Accedunt duo folia in fine non signata, quae tabulam operis continent. Exst. in Angelica.

IX.

COSTVMI, Cambi, Monete, Pesi, &c. Firenze a petitione di Ser Piero Pacini da Pescia. *in* 8°.

Ex Catal. ms. Biblioth. Abb. Nic. de Rossi, num. 1272. quam tamen edit. in Catal. impresso invenire non potui.

X.

GEOGRAPIHA DI
FRANCESCO BERLINGHIERI
FIORENTINO IN TERZA
RIMA ET LINGVA TOSCANA DI
STINCTA CON LE SVE TAVO
LE IN VARII SITI ET PRO
VINCIE SECONDO LA
GEOGRAPHIA
ET DISTIN
ctione dele
tauole di Ptolomeo.

cum gratia & privilegio.

*Ad calcem Registri quod est in fine*:

Impresso in firenze per Nicolo Todescho
& emendata con somma dili
gentia dallo autore.

(*in fol. magno.*)



(1) Vacat locus, in quo scribendum erat editoris nomen.

FLORENTIAE. „ Italicis carminibus (inquit diligentiss. Fossius, col. 295. Catal. Codd. impress. Bblioth. Magliabech.) vulgo, *terzine*, in septem dies vel libros tributa. „ Florentiae sine anni nota in fol max. duplici columna excusa ...... Custodes, pag. XII. signaturae *a* excepta, & fol. num. desiderantur. Signaturae adsunt *a a* — *b b*., *a* — *f*. cum Romanis numeris minoribus. Prima pagina vacua „ est (1). In medio secundae inscriptio haec legitur, majoribus charact. hoc „ pacto expressa:

IN QVE
STO VOLVME
SI CONTENGONO SEP.
TE GIORNATE DELLA GEOG
RAPHIA DI FRANCESCO BERLIN
GERI FIORENTINO ALLO IL
LVSTRISSIMO FEDERI
CO DVCA DVR
BINO

Caetera, quae de editione scribit cl. Bibliographus, quo integram & accuratam ejus notionem Lectori tradat, commodius & majori cum fructu, apud ipsum legere poterit Bibliographiae studiosus. Nobis satis erit, praeter pauca, ex ipso jam delibata, nonnulla, quae ad mechanicam integritatemque libri pertinent, indicare. In primis dicam, signaturas valde implexas (2) esse; & neque me, neque alium studiosum, in exemplo Casanat., ex ipsis de foliorum numero tuto & praecise intelligere potuisse. Folia ex numerat. in hoc exemplo, CXVIII. inventa sunt: Tabulae autem Geographicae aeri incisae, XXX. Sed nullum est dubium, quin in foliis hoc exemplum deficiat. De tabulis autem, quas Fossius XXXI. numerat, monere non omittam in quibusdam exemplaribus, ex. gr., in Corsiniano, adhuc pauciores, nimirum 29. occurrere. Praestat tamen hoc exemplum magnificentia primi tituli allati, qui rubrica impressus est, aetateque ipsi libro, omnino par; secus ac in exemplo Casanatensi, cui recenti manu adjectum fuit; ita tamen, ut ab impresso, ratione formae & aequalitatis literarum nil plane a Corsiniano differat.

Hisce jam prelo suppositis, placuit experiri utrum ex registro, quod est in fine, quidpiam certius de numero foliorum & tabularum colligere liceret; nec frustra; ejus enim ope tam prope accessimus ad Fossii supputationem, ut exemplum ab ipso descriptum, integerrimum esse appareat. Constat hoc registrum ex XV. fasciculis quorum unicuique propria praefigitur signatura, (excepto primo) eique subjiciuntur initia foliorum ad quae pertinent. In series duas distinguuntur hi fasciculi: priores novem signantur primis novem alphabeti literis geminatis; posteriores sex, sex primis literis simplicibus, prima series designat folia 66., altera 62. quorum summa 128. nil differt a Fossii calculo, si ei adjiciantur (quod factum a nobis est) folium registri & primum voluminis, quod in registro *album* di-

(1) Vide quae post medium articuli dicuntur.

(2) Afferemus hic priores tres voluminis signaturas, ex quibus, de reliquis conjecturam facere licebit. Incipiunt hae a primo operis folio, cujus primus scapus, quinternus est; ejusque signaturae sic habent *a* I. *a a* II. *a a* III. *a a*. III. *a a*. IIII. in qua prima serie, quarta & quinta signatura erroneae sunt, praeter primam, quae ex una tantum constat litera. Secundus scapus *b b*. quaternus est; eique deficit in exemplo Casanat. quarta signatura *b b* IIII. Tertius scapus *c*, & ipse quaternus est; & hic solus ex tribus prioribus recte signatus est.

dicitur. Tabulae ex eodem inventae sunt 31. vel 32. Hoc commodi etiam affert hoc registrum, quod tabulae in eo consociantur cum iis fasciculis, ad quos pertinent, qui sunt 4. 9. 11. 13. 14. 15. FLORENTIAE.

## XI.

Libro chiamato ambitione composto per Ser BASTIANO FORESI Notaio fiorẽtino al Magnifico Lorenzo de Medici; nel quale si dichiarano e precepti della agricoltura secondo lageorgica di Virgilio.
(*in* 4°. *par.*)

Hoc opus in duas tribuitur partes, utramque eo carminis genere, quod Itali *terzine* vocant: prima novem complectitur capitula, quorum argumenta initio voluminis, post recitatum titulum, exponuntur: altera in quatuor libros dividitur, in quibus Agriculturae praecepta juxta Virgilii Georgica traduntur: eorumque argumenta superioribus novem subnectuntur. Continentur haec quatuor prioribus voluminis foliis signatis litera *a*., etsi non plus quam quinque impleant paginas; totum enim primum folium, & quartum versum omnino vacant. Nulla Epistola ad Laur. Medicem, neque ad alium quempiam in his occurrit. Folio quinto signato *b* 1 incipit capitulum primum his verbis:

Quando alalbergo el fulgido pianeta
della nutrice di Giove ritorna;
&c.

Ultima signatura exempli Casanat. est *m* iii. ultimumque carmen ultimae paginae, sic habet:

Nõ ritrouãdo el più dolce negotio; Finis.

Signaturae pertinent ab *a*, usque ad *m* iii., primusque scapus, uti antea diximus, duernus est; sequentes usque ad *l*, quaterni; ultimus *m* ternus, postremum autem hujus folium album. Character Romanus & elegans.

Contradictoria circa hunc librum loquitur Laerius in suo Indice, tom. II. pagg. 130. 131. Ibi enim probare vult exemplar, quod describit, exceptis prolegomenis, integrum esse; & ad declarandam insignem libri raritatem, in medium adducit observationem MS. A. M. Salvinii, sibi ab A. M. Bandinio communicatam, cujus praecipua pars haec est: „ Ho veduto un frammento di libro in terza rima con questo titolo: *libro chiamato ambizione*, &c. „ ut in titulo supra recitato. „ Ex quibus verbis, inquit Laerius, concludere licet, Salvini in „ hac materia peritissimum non aliud vidisse exemplum praeter hoc nostrum: de „ facto enim mentio non habetur alterius in variis catalogis. Defectus autem „ habetur tantum in principio, quia in pagina ultima libri IV. *Georgicorum* legitur. FINIS.

Nescio an repugnantia magis scribere potuerit Laerius. Fatetur suo exemplo deesse principium signatum *a*, in quo occurrunt *tantum*, ut ipse ait, *prolegomena, aut Epistola ad Laurent. Medicem*. Titulum ergo operis, quem in suo indice accurate refert, unde desumpsit Laerius? ipso fatente, suum exemplum incipit

FLORENTIAE. cipit a signatura *b* totamque operis poesim continet; exemplum contra a Salvinio visum, erat tantum *libri fragmentum*, in quo tamen continebatur operis titulus ab eodem accurate relatus, & a Laerio pari accuratione exscriptus. In Exemplo Laerii nil omnino deerat praeter *prolegomena, aut Epistolam Foresii, ad Laurentium Medicem*. Exemplum Salvinii, erat merum operis fragmentum: & tamen duo haec exempla unum & idem erant; idque probant catalogi a Laerio visi, in quorum nullo editionem hanc reperire licet.

## XII.

Quaestiones Camaldulenses CHRISTOPORI LANDINI Florentini ad Federicum Vrbinatum Principem. *Libri quatuor*.
(*in fol.*)

Editio haec ea esse videtur, quam describit Bandinius, tomo II. Specim. Liter. Florentinae, pag. 188. *Florentiae*, inquit, *prodiisse videtur post annum MCCCCLXXII. Constat paginis CXLI. in fol.* Editio haec nostra eo certe constat paginarum num., (1) est in fol. eleganti charact. Romano excusa, cui decorem adjungunt quatuor librorum tituli majusculis literis excusi; eorumque capitales florentes, maximae & pulcherrimae. Exstat in Casanat.

# POETAE.

## I.

**ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ**

*Tragoediae IV. nimirum*:

**ΜΗΔΕΙΑ, ΥΠΠΟΛΥΤΟΣ, ΑΛΚΗΣΤΙΣ, ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.**

*Graece. Ad hujus postremae calcem folio verso legitur.*

**ΤΕΛΟΣ ΕΥΡΙ**
**ΠΙΔΟΥ**
**ΑΝ**
**ΔΡΟΜΑ**
**Χ**
**Η**
**Σ**

Nil consultius me facturum existimavi, quam si accuratissimam, absolutissimamque descriptionem, cum hujus, tum seq. editionis a cl. diligentissimoque P. Amoretti, me postulante, (quod utraque ex ipsis in Casanat. desit, nec amplius suppetant vires, tam longum iter, quod Casanat. a Corsiniana, ubi utraque exstat, disterminat, facile conficiendi) adornatas, nil omnino iisdem addendo, aut demendo, Lectori legendas exhiberem, & quidem eodem prorsus sermone, quo ab ipso exaratae sunt. En itaque primam:

„ Un

(1) Non computatis duobus frontis, & secunda ultimi fol.

" Un bell' esemplare di questa rarissima Edizione Principe di IV. Tragedie d'Eu- FLORENTIAE.
" ripide si osserva nella Corsiniana. Il dritto del primo foglio è bianco, a tergo
" principia il foglio coll' Alfabeto Greco in caratteri majuscoli, nella linea se-
" guente vi sono i sei Dittonghi Greci, pure in lettere majuscole, e li quattro
" Jota ascritti: Αι. Ηι. Ωι. Υι. segue:

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΜΗΔΕΙΑΣ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

" e questo argomento occupa tutto il foglio e la metà del seguente: appresso
" son notati i Personaggi della Tragedia, che comincia a tergo del foglio:

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΜΗΔΕΙΑ

" e segue il testo, e poi le altre Tragedie che sono IV. cioè

ΜΗΔΕΙΑ, ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ, ΑΛΚΗΣΤΙΣ, e ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ;

" non vi sono Scolj, ed a ciascuna tragedia precedono l'argomento ed i nomi
" de' Personaggi della medesima. L'ultimo foglio a tergo termina con:

ΤΕΛΟΣ ΕΥΡΙ
ΠΙΔΟΥ
ΑΝ
ΔΡΟΜΑ
Χ
Η
Σ

" Il libro è in 4°. Non ha data veruna, nè numeri, nè registro, nè richiami;
" vi sono le segnature, e precisamente in queste lettere: Α Β Γ Δ Ε ʃ Η Θ Ι Κ
" Κ Λ Ν, sono tutti quaderni salvo N (1), che è foglio unico col suo corri-
" spondente. Il tutto espresso in bene intesi caratteri Greci majuscoli; ma i ti-
" toli degli argomenti, delle Tragedie, ed il fine delle medesime sono di un
" carattere pur majuscolo, ma più grande; e dove si richiedono si vedono so-
" vrapposti gli Spiriti e gli Accenti, come osservò anche il Maittaire.

II.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΚΥ
ΡΗΝΑΙΟΥ ΥΜΝΟΙ.

" Segue l' Inno sopra Giove, pur in carattere majuscolo, ma più piccolo, e
" così gli altri cinque appresso: a tergo dell'ultimo foglio v'è un' Epigramma del
" Lascaris in Greco sopra Callimaco; sono tre quaderni colle segnature Α, Β, Γ.
" Vengono appresso gli Scolj con nuova segnatura Α

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ ΤΩΝ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΥΜΝΩΝ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΟΣ

" e

(1) Loco N. Fossius scribit M., quae signatura in edit. deest.

FLORENTIAE. ,, e sono in carattere minuscolo, ed occupano il terno della segnatura A, e il ,, duerno B, l'ultimo foglio a tergo è bianco: non v'è data di sorta alcuna ,, nè dopo gl'Inni, nè dopo questi Scolj, ed è in 4°. picc. Il carattere degli ,, Scolj pare quello, col quale sono stampati gli Scolj dell'Apollonio Rodio, ,, come il majuscolo degl'Inni quello del testo dello stesso Apollonio. Essendosi ,, confrontate con qualche diligenza le quattro celebri edizioni stampate in let- ,, tere majuscole, cioè l'*Antologia*, l'*Apollonio*, l'*Euripide*, e il *Callimaco*, ,, (non ho avuto anche la sorte di vedere il Museo) ho trovato assomigliarsi ,, perfettamente i caratteri; e soltanto quelli dell'Antologia sono più nitidi, for- ,, se perchè ivi la prima volta, cioè nel 1494., furono adoprati, laonde pen- ,, so non esservi che apporre a quanto scrive il Maittaire colla solita sua cir- ,, conspezione, che queste famose edizioni procurate da Giovanni Lascaris, ,, riconoscano lo stesso luogo e stampatore, e siano venute alla luce non ,, molto tempo dopo l'una dall'altra: *A vero tamen longissime non forsan* ,, *abero, si ibidem* (Firenze) *& ab eadem officina* (di Lorenzo di Francesco ,, d'Alopa Veneziano) *censeam omnes exiisse* . . . . . . . . . *Omnes certe non* ,, *longo temporis spatio inter se distare conjicio* . . . . . *Dubitandi non locus est,* ,, *quin omnium Editionibus præfuerit Lascaris primus hoc charactere utendi hor-* ,, *tator* ,,. (Annal. Typ. Edit. II. T. I. P. I. pag. 105.) Tornando alla descrit- ,, ta edizione di Callimaco, è ediz. principe, di rarità estrema, e sta nella Cor- ,, siniana, per cui da un nostro Cavaliere del pari amantissimo che ricchissimo ,, di Prime Edizioni, fu offerto un cambio d'altri libri di un valore eccedente; ,, ma non era museo da cui si potesse trarre gioja tanto rara e preziosa.

## III.

,, GNOMÆ Monostichi, quas græcum alphabetum & argumen- ,, ta earumdem præcedunt. = MVSÆI Poema de *Hero & Lean-* ,, *dro*. *iisd. typis in* 4°.

Haec Fossius col. 130. sui Catalogi Magliabech., quae etsi instituto nostro sufficere possent, non inutile tamen existimamus ea, quae antea de utroque opusculo scripserat cl. Maettarius, in nova suorum Annalium edit., hic ante oculos Lect. sistere. Et primo, pag. 101., ubi de libris graecis, capitalibus literis, Florentiae excusis agit, haec habet: GNOME *Monostichi ex diversis Poetis secundum ordinem Alphabeticum: & Poematium* MVSAEI. Pag. autem 70. ipsum MVSAEI poematium Gr. & Lat. ab Aldo Venetiis impressum, primum fuisse suorum in typographia laborum specimen, scripserat his verbis: ,, Quod ALDVS ,, primum emisit suorum in Typographia laborum specimen, fuit Poemation ,, MVSAEI, de Herone, & Leandro Graece & Latine in 4°. Huic quidem an- ,, nus non adjicitur, sed dubitare, quin Aristoteli (cujus volumen primum an- ,, no 1495. excusum est) praciverit, non patitur Aldi Epistola ,, quam integram ibidem affert clariss. Annalista. Graecum hujus Poematii textum, qui inter illustriora Jo. Baptistae de Vicecomitibus monumenta computabatur, propriis ego oculis vidi superioribus annis, eodemque prorsus charactere ac Aristotelem anni 1495. impressum fuisse animadverti. Dubitant vero eruditi, cuinam ex duabus editionibus principatus adscribendus sit: *Duae sunt antiquiss. Musaei editiones* (inquit Comes Rewischi pag. 41. sui Catal.) *Editiones sine nota anni. Altera Aldina Venetiis* 4°. *altera literis quadratis sine loci & anni nota. Disputatur quaenam harum sit prima.*

IV.

FLORENTIÆ.

IV.

EPIGRAMMATON
MICHAELIS MA-
RVLLI CON-
STANTI
NOPO
LITA
NI :· (*sic*)

*In calce* :
Finis secundi libri.

REGISTRVM.
(*in* 4°.)

Solos duos Epigrammaton libros continet haec editio, rotundo & eleganti charactere excusos, alio tamen a charactere editionis anni 1497. & in quibus longe pauciora epigrammata habentur, quam in *illa*. Ab ea etiam differt, quod loci & typographi nomine, signaturis, & anni nota caret, quae omnia in illa occurrunt. Solo registro, in quo duorum cujuslibet scapi foliorum principia exhibentur, in calce insignita est, & ex quo registro colligitur ejus folia esse 28. (1) quot plane ex eorum numeratione inveniuntur (2).

Allatus titulus, uti hic refertur, legitur primo folio recto, versum vacat. In fronte secundi folii recti legitur:

MICHAELIS TARCANIOTÆ
Marulli Constantinopolitani uiri Patricii Epi
grammaton ad Laurentium Medicem Petri Frā-
cisci filium liber primus.
Inter mille neces, &c.

eodem prorsus modo ac in recentiore edit.

V.

Laude uecchie & nuove.

*In calce* :
Finite le Laude uechie & nuoue Apetitione di S Piero Pacini da Pescia
(*in* 4°.)

Sub adducta subscriptione visuntur eadem tria insignia, in quorum basi legitur nomen PISCIA, majusculis literis incisum, & de quibus dictum est ad an-

(1) Novae Edit. folia Epigrammatum sunt duplo plura, nimirum, 56.

(2) Secundus & tertius Scapus exempli Canonici Devoti, quod unum videre licuit, constant ex 7. tantum foliis, quod fieri non potest: unde aut hoc exemplum deficit, aut male compactum est: aut registrum fallit; aut denique nos ejus rationem minime assequuti sumus.

FLOREN-TIAE. annum 1496. num. I. & III. Principio voluminis, in exemplo Casanat. habetur tabula alphabetica laudum, designata charta, in qua unaquaeque quaerenda est, etsi chartae numeris haud notatae sint, ex. c.

Ave del verbo eterno genitrice. II

Signaturae pertingunt ab *a* usque *p* v. omnesque scapi, ultimo excepto, quaterni, adeoque operis folia 122. praeter duo tabulae minime signata. Desunt numeri, uti dictum est, custodes & registrum. Character, Romanus est, nec invenustus. Literae capitales, frequentius florentes sunt, non raro autem, praesertim vergente opere ad finem, simplices. Earum plurimis auctorum nomina praeponuntur; inter quos Pheus Belcarius, & Franciscus Albitius primas obtinere mihi visi sunt. Novemdecim Laudum Spiritualium collectiones memorat Quadrius, inter quas una tantum ad Saeculum XV. pertinet, & suo loco in hoc Specimine, anno scil. 1485. inter Florent. editiones relata fuit. Hanc autem, unam certe ex ditioribus ac vetustioribus, non apud ipsum modo, sed ne apud alium quemquam bibliographum reperire licuit.

## VI.

La rapresentatione di ABRAMO quando volle fare sacrificio di Isac suo caro figliuolo.

*In fine:*

Impresso in Firenze per M. Franco.

(*in* 4°.)

De editionibus Italis hujus opusculi haec generaliter scribit Quadrius, tom. IV. pag. 63. *Intanto la medesima rappresentazione fu più volte stampata e in Firenze e in Venezia, e ultimamente in Macerata.* Exemplum, quod hic laudamus, nos certe aut propriis oculis vidimus, aut ex accurato aliquo Catalogo ejus notitiam hausimus (1).

## VII.

STANZE DI MESSER ANGELO PO
LITIANO COMINCIATE PER LA
GIOSTRA DEL MAGNIFICHO
GIVLIANO DI PIERO DE
MEDICI.

*In calce:*

LA SOPRASCRIPTA OPERA DAL LO
AVCTORE NON FV FINITA.

*Accedit:* La fabula d'Orpheo, &c.

(*in* 4°. *par.*)

Pri-

(1) Mazzuchellius, Giandonati, & Fossius, aliam referunt hujus opusculi (cujus auctor est Pheus Belcarius) Florent. editionem cum nota anni 1490., quae supra omissa fuit, una cum B. Jo. Columbini vita, ab eadem Belcario scripta. Utrumque tamen opus inveniet Lector in *Addendis*, suo loco. Videatur Catal. Edit. Rom. pag. 419. num. XIV.

Primum opusculum in libros duos dividitur, qui simul continent 171. strophas, sive *Stanze*, quarum plerisque adjectae sunt in margine annotatiunculae quaedam, sive exscriptiones praecipuarum quarumdam rerum in iis contentarum. Titulus huic praepositus, majusculis & rubris literis impressus est. FLORENTIÆ.

Orphei Fabulae praeit Politiani Epistola ad Carolum Canalem, in qua, intra biduum ad petitionem Card. Mantuani a se compositam fuisse narrat; ac subinde vehementer optasse, ut supprimeretur, sive ut ipse loquitur, propter ejus imperfectionem, laceraretur: *Cognoscendo*, ait, *questa mia figliuola esser di qualità da fare piuttosto al suo padre vergogna, che honore*. Ad Orphei calcem subjicitur *Stanza ingeniosissima del prefato Autore fuor di materia*; & deinde *Canzonetta* stropharum quatuor. Character Romanus est magnitudine *Silvii* majoris, valde pulcher, sed crassiusculus. Charta satis firma, sed aliquantisper obscura; nisi forte is defectus ex longo libri usu ortum habuit. Solis signaturis instruitur, ex quibus priores quatuor, nimirum *a. b. c. d.* signant primum opusculum; suntque tres priores scapi quaterni, quartus, ternus. *e. f.* signant *Orpheum*; primusque scapus, quaternus, alter, duernus.

Quod pertinet ad Locum hujus editionis, non pertinaciter quidem contendam, eam Florentiae adscribendam esse, inter cujus editiones eam refero: dicam tamen in primis, eam omnino ad Saeculum XV. pertinere; & deinde quodammodo mirum mihi videri, a cl. Cajetano Vulpio, in Catalogo aliquarum praecipuarum editionum *delle stanze di Angelo Poliziano*, qui legitur pag. XXXV. seqq. Prolegomenorum (1) praeclarae earumdem editionis, Patavii apud Josephum Cominum adornatae anno 1765., non modo eam praetermissam fuisse, sed pro primo ejus Catalogi articulo, hanc annotationem fuisse praemissam: *Si è scoperta fallace la congbiettura, che la prima edizione di queste Stanze potesse essere stata fatta in Firenze circa il* 1490. Post quae deinde cl. Scriptor probare aggreditur edit. Bononiensem anni 1494. fuisse omnium primam. Magni quidem ponderis est argumentum, eam in rem a cl. Scriptore allatum: sed quis affirmare audeat, praesentem editionem, sicuti latuit ipsum Vulpium, ita & ipsum Sartium Bononiensis edit. auctorem latere non potuisse? Quot in dies supposititia anecdota in lucem efferuntur, quae paulo post (plus semel interdum) impressa jam fuisse detegitur? Sartii aetas longe quidem vetustior est Vulpii aetate; fuit enim Politiani aequalis; adeoque ejus res multo melius exploratas habere potuit, quam Vulpius.

Optime! Nil tamen prohibet, etiam viros doctos interdum ignorare ea, quae in propria civitate geruntur; multoque facilius ea, quae in aliena.

Ad complementum eorum, quae dicta sunt, non omittendum videtur, apud cl. P. Amoretti, exstare editionem quamdam Bononiensem horum opusculorum vulgarium Politiani, per Platonem de Benedictis, cum nota anni 1503. in 4°. eademque Sartii Epistola, quae deest in serie editionum Cajet. Vulpii, antea memorata: in Casanat. item, praeter editionem, de qua agitur (2), duas alias reperiri, ejusd. Saec. XVI. editiones, alteram Bononien. ejusdem anni 1503. in 8°. per Caligulam de Bazaleriis 22. Junii, cum eadem Epistola Sartii in principio, alteram Venetam anni 1524. in 8°. per Nic. Zopinum & Socium, XII. Martii, & cum eadem Sartii Epistola. In tribus hisce editionibus Alexander Sartius unicuique ex laudatis tribus typographis Vulgares Politiani res imprimendas se dedisse narrat;



(1) Hic Catalogus sic inscribitur: „ Catalogo „ di alcune delle principali edizioni delle Stanze di Angelo Poliziano raccolte per lo più dal „ Chiariss. Sig. Appostolo Zeno, ed ora corretto, accresciuto ed illustrato da D. G. V. „

(2) Pertinet haec ad haeredes cl. viri P. Ant. Serassii, qui ipso anno, quo vita functus est, eam ad me detulit ut illam in hoc Specimen insererem.

FLORENTIAE. sed hoc nihil est familiare siquidem erat antiquis typographis, qui editiones ab aliis typographis jam vulgatas repetebant, easdem editorum epistolas eisdem insetere, suppressis antiquiorum typographorum nominibus, si quando de ipsis, in iisdem mentio occurrebat; eorumque loco, propriis fidenter substitutis. Quod annotatione dignum videtur, est editionis novitas, quae in unaquaque ex ipsis plus minusve apparet; ac facta earum collatione cum hac nostra, hanc unaquaque ex ipsis multo vetustiorem esse, statim deprehendi: itaque judicarunt laud. P. Amoretti, & unus ex insigniotibus bibliopolis Romanis, qui conjectis oculis in quatuor has Politiani editiones, nullum esse dubium statim pronunciarunt, quin haec nostra multo antiquior esset aliis. Ultimo dicam epistolam Politiani ad Carolum Canalem, quae una in nostra haec edit. legitur, praemissa Orphei Fabulae, non obscure indicare, hanc ipso vivente fuisse typis vulgatam.

VIII.

„ Sonetti di Messer MATTEO FRANCO, e di LVIGI PVLCI
„ iocosi e da Ridere. in Firenze. in 8°. *Sine anno*.

Quadrius, tom. II. pag. 556.

IX.

TERZINE ITALIANE. Firenze.

Ex Catal. ms. Biblioth. Abb. Nic. de Rossi, num. 1209.

X.

Sonetti del BVRCHIELLO, Fiorentino.

Vide ad annum 1490.

XI.

Opere del TIBALDEO da FERRARA.

| | |
|---|---|
| Sonetti | cclxxxiii. |
| Dialogo | i. |
| Epistole | iii. |
| Egloge | iiii. |
| Disperata | i. |
| Capitoli | XIX. |

*In fine*:
Impresso in Firenze a petitione
di ser Piero Pacini da Pescia
(*in* 4°. *par.*)

De hac editione, quam non paucis ante annis videndam mihi praebuit cl. m. Abbas Nic. de Rossi, non aliud L. significare possumus, quam, quod ea occasione in nostris adversariis de eadem raptim annotavimus. Supra allatum titulum, *Opere* &c. Habetur epigramma Italum (*Sonetto*) in Auctoris laudem. Verso folio (quod

(quod est primum voluminis) statim incipiunt ejusdem Epigrammata; & ad calcem ultimi Capituli posita est recitata subscriptio: infra quam habentur tria insignia ut plurimum a P. Pacinio in libris ad ejus petitionem impressis, adhibita. Editio est pulchro charact. Romano & cum signaturis tantum, & hodie exstat in Biblioth. Corsiniana. FLORENTIAE.

XII.

MORGANTE MARGVTTE
*Ad calcem ultimae columnae*:
Finito il Marguċte (*sic*) piccolo
(*in* 4°. *par.*)

*Morgantis* & *Marguttis* nomina charact. grandiori semigothico excusa, leguntur in fronte primi folii recti, quod imaginem ligno insculptam exhibet, in qua duae cernuntur figurae, major una, quae *Morgantem*, altera minor, quae *Marguttem* repraesentat, uti demonstrant laudata nomina, ipsis figuris, supra imaginis coronidem imposita. Verso folio, statim incipit Poemation ipsum, constans ex 245. (talis certe est numerus nostri exempli) strophis sive *stanze*: quae eaedem leguntur & in Morgante majori Aloysii Pulcii primevae lectionis, sive non emendatae & correctae (quod spectat ad absurda & impia, quae in ipso continentur) cujusmodi inter recentiores editiones esse dicitur Neapolitana anni 1732. sub ementito nomine *Florentiae* vulgata.

Prima stropha, eadem est in utroque Morgante; & est prima primi cantici Morgantis majoris. A prima autem stropha hic Morgantes transit ad stropham 112. cantici XVIII. & cum eo progreditur usque ad cantici finem; suntque hae strophae num. 89. Hic finem facere videtur pars prima hujus Poematii: capitalis siquidem strophae sequentis, quae est prima Cantici XIX. Morgantis Majoris, incipientis LAVDATE PVOLECTI, multo major est caeteris. Priores 155. strophae hujus Cantici XIX. eaedem continuata serie leguntur & in hoc Poematio, quod in ipsis terminatur. Hae postremae 155. strophae conjunctae cum 90. prioribus de quibus dictum est, summam efficiunt stropharum 245.

Vetustatem editionis demonstrat non orthographia modo, interpunctionis carentia (in nulla siquidem ex 245. strophis opusculi, ullam prorsus interpunctionis notam, punctum puta, aut comma, in medio aut in fine reperire licet) sed praesertim lectionis diversitas, quae in aliquibus strophis inter eam, & correspondentes strophas Morgantis Majoris editionis Florentinae anni 1574. *denuo correctae*, occurrit; cum quarum nonnullis ex primis eam conferre placuit. Ex. c. duo priora carmina strophae V. hujus Poematii, quae est 115. Cantici XVIII. Morgantis Majoris, sic habent:

Risposе alhor margute adirtel tosto
io nō credo piu alnero cħ allazurro
*Duo ultima ejusdem*:
ma sopra tutto nel buō uino ho fede
& credo . che sia saluo chi gli crede
*Correspondentes majoris sic*:
Rispose allor'Margutte a dirtel tosto,

FLOREN-
TIAE.

Io non guardo piu al bigio ch'a lazzurro,
Ma sopra tutto nel buon vin ho fede,
E credo che sia savio chi gli crede.

Sequens stropha VI. propter ejus absurditates, multo magis differt a correspondente stropha 116. Cantici XVIII. Morgantis majoris *correcti*. In quo praeterea omnino omissa fuit stropha 134., ejusdem Cantici, quae est 32. hujus Poematii. Hac autem strophae, orthographia excepta, eodem modo leguntur in editione Neapolit. anni 1732.

Constat ex foliis XVI. in quibus adsunt signaturae tres, videl. *a* 2. *b*. *b* 2. Numeris & custodibus caret. Character rotundus est, non tamen insignis pulchritudinis. Editionem inter Florentinas refero, etsi de loco ejusdem maxime dubitem: putarem tamen me multo magis a vero aberrare, si alteri cuidam loco eam adscriberem. Exstat in Casanat. in perraro quodam Miscellaneo, in quo plurima ejusmodi opuscula tum sacra, tum prophana continentur, maximam partem sine loci & temporis nota impressa: ex quibus nonnulla (quae brevitatis gratia omittuntur) ad Florentiam pertinere non dubito.

# FORILIVII.

„ NICOLAI FERETTI de elegantia linguæ latinæ servanda in
„ epistolis: & orationibus componendis præcepta. Impressit Forili-
„ vii Hieronymus Medessanus Parmensis. 1495. die XXV. Maii
„ in 4°.

Denisius, pag. 391. ex Schw. b. II. p. 239.

# FULGINEI.

## I.

LEONARDI ARETINI DE BELLO
ITALICO ADVERSUS GOTHOS. (1)

*In fine:*

Hunc libellum Emilianus de Orsinis Fulginas
& Iohannes Numeister theutunicus: (*sic*) eiusq; sotii

fe-

(1) De hoc Coment. sic scribit Jo. Leunclavius in Epist. ad Jo. Sambucum Historiae Zozimi Comitis Edit. Basileensis 1531. praeposita: *In extremo de amicorum sententia ponere Commentarium Leonardi Aretini de rebus Gothicis voluimus, quamvis illum omnia de Procopii libris sumpsisse non nesciremus*. Ipse autem Leonardus in Praefat. tacito prorsus Procopii nomine, haec tantum de fontibus, ex quibus historiam suam hausit, dicit: *Nobis autem ex Graecorum Commentariis earum rerum notitia fuit*.

feliciter impresserunt Fulginei in domo eiusdē Emiliani anno domini Millesimoquadringētesimoseptuagesimo feliciter. FULGINEI.
(*in fol. par.*)

II.

M. TVLLII CICERONIS Epistolæ ad Familiares.
*In fine*:
Emilianus auctor fulginas: & fratres una
Ignenio (*sic*) prestante viri. Numeister & auctor
Iohannes almanus recte qui plura peregit
Tulli ducenta nuper pressere uolumina recte
Quę uiserat probus episcopus aleriensis
Fulginei acta vides & laribus Emiliani
(*in fol.*)

III.

OMINCIA LA COMEDIA DI
dante alleghieri di Fiorenze nella q̄le tracta
delle pene et punitioni de uitii et demeriti
et premii delle uirtu: Capitolo primo della
p̄rna parte de questo libro lo quale se chiama
inferno: nel quale lautore fa prohemio ad
tucto eltractato del libro:
*In fine*:
Nel mille quatrocento septe et due
nel quarto mese adi cinque et sei
questa opera gentile impressa fue
Io maestro Iohanni Numeister opera dei
alla decta impressione et meco fue
Elfulginato Euangelista mei:
(*in fol. par.*)

Tres has editiones Fulginatenses omnino ignoravit Orlandius, apud quem non modo impressorum earumdem, sed & ipsius Fulginei nomen desideratur. Singulas autem in suis Annalibus retulit Maettarius, & ita quidem, ut quamvis circa primam non satis accuratus fuerit, de nulla tamen quidquam commentus sit, quod cum veritate manifeste pugnet. Quod an de scriptore *Bibliographiae instructivae*, qui post eumdem scripsit, dicere liceat, valde dubito. Hic enim scriptor in primis, de loco primae editionis nil certi statui posse affirmat; tertiam deinde Moguntiae in Germania prodiisse commentus est. At vero si de loco primae editionis dubitare liceret, vix aliam editionem proferre esset, de cujus loco pari ratione ambigi non posset. Nominatis in libri subscriptione ejusdem impressoribus,

FLORENTIAE. bus, quorum alter patria *Fulginas*, alter natione *Themtonicus* disserte dicitur, mox de iisdem subditur: *feliciter impresserunt Fulginei in domo ejusdem Aemiliani*. Quid manifestius, quid luculentius dici poterat, quo lectori significaretur, librum excusum esse Fulginei? Si liber impressus fuit Fulginei, si in domo Aemiliani Fulginatis, quid amplius dici poterat, quo cuicumque legenti testatum foret, ea in urbe librum reapse excusum fuisse? Si Deburius editionem vidisset (haec est causa allucinationis ejusdem) in primis ejus subscriptionem accuratius retulisset, nec Maettarii inaccurationem in suam Bibliographiam transfudisset; deinde editionem sine ulla dubitatione Fulgineo adscripsisset: non legitur in ipsa: *Impresserunt in domo ejusdem Aemiliani Fulginei* (etsi haec satis ostendant editionem Fulginei factam fuisse), ut ipse habet, Maettarii inaccurationem sequutus; sed *impresserunt Fulginei in domo ejusdem Aemiliani*, qui Aemilianus initio subscriptionis civis Fulginatensis dictus fuerat, cujusque adeo domus Fulginei esse debebat. Quo quidem dupliciter ostenditur editionem omnino in urbe Fulginei peractam fuisse; & ita quidem dilucide, ut solum scepticus de ejus rei veritate dubitare possit.

Quo autem lectori suadeat, tertiam editionem lucem vidisse Moguntiae, in medium profert editionem quamdam Meditationum Joannis de Turrecremata, cujus annum non assignat, in qua Jo. Numeister ejus urbis incolam se dicit. At in primis, cum in operis subscriptione non Numeisterum modo ejus impressioni operam dedisse referatur, sed una cum ipso fuisse *Evangelistam Mei Fulginatensem* subjungatur; & hunc Fulginatensem civem relicto natali solo cum Numeistero Moguntiam habitatum concessisse, existimandum esset. Deinde cum duo suppetant opera a Numeistero Fulginei sine dubio impressa, quorum aetas non multo antiquior est Dantis aetate, cur non potius, cum & Dantem impressit, Fulginei una cum Fulginatensi cive Evangelista Mei ipsum habitasse credemus? Character postremo trium horum operum idem omnino est: primum & secundum Fulginei acta fuisse disserte in eis scribitur; in tertio non omnino siletur Fulgineum, dum in eo Fulginatensis civis fit mentio: cur igitur & ipsum in eadem urbe lucem vidisse non existimabimus? Fulginatensem autem esse ejusmodi editionem communiter censent eruditi: quorum omnium loco satis erit nominare Deburium *le jeune*, qui in Catalogo Bibliothecae Ducis de la Valliere, par. 1. tom. 2. pag. 489. sic scribit: *Ce Dante a été imprimé a Foligni, & non pas a Mayance, comme quelques personnes l'ont annoncé. Les caracteres sont absolument les mêmes, que ceux de l'edition de Leonardus Aretinus, de Bello Italico. Fulginei* 1470. Sunt quoque omnino iidem ac Characteres Epistolarum familiarium Ciceronis, de quibus dictum est, & quas Deburius ipse Fulginei lucem vidisse non diffitetur.

I. Capitales literae quatuor librorum exempli Casanat. primi operis, auro & coloribus distinctae, ipsum tribus foliis (quae est non rara calamitas ejusmodi antiquarum editionum) multarunt (1); quae tamen ab industria manu eleganter & accurate ex integro exemplo suppleta fuere. Constat ex foliis LXXII. quorum ultimum versum omnino vacat. Character Romanus est, magnitudine. *Silvii plusquam majoris*, aliquantisper etiam major charactere majori, quo usque ad annum 1481. circiter usus est Jo. Philippus de Lignamine, cum quo etiam nonnullam affinitatem habet: & hic character idem omnino est in seqq. duabus editionibus. Desunt in omnibus tribus signaturae, custodes, numeri, ac registrum. In duabus prioribus latinis frequenter adhibetur diphtongus ę, interdum etiam ubi non est opus: ex. č. *ręgis*. Puncta & duo puncta, obvia. Nullum Comma observare mihi contigit. Abbreviaturae non multae, eaeque intellectu facillimae. fa-

(1) Duae ultimae capitales integrae remanserunt.

II. Exemplo Epistolarum familiarium Ciceronis Biblioth. Casanat. deest fere totus primus liber, primumque ejus folium incipit hisce verbis: *Etiā Ravēne crassū āte vidisset*: quae verba pertinent ad epistolam IX. libri 1. & leguntur in edit. Oliveti edit. Geneven. 1746. pag. 24. lin. ultima: & haec Epistola, seu residuum Epistolae, in hac edit. Fulginat. terminatur his verbis: *De me optime meritū esse letere*; & occupat quatuor folia, cum dimidia circiter pagina. Quae sequuntur verba; *Quod rogas ut tibi mea scripta mittam*, &c. in hac edit., sunt principium novae Epistolae, cujus finis idem est ac finis nonae Epist. laud. Edit. Geneven. Huic Epistolae in utraque editione, subjungitur eadem Epistola ad L. Valerium IC. qua terminatur liber primus. FLORENTIAE.

Prima & secunda Epistola libri II. eaedem sunt in utraque edit. Tertia in Fulginat. incipit: EMPE *studium*: in Geneven., Rupae *studium*.

Duae priores Epistolae libri XVI. & ultimi aliae sunt in edit. Fulginat. & aliae in Geneven. Prima edit. Geneven. est tertia in edit. Fulginat. sicque incipit in utraque: *Paulo facilius putavi posse me*, &c. Prima edit. Fulginat. est V. in Geneven. secunda Fulginat. est VII. in eadem.

Tam in una autem quam in altera, Epistolae hujus libri sunt num. XXVII. Graeca omnia in hac edit. desunt, relicto tamen spatio inani, pro iis manu vel typis, ubi placuerit, inserendis; & subjuncta fere semper latina interpretatione cum particula declarativa *idest*: quod argumento est, eam ex Romana anni 1469. per Jo. Andream Episc. Aleriensem, cui familiare erat Graecorum verborum interpretationes textui inserere, curata, excriptam fuisse; quod etiam utcumque demonstrat recitatus versiculus subscriptionis: *quę viserat probus episcopus aleriensis*.

III. Dantes omnino deest in Casanat. Commodatum olim habui a f. m. Abb. Nic. de Rossi; nullam tamen specialem ejus descriptionem ob temporis defectum adornare potui. Trium harum Editionum Fulginatensium optima & integerrima exempla exstant in Corsiniana, eaque diligenter evolvit cl. P. Amoretti, qui de eorum integritate subinde nobis fidem fecit.

## GENUAE, *sive* JANUAE.

### I.

In noīe dñi ihesu Xp̄i amē. Incipit
liber qui dicitur Supplementum

*In calce*:

Iuris hñt late hec decerpta uoluīa sacri
Pisei artificis nomina parta Sui
Queqȝ ilľ desūt alī nouꝰ addidit auctor
Semine quo caruit accumulauit agꝝ.
Sȝ mathias opꝰ pressit morauus utrumqȝ
Labe repurgatum. crede. uolumen emis.

Bo-

GENUAE.

Bonorum omniuȝ largitor uolēte deo
Expletum feliciter Iāue X° Kalendas
Iulii. Millesimoquadrīgētē° liiº quarto (*sic*)
per Mathiam morauum de olomunȝ
et Michaelem de monacho sotium eius.
(*in fol. min.*)

Sequuntur in altera columna ultimi folii versi, in quo habetur subscriptio allata, constitutiones duae Martini PP. V. contra Symoniam, quibus terminatur volumen.

Editio est charactere semigothico, sed valde nitido, sine ullis notis typographicis; exemplumque unicum, quod favente Excellentiss. Duce Cassani Serrae videre mihi licuit, amplissimo margine instructum est; ita ut dubitare non liceat, ne forte ab improvido compactore (quod aliis libris accidisse compertum est) abscissae fuerint. Annus libro inscriptus omni qua fieri potuit diligentia ex ipso exscriptus, designat annum 1456. quia in eo, loco duarum XX. adhibitae fuere duae unitates; quae tamen vulgo pro duabus decadibus accipiuntur (1); neque enim annus 1456. inter editiones Italas locum habere potest.

II.

„ IOANNIS ANNII Ord. Præd. De futuris Christianorum triumphis in Turchos & Saracenos ad Sixtum Papam IV. & reges, principes ac Senatus Christianos. Genuæ (2) typis Baptistæ Cavali Ordinis Carmeli S. T. M. in domo S. M. Cruciferorum 1480. *in* 4°. Signat. foll. duorum ab A. ad F. charact. Goth.

Scriptores Ord. PP. tom. II. pag. 4. Mercier, *Supplem. à l'Histoire de l'Imprimerie de Prosper Marchand*, pagg. 67. 68.

(1) Notae (inquit Maettarius pag. 338. novae edit.) LII. significant LXX.

(2) Loco Genuae Beughemius (*Incunab. Typogr.* pag. 14.) legit *Gentiae*: Caillius vero (*Hist. de l'Imprimerie* pag. 50.) legit *Genzano*. Utramque lectionem in suis Originibus refert Orlandius, pag. 192. part. prim. omissa vera, haecque subinde notat: *Quando Gentiae sia Genzano, egli è una Terra sullo stato di Roma, dalla quale tralle altre cose si cava un vino abboccato, del quale in Roma se ne fa molta stima*. Verissima annotatio, sed vinosa potius, quam bibliographica.

SAt multa Italiae loca, in quibus Saec. XV. typographiam plus minusve floruisse, invenire potuimus, in praecedentibus foliis conclusisse nobis videmur, alphabetico ordini, quod spectat ad eorum collocationem, perpetuo inhaerendo; ita ut TOMI PRIMI hujus nostri *Speciminis* finem in urbe GENVA rectissime constitui posse arbitremur.

Cum autem ejusmodi foliorum impressio annos circiter quatuor (nil attinet dicere, cujus culpa) duraverit; hocque intervallo temporis variae editiones, post excusa folia, in quibus describendae fuissent, aliaque non pauca ad illustrationem, vel emendationem eorum, quae dicta sunt, pertinentia, in notitiam nostram devenerint, quorum additione, aut expositione, tomus ipse non copiosior modo sed & perfectior evadit, ac per consequens Lectori longe utilior redditur; ea sub duobus sequentibus titulis ei exhibere omnino necessarium ducimus.

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

LEctorem in primis monemus, nomine *plagulae*, quod saepissime in prima hujus primi tomi parte, sive a pag. 3. usque ad 220. usurpatum inveniet, praesertim ad designandum numerum chartarum, ex quibus volumina constant, non aliud significari, quam quod bibliographi Latini communius *folium* appellant; typographi ac bibliographi Galli, aptissimo vocabulo, *Feuillet*; typographi denique Itali *Carta*. Ex plurimis locis manifeste intelliget L., non aliam esse hujus vocabuli acceptionem; & quatuor haec vocabula, *folium*, *foliolum*, *plagula*, *charta*, ceu mera synonyma usurpata fuisse. Quod si minus recte factum id fuisse contendere quis voluerit, non admodum equidem ipsi repugnabimus, dummodo inter legendum hujus nostri moniti meminisse velit.

Pag. 4. linea 24. *alio tamen a charactere praecedentium*. In Indice *librorum ab inventa typographia ad annum* 1500. tom. I. pag. 354. longe aliter legitur; nimirum hujus Dantis a Federico Veronensi impressi anno 1472. characterem eundem esse ac charact. Quadrigae Spirit. Nic. Auximani, ab eodem Federico impressi anno 1475. Pro certo habeat L. Dantis characterem alium esse a charact. Quadrigae spiritualis, quod ocularis utriusque inspectio manifeste demonstrat. Utrumque opus Romae apud Can. Devoti facile videri potest. *Unitur huic* (ait Laer. pag. 353.) Nic. Auximani Quadrigae, *ex eodem omnino charactere*:

„ Perdonanze de tera Sancta in Ierusalẽ le q̃le scrise prete Bar-
„ tolomeo chanonico de puola el q̃le ãdo uixitare lo Sancto Se-
„ pulco „

*ex 9. paginis, quarum ultima habet 26. lineas*. Exstare libellum pro comperto habeamus; esse autem *ex eodem charactere*, quo Quadriga Auximatis, credere differamus.

Pag. 5. &c. cum prioribus edit. Aquilanis conjungantur seqq. duae:

> EFERISCE ET NARRA IN la presente opera la cronicha de sancto ISIDORO MENORE: con alchune adionctioni chauate dal texto & historie della Biblia: & del libro de Paulo Orosio: & delle passioni delli sancti:
>
> *In calce*:
>
> Finisce la cronicha de sancto ysidoro menore corecta & reuista per Baptista Alexandro Jaconello Reatino: stampata in Aquila per maestro Adam de Rothuuil Alamano: alli áni domini. M.cccc.lxxxii. Ad di cinque de Octobro (*sic*)
>
> LAVS DEO AMEN.

(*in 4°. min.*)

Optimum rarae hujus edit. exemplum exstat in Corsiniana. Character Romanus est, idemque omnino, quo Adam Rothwil hoc eodem anno impressit Plutarchi Vitas, & opusculum mox referendum. Foliorum fasciculi sex sunt, signati sex prioribus alphabeti literis. Quinque priores quaterni, sextus quinternus; postremum tamen ejus folium omnino vacat. Desunt numeri, custodes & registrum. Aliud exemplum, sed cui in principio desunt quatuor folia, ext. apud Can. Dewoti. Vid. sub *Civitate Austria*.

Septenario di Frate IACOBO BANGESE.

(*in 4°.*)

„ Questo Settenario è un opuscolo in verso italiano, che occupa quasi otto „ fogli, non ha numeri, nè segnature, nè richiami, nè registro, e in fine si „ legge:

„ Finisce lo septenario cõposto p religioso fra
„ te Iacobo Bangese del Aquila del ordine de
„ sancto francesco: stampato in Aqla M.cccc.
„ lxxxii.

„ Questa data è al dritto dell'ultimo foglio; e a tergo si legge la traduzio„ ne del Cantico *Magnificat* in undici terzine: come pure in terzine è l'ope„ retta, chiamata dall'Autore *Septenario* perchè ha per soggetto varie cose, „ che hanno il numero di sette, per esempio: *Son sette i sacramenti della chie„ sa... Et sette son li sacri doni & fructi*... Le virtù principali... Li doni... „ Li peccati &c. in tutto circa settanta, che a luogo a luogo egli descrive, e „ termina colla seguente dedica:

„ Va

„ Va dunche oprecta mia noua et piacente
„ ad quil reuerendissimo signore
„ che triuia dipinge si lucente
„ Et diteli chel suo frate minore
„ dellaquila Bangese al suo comando
„ composta ha questa solo per suo amore
„ Cosi lo uegia nel supremo scando
„ doue gia fu il suo patruo pio
„ et poi nel cielo empireo triumfando
„ Collanime che son più presso adio Amen

„ Parla quì l'Autore al Cardinale di Siena Francesco Piccolomini, nepote per „ parte di sorella di Papa Pio II., da cui nel 1460. fu creato Cardinale e adot„ tato nella propria Famiglia Piccolomini, che ha nello stemma gentilizio cin„ que Lune sulla Croce. Il notabile e singolare di questa dedica si è, che cor„ rispose l'evento all'augurio; mentre il meritevolissimo Cardinale nel 1503. „ fu innalzato al Trono Pontificio, e fecesi chiamare Pio III.

„ E' da osservarsi nel riportato squarcio non esservi nè punti, nè virgole: per „ altro nell'antecedente dell'opuscolo s'incontrano alcune volte due punti, e „ talora due virgole; il carattere è tondo, e se non m'inganno, è lo stesso, „ che adoprò Adamo de Rothwil nella stampa della Cronica di S. Isidoro pur „ nell'Aquila in quest'istesso anno. F. Jacopo Bangese è noto per altre sue ope„ re; ma questo suo componimento è sfuggito alle diligenze de'Letterati, co„ me questa edizione s'è sottratta agli occhi de'Bibliografi. Fortunatamente ne „ abbiam fatto acquisto alla vendita d'una Libreria Principesca „. Haec cl. P. Amoretti.

Pag. 9. inter Ariminum, & Bergomum, adde:

## ASCULI.

Statuta CIVITATIS ASCVLANAE.

*In calce:*

Li supradcti statuti sono
stāpati pluuenerabele Frate
Joanni da Theramo. In la
ecclesia de Sca Maria d' soli
stano. d'la Cita d' Ascolo.
Altempo deli. M. S. Antiani.
cioe Ser Corradino d'pasq
luccio. Ser Barnabeo d' ꝑ ma
theo Morano d' moranis.
Joāniantrea d' scucio. Peri

fcti d'acqstuccio. 7 Antreama
theo d'uãni. Et altẽpo d'Lu
ca de ꝶ Jãni d'pellicionis d'
Ascolo. In L'anno. M.
.cccc. lxxxxvj. Al tempo del
Sciſſimo. In xp̄o patre nr̃o
.S. Papa Alexãdro. vj. die
uero. viiij. aprilis.
(*in fol.*)

In duo volumina dividuntur hæc statuta, quorum primum libros IV., alterum quinque complectitur, non quidem separatim, sed continuato impressionis ordine excusos: ultima enim signatura quarti libri primi volum. est K v. et folio sexto ejusdem scapi, qui quinternus est, statim incipit alterum volumen, cujus ultima signatura est ꝶ III., post quam sequitur folium non signatum, in cujus facie versa columna secunda occurrit allata subscriptio. Ultimo huic scapo in exemplo Eminentiss. Card. Steph. Borgiae, quod unum, ipso favente, hactenus videre nobis licuit, deest primum folium signatum 4 1., quod continere debet finem rubricæ XVI. quinti libri sec. vol., totam rubricam XVII., totam XVIII., ac partem XIX., qui defectus ab amanuensi, qui decem priora operis folia (quae & ipsa deerant) ex integro exemplo accurate supplevit, observatus non fuisse videtur. Hic ultimus fasciculus, consideratis ejus signaturis, quæ, computata prima, quæ deest, tres sunt, ternus esse videretur: duernus tamen potius habendus est; ejus enim folia quatuor omnino sunt. Universi operis fasciculi sunt num. XXVI., & priores XXV. omnes quinterni; ultimus autem, uti diximus, vel ternus, vel potius duernus. Unicuique libro suae praeponuntur rubricae. Inscriptio primi libri sic habet:

Al nome di Dio Am̃.
Quisti sono Statuti (*sic*) uulgarmente tracti deli
Statuti litterali del commune dela Ciptà d'
Ascol: Secundo la deliberatione solennemente
fatta in lu consiglio generale dela
ditta Ciptà secondo lo tenore infrascritto
Inprima se comensa le rubriche de lo
primo libro de li Statuti de lo ditto commune
cioè in prima
De li contratti de li figlioli de famiglia
e de li minuri di venti cinque anni, e
e de lu majore che trattasse e disponesse
male li facti, e li beni suoi. *Rubrica prima*

Character semigothicus praegrandis, columnae binae, paginarum integrarum lineae 30. Desunt numeri, custodes, & registrum.

Pag. 10. post lin. 5. adde, in 4. Editio exstat in Biblioth. Chisiana.

Pag.

Pag. 11. lin. 24. *Omnes certe hujus temporis bibliographi . . . mendum hic agnoscunt*. Vid. infra ad ann. 1475. in hisce Addendis.

Pag. 14. post lineam 22. haec addantur: Character primae hujus edit. Bonon. operum Ovidii alius est a charactere edit. anni 1480. eoque major, minus tamen pulcher, & elegans. Signaturis, numeris, custodibus, & registro caret.

In reliquiis primae hujus editionis in unum volumen ab antiquissimo tempore compactis, & a Can. Devoti, post excusum folium adquisitis, haec continentur: 1. Epistola dedicat. Francisci Puteolani Parmensis ad Franciscum Gonzagam Card. Mantuanum, quae primum folium, & plusquam dimidiam faciem rectam secundi occupat: ei subjicitur Poetae vita, eodem Puteolano auctore, qua recensentur ejus poemata; & in fine haec annotantur:

Hujus opera omnia medea excepta & triumpho
Cesaris & libello illo pontica lingua composito
quę incuria
temporum perierunt: Balthasar Azoguidus Civis Bonon
iensis honestissimo loco natus, primus in sua ciuitate
artis impressorię inventor & summa necessitate mihi coniun
ctissimus ad utilitatem humani generis impressit;

MCCCCLXXI.

Haec tribus prioribus foliis: seq. quarto recto occurrit:

Tabula ea℞ re℞ quę sũt ĩ hoc uolumine
Epistola francisci puteolani ad reuerendissimũ cardi
nalem franciscũ gonzagã manthuanũ: *Poemata*.
Eiusdem vita P. O. Nasonis. *P. Ovidius*.
P. O. Nasonis epistola℞ liber. *Hãc tua*.
Sapphos ejusdem. *Num quid*.
P. O. Nasonis amo℞ libri tres. *Qui modo*.
P. O. Nasonis ad iuuentutem rhomanam
đ arte a
mandi libri tres. *Si quis*.
Eiusdem de remedio amoris liber. *Legerat*.
P. O. Nasonis metaporphoseos libri XV. *In nova*.
Eiusdem invectiva in ibim. *Tempus*.
P. O. Nasonis ad germanicum cęsarem fastorum
libri sex. *Tempora*.
Eiusdem de tristibus libri quinq;. *Parve*.
Eiusdem de Ponto libri quatuor. *Naso*.
De pulice, *Parve pulex*.
De Philomela. *Dulcis*.

P.

P. O. Nasonis de medicamine faciei. *Discite*.
Carmen de nuce. *Nux*.

Ex operibus autem Poetae in hac tabula recensitis, in laudatis C. Devoti reliquiis haec tantum supersunt, nimirum. I. *Fastorum libri VI.*, quorum primo primum deest folium. II. *De Arte Amandi* libri tres, quorum primo similiter primum deest folium. III. *De remedio amoris* lib. duo; postremo Poemation *in Ibim*.

Pag. 17. Not. II. lin. 2. *scau*, corr. casu.

Pag. 19. nota (1) *Deburium*, corrige Deburios.

Pag. 21. lin. 17. *consueto*, corrige minori.

Pag. 22. lin. 15. *Triumphos Petrarchae*. Cum haec scribebam, prae manibus habebam Catal. libr. Biblioth. D. de la Valliere, in quo tom. II. pag. 501. edit. Parmensis Comm. Philelphi describitur quasi et ipsos Triumphos Petrarchae contineat, qui tamen nulli sunt, uti intelleximus ex optimo exemplo Biblioth. Corsinianae. Hoc idem ante nos ostendit cl. P. Affò tom. III. *delle Memorie degli Scrittori e Letterati Parmigiani* part. II. pag. 1. seqq.

Pag. 29. lin. 12. 14., corrige 24., quae maxima ex parte vacant, duabus ultimis exceptis.

Ibid. post artic. finem haec addantur: Praeclara haec Bononiensis Manilii editio, ab Orlandio, Maettario, aliisque auctoribus relata, desideratur in editione *Bibliothecae Portatilis Auctor. classicor. sive Prospectus* cl. ED. ARVOOD „ res„ so più interessante per nuovi articoli e per nuove scoperte ec. con mutua cura „ disposte dall'Ab. M. Boni, e Bart. Gamba. Parti due 12. Ven. 1793.„ ejusque loco citatur editio quaedam chimaerea a *Laurentio Bonincontrio* cum nota an. 1484.-*A Laurentio Bonincontro* (legitur par. II. pag. 129.) *fol. Bononiae* 1484. *edizione seconda*. Manilius editus quidem fuit a L. Bonincontrio cum prolixis commentariis anno 1484. Romae, sed non Bononiae; haecque, quantum hactenus scire potui, est prima & unica hujus Poetae editio, quae Bonincontrii commentarios adjunctos habeat (1); ac per consequens illud: *Edizione seconda* titulo editionis adjectum, vel error est, vel ad edit. Nuremberg., quae praecedit, refertur; quod tamen esse non potest: proxime enim subjicitur editio Neapolitana sine ullis commentariis, editione Romana anni 1484. sine dubio anterior, et a Denisio, non refragantibus auctoribus edit. Biblioth. Portat., ad annum 1475. relata.

Fingere quis posset in notam anni 1484. mendum typograph. irrepsisse, et loco 1484. legendum esse 1474. qui est annus verus Bononiensis editionis: sed hoc temperamento adhibito, nil aliud consequimur, quam annum verum Bononien. edit., non autem editionem ipsam, quae nil omnino ad Bonincontrium pertinet, et praeterea verae editionis Bonincontrii, quae Romae anno 1484. prodiit, annus ex Portatili Bibliotheca omnino eliminatur. Quis praeterea asserere audeat, editionem Nurembergensem (quam, post cl. Pinellium, anno 1474. factam fuisse non diffiteor) praecessisse nostram Bononiensem, quae et ipsa sine dubio prodiit anno 1474? Haec in lucem emissa fuit 20. Martii ejus anni, a quo termino usque ad anni finem supersunt plusquam novem menses, quo temporis tractu hujus Poetae Poema sine commentariis plus semel praelo supponi potuisset. In Biblioth. Portatili nulla certa dies anni 1474. edit. Nuremberg. assignatur; quia, uti puto, ipsa caret; adeoque nonnisi temere, eam praecessisse 20. Martii ejus anni affirmari potest. Cum hac Manilii Bononien. edit. conjuncta sunt et Arati Phaenomena ex versione Germanici: quae quia aeque ac Manilius desunt in Biblioth. Portatili, concludo praeclaram hanc Manilii editionem omnino ignotam fuisse ejus Biblioth. Auctoribus, unaque corruptum fuisse Romanae editionis titulum.

Pag

(1) Vid. Catal. Romm. edit. pag. 261.

Pag. 31. §. ult. lin. 2. *quae*, corrige qui.
Pag. 33. ad calcem anni 1475. haec addantur:

„ Repertorium utriusque juris reuerendi Patris domini Petri E-
„ piscopi Brixiensis summa cum vigilia ac diligen. in collegio
„ Domm. Hispanorum correptum Bononiaeque hac mira arte im-
„ pressum anno Dñi MCCCCLXV (*sic*) voll. II. in fol. max. „

Exstat haec editio in Bibliotheca Eccl. Cathedral. Bergomensis, ubi superioribus annis eam tractavit cl. P. Ang. Philippus Becchetti, Theologus Casanat., qui Romam regressus ejus notitiam nobiscum statim communicavit. Eamdem multo antea se vidisse novissime mihi narravit cl. Cajet. Marini, atque ex certis indiciis se deprehendisse affirmavit, annum 1465. erroneum esse. Eam quoque, ceu novum inventum, Lactantio Sublacensi anni 1465. antiquius, et in confirmationem mendosae subscriptionis anni 1461. *Decori Puellarum* Venetiis per Nicol. Jenson impressi, appositae novissime retulit Abb. Maurus Boni ad calcem suae Tabulae (*Quadro*) critico-typographicae, quae potissimum ad eam epocham stabiliendam referri videtur. Quod ad me attinet, studiosissim ejusmodi peregrinarum subscriptionum apologistam oratum volo, ut hanc Bononiensem editionem Repertorii Cl. viri Petri de Monte Brixiensis Episc. hoc loco in hisce Addendis permodum hypotheseos saltem, collocare sinat, donec illam videre, & attente considerare contingat; si tamen continget (1).

Etsi vero ab instituto nostro alienum sit de errore anni 1461. *Decori Puellarum* inscripti, verba facere; immo superfluum ac prorsus inutile judicem ejusmodi argumentum a tot doctissimis viris, Apost. Zeno cumprimis jamdudum tractatum, et novissime a clariss. Jac. Morellio publici juris factum Venetiis, indubiis monumentis, quibus typographiam ea in urbe solum anno 1469. incoepisse, omniumque primum ibidem impressisse Joannem Spirensem, luce meridiana clarius demonstratur; placet tamen ex primis quibusdam ipsius Jensonis editionibus, quae mihi ad manus sunt, hoc idem quodammodo confirmare, et *Decorem Puellarum* ad annum 1471. verisimillime pertinere, ostendere.

Editiones Jensonis, de quibus loquor, sunt *Eusebius* Caesariensis de praeparat. Evang. Latine per Georgium Trapezuntium 1470.; *Svetonius* de XII. Caesaribus 1471.; *Plinii* naturalis Historia 1472., ipseque Decor cum nota anni 1461., omissis aliis brevitatis gratia, quae afferri possent, si necessitas postularet.

Eusebii Pamphili editio omni titulo caret: ad calcem legitur:

Antonii Cornazani in laudem
Artificis Epigramma.

Artis hic: & fidei splendet mirabile numen:
Quod fama auctores: auget honore deos.
Hoc Ienson ueneta Nicolaus in urbe uolumen

Prom-

(1) Cl. Camillus Alcardus Can. & Biblioth. Eccl. Cath. Bergomensis in Epist. novissima scripta ad P. Becchetti post relatam accuratissime subscript. exempli Bergom. haec subdit: *Potrà però significare al Padre Audiffredi che avendo con molta e scrupolosa diligenza osservato il foglio di questa data, vi ho scoperto qualche leggiera viziatura negli ultimi numeri Romani, e sarei per dire qualche raschiatura, nella carta stessa, per cui qualche sospetto potrebbe cadere, che fosse stata in qualche parte alterata*. Sono con tutta &c. Si doctus & ingenuus Vir, cui tanti thesauri custodia commissa est, quemque ideo ejus sinceritatem, illaesa veritate, vindicare quodammodo interesse deberet, sic de eo loqui non dubitat, quid de eodem existimare poterunt qui non tam antiquas quam sinceras, minimeque adulteratas editiones, detegere unice curant?

Prompsit: cui fœlix gallica terra parens.
Scire placet tempus? Mauro christophorus urbi
Dux erat. æqua animo musa retecta suo est.
Quid magis artificem peteret dux: cristus: et auctor?
Tres facit æternos ingeniosa manus.
M. CCCC. LXX.

*( in fol. min.)*

CAII SVETONII TRANQVILLI DE VITA. XII. CAESARVM LIBER PRIMVS DIVVS IVLIVS CAESAR INCIPIT FOELICITER.

*( Ad calcem )*

FINIS

Hoc ego nicoleos gallus cognomine ienson
Impressi miræ quis neg& artis opus?
At tibi dum legitur docili suetonius ore:
Artificis nomen fac rogo lector ames.
M. CCCC. LXXI.

*( in 4°. majori )*

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER I. CAIVS PLYNIVS SECVNDVS NOVOCOMENSIS DOMITIANO SVO SALVTEM. PRAEFATIO.

*( In calce. )*

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBRI TRIGESIMI SEPTIMI ET VLTIMI FINIS IMPRESSI VENETIIS PER NICOLAVM IENSON GALLICVM. M. CCCC. LXXII. NICOLAO TRONO INCLYTO VENETIARVM DVCE.

*( in fol. )*

QVESTA SIE VNA OPERA LA QVALE SI CHIAMA DECOR PVELLARVM: ZOE HONORE DELLE DONZELLE: LA QVALE DA REGOLA FORMA E MODO AL STATO DE LE HONESTE DONZELLE.

*Incipit.*

ILECTISSIME FIOLE IN CHRISTO IESV:

*In calce:*

ANNO A CHRISTI INCARNATIONE. MCCCCLXI. (*sic*) PER MAGI-

STRVM

STRVM NICOLAVM IENSON
HOC OPVS QVOD PVELLA-
RVM DECOR DICITVR FELICI-
TER IMPRESSVM EST.
LAVS DEO.

Sequitur in exemplo Casanat. opuscul. inscriptum: *Ordine del bem vivere de le donne maridade chiamato gloria mulierum*, eisdem omnino typis, sed sine anno.

Conjectis oculis in quatuor has Jensonis editiones, earumque typographico opificio vel paululum considerato, nil mihi rationi minus consonum videtur, quam omnium antiquissimam, *Decorem Puellarum* statuere velle.

Harum omnium editionum characteres, vel iidem omnino sunt, vel certe parum admodum inter se diversi, omnes nempe rotundi, sive Romani, a Gothici characteris indole maxime alieni, perpulchra & eleganti figura, magnitudine Silvii majoris, cum paucis iisque communioribus abbreviaturis. Varietas tamen typographici opificii, quae in ipsis apparet, perspicue adeo temporis earum ordinem demonstrat, ut certo errare putem, qui principatum *Decori Puellarum* pertinaciter vindicare volunt.

Earum antiquissimam, omniumque primam, sese prodit *Praeparatio Evangelica*. Desunt in ipsa literae initiales cum majusculae, tum minusculae, tituli omnes cum capitum, tum librorum, pro quibus tamen manu, vel alio modo supplendis congruum spatium vacuum relictum est. Signaturarum, custodum, numerorum, registri nullum in edit. vestigium. Character omnino novus est, charta crassa & valde firma, satisque alba. Majusculi characteris unum tantum verbum initio praefat. Interpretis, & cujusque libri reperitur. Epigramma Cornazani, ni fallor, & ipsum ostendit, hunc librum fuisse primum Jensonis opus typographicum; egregium tamen: verbo enim *numen* (1) quod primo versu legitur, significatur editio ipsa, quae ratione suae praestantiae, vel deorum numine facta dici, vel etiam eo vocabulo ipsamet denotari potuit: ratione siquidem ejus excellentiae & accurationis, per ipsam auctores fama, & dii honore augentur. Verba porro *aequa animo musa suo retecta est*, indicare videntur, voluntate Ducis Veneti, hanc novam musam, sive egregium hunc typographum, qui antea ignotus erat, retectum fuisse. Quod confirmant verba, quae sequuntur, *quid magis artificem peteret*, seu quid peritiorem artificem quaereret Dux, quaereret Christus, quaereret Auctor? cum eos aeternos faciat ingeniosa Jensonis manus.

Seq. anno 1471. Jenson suis typis Suetonium impressit; suamque imprimendi rationem anno superiori coeptam, meliorem perfectioremque reddidit. Librorum ipsorumque capitulorum tituli in hoc omnes impressi sunt, librorum quidem majusculo charactere, capitulorum vero minusculo, omissis tamen numeris, eorum ordinem indicantibus. Initiales litterae tum minusculae, tum majusculae & hic desunt. Desiderantur quoque, ut in praeced. signaturae, custodes, numeri, registrum. Character porro antea jam adhibitus fuisse deprehenditur: editio enim minus nitida est praecedenti. Subscriptio porro est charactere minusculo.

Anno 1472. ulterius progressus est Jenson, & praeclaram Plinii editionem majori perfectione donavit, quam Eusebium, Suetonium, ipsumque Decorem



(1) Clariss. Vitus GIOVENAZZI, cui epigramma examinandum praebui, non *numen*, sed *lumen* a Poeta scriptum fuisse censet: hoc enim vocabulum longe melius proposito ejusdem congruit, quam vocab. *numen*; & in rem totam mirifice quadrat. Caeterum edit. antiquitas multo evidentius ex ejus inspectione, quam ex hoc epigramm. colligitur.

puellarum. Tituli siquidem librorum omnes sunt charactere majusculo, ipsaque quoque subscriptio; capitulorum vero, uti decebat, minori, adscripto tamen unicuique vocab. *capitulum* abbreviato, cum nota Romana, ejus ordinem designante, e. c. *cap. VI.* quod facere omisit in Suetonio, non autem in Decore puellarum, cujus capitula cum eorum ordine designantur per integra verba, e. c. CAPITVLO secondo, ex quibus primum est litteris majusculis, secundum minusculis. Speciale autem hujus editionis Plinii sunt initiales litterae minori forma impressae in amplo spatio, in quo subinde calligraphi manu depictae sunt initiales ipsae justae magnitudinis, & formae; quod factum non fuit neque in Suetonio, neque in *Decore*, in quorum primo in exemplo Casanat. manu adjectae fuere; in Decore autem omnino desunt.

Nunc qui sine animi praeoccupatione, quatuor has Jensonis editiones ratione typographici artificii inter se conferre voluerit, unum ex duobus fateatur oportet, nimirum, aut Jensonem posteaquam librum impressisset, in quo provectae typographiae manifestissima signa apparent, qualia sunt quae neque in Suetonio, & multo minus iu Eusebio apparent, abjecta hac magis perfecta imprimendi ratione, ad minus perfectam, qualis ut plurimum deprehenditur in primis editionibus excellentiorum typographorum, sese convertisse; aut *Decorem Puellarum* ab ipso impressum fuisse, posteaquam varia suae artis specimina publici juris jam fecerat, seu circiter annum 1471.

Nec vero M. Boni acerrimus subscriptionis *Decoris Puellarum* vindex, ignorare potest typographos cum antiquos, tum etiam recentiores non ita raro editionum suarum subscriptiones, oscitantia (interdum etiam malitia) corrupisse; sicque verum earum annum Lectorem celasse. Quod ut manifestius pateat, duas hic ipsius Jensonis memorabimus, (M. Boni fortasse non notas) quarum altera defectu, altera excessu peccat;

Prima inscribitur:

Fratris IOANNIS ad fratres suos Cartusienses Pa
tauine cartusiae habitantes de humilitate interio
ri & patientia vera. (*in calce*):
Actũ quoqꝫ hoc opus Venetiis ex inclyta: famo
saqꝫ officina Nicolai Ienson gallici. Anno Domi
nice natiuitatis. M. cccc. (*sic*) pridie nonas iulias.
(*in* 4°.)

Altera ejusdem Ioannis:

Ad fratres suos Cartusienses Domus Sanctorum
Hieronymi & Bernardi prope Paduam de ĩmen
charitate Dei.
(*ad calcem*):
Actum quoque est hoc opus Venetiis. ex. incly
ta: atque famosa officina Nicolai Ieson (*sic*) Gallici
Anno Dominice natiuitatis M.ccccc.lxxx.(*sic*) nonas
Iulias.
(*in* 4°.)

Fr-

Errores typographici, qui in utraque hac subscriptione leguntur, longe quidem crassiores sunt errore subscriptionis *Decoris Puellarum*; nemoque est tam rudis, qui ut primum oculos in eos conjecerit, non statim de iis intelligat. Uterque tamen invicte probat Jensonem, sive ejus operarios non immunes fuisse a generali lege in suae artis exercitio nonnunquam errandi; adeoque & in aliqua ex suis primis editionibus, in componendis notis, quibus annus verus designatus fuisset, errare potuisse, omissa una decade; quod & aliunde facillimum esse quotidiana docet experientia, ipsiusque Portat. Biblioth. exemplo infra constabit.

Utraque ex citatis editionibus pertinet ad annum 1480., uti demonstrant alia opuscula ejusdem Joannis de Deo, quae cum iisdem conjuncta sunt in Casanatensi. Hunc auctorem Carthusianum Jo. de Deo, scriptorem horum opusculorum, auctorem esse suspicor *Decoris Puellarum*, aliorumque duorum opusculorum, quae plerumque cum ipso conjuncta sunt. Evolutis enim non indiligenter Biblioth. Scriptorum Ord. Carthus. Petrei, & Trombi Historia, nullum alium ejus Ord. Scriptorem, qui per haec tempora in ditione Veneta floreret, invenire potui; etsi de primis hisce opusculis, quae fortasse non noverunt propter eorum raritatem, mentionem nullam faciant.

Pag. 31. §. ult. lin. 2. *quae*, corr. qui

Pag. 35. n. III. adde: Desideratur rara haec *Publ. Val. Maximi* Bonon. edit. in *Biblioth. Portatili* M. Boni & socii. Vid. par. II. ejus Biblioth. p. 143.

Pag. 38. lin. 12 *innititur*: adde: cujus generis non paucae editiones occurrunt cujusmodi, mea sententia, est edit. *Decoris Puellarum* cum nota anni 1461.

Pag. 41. lin. 16. *Illus. Balivi*, corr. Excellentissimi Ballivi; & de hac edit. vide Denisium pag. 111.

Pag. 42. §. 2. *Perpaucis ex hisce libris &c.* adde: quod factum fuit in secunda hac edit., factum etiam fuit & in prima anni 1471. quantum intelligere potui ex ejus reliquiis olim exstantibus apud C. Devoti.

Pag. 47. lin. 31. *Hyrubria*, corr. Hiruberia.

Pag. 49. lin. 10. *nota*, adde †.

Pag. 51. num. V. *Lucidario*, adde: refertur haec edit. a Laerio in suo Indice tom. 2. pag. 62. sub nom. *Honorii Augustod.*

Pag. 54. Dele virgulas adscriptas num. I. anni 1484.

Pag. 64. lin. antepenult. dele (*sic*)

Pag. 65. *Lactantii opera*: adde: non memoratur haec edit. in Biblioth. Port. M. Boni & B. Gambae. Vid. par. I. ejus Biblioth. pag. 180.

Pag. 70. inter num. IX. & X. addatur:

„ F. Cherubini ex Ord. Min. Vitae matrimon. ad Iac. de Bor-
„ gianis regula. Eiusdem Vitae Spirit. Regula ad eumdem. Bono-
„ niae Ug. de Rugeriis 1489. *in* 4°.

In duobus Venalium librorum catal. haec edit. memoratur; satis tamen infeliciter.

Cum editt. Ugonis Rugerii ejus anni, sequens conjungatur:

„ La Passione di Nostro Signor Gesù Christo,
„ con la sua Risurrezione e scesa al limbo:
„ e la vendetta che fece Tito Vespasiano
„ contro i Giudei.
„ *in* 4°.

Questo libro non ha nè occhio, nè titolo, ma in fine leggesi:

„ Finisse la passione del nostro sig
„ nore mesere Giesu christo narrata p
„ lo vangelista san Giovãni: con la sua
„ sanctissima resurrectione: Et eui an-
„ chora come giesu christo cauo tutti li
„ sancti padri: patriarci: e ppheti de
„ limbo: e chiãolli tutti ad vno ad vno
„ p nome: Et etiã lacrudel vẽdetta fece
„ tito vespasiano cõtra li pfidi giudei
„ della destructione di gierusalẽ: p vẽ-
„ decta di christo: e come fù menato pi-
„ lato al gran senato di Roma e lamor
„ te chel fece ꝛ altre cose assai come le
„ gendo potrai intẽdere.
„ Impresso nelalma ꝛ inclita citade
„ di Bolognia per me Ugo di rugerij
„ stampatore sotto al diuo ꝛ illustrissi
„ mo principe e signore messer Giouã
„ ni secondo bentiuoglio sfortia di ve-
„ scõti daragonia Neli ãni del nr̃o sig
„ nore mesere ihũ xp̃o. 1. 4. 89. Adi. x.
„ de Marzo. Laus Deo omnipotenti

„ Appresso si vede la Marca dello Stampatore segnata colle lettere V. R.

„ Questo S. Poema è composto in ottava rima e stampato in carattere semigotico
„ a due colonne, e sono dieci ottave per ciascuna facciata; la carta è consi-
„ stente, non vi si osservano numeri nè richiami; ha bensì le segnature, come
„ ora si dirà. Al dritto del foglio 15. al principio d'un ottava che comincia

„ Olẽdo della resurression sancta
„ plar chiamo . . . . . . .

„ si trova uno spazio bianco da segnarvi un'iniziale più grande, per denotare
„ che quì comincia la seconda parte di questo Poema: al dritto poi del fogl. 28.
„ col. 1. si legge:

„ Finisse la resurrectiõe del nostro
„ signore meser giesu christo fidelissi-
„ mamente correcta et emendata.
„ Laus deo omnipotenti.
„ a. b. c. d. e. tutti sono quaderni excep
„ to. e. che e terno.

„ Co-

„ Comenza la destructione de Gie-
„ rusalem .

„ e questa comincia alla seconda colonna ;

„ Dagli eterni lumi o chiara lãpa
„ o luce di splẽdore diuita eterna
„ ogni dator del ciel . . . . . .

„ e continua per tutto il rimanente del libro, il quale termina colla data e
„ marca riferita di sopra. Al foglio seguente, che dovrebbe esser bianco, v' è unita un' immagine alt. onc. 7. lar. 3 $\frac{1}{2}$ scolpita in legno con semplici lineamenti, non male intesi, rappresentante la Visita di N. Signora a S. Elisabetta,
„ e dalla qualità della carta, dalle macchie &c. deve giudicarsi contemporanea
„ all' impressione del libro.

„ A Bernardo Pulci si attribuiscono comunemente questi tre Poemetti, e si
„ trovano stampati separatamente nel Sec. XV. ma non ho potuto scoprirne alcuna edizione con data di anno anteriore alla nostra, la quale non è riportata da
„ veruno; può darsi per altro che qualche edizione Fiorentina senza data di anno sia anteriore a questa „. Haec cl. P. Amoretti, apud quem exstat editio.

Pag. 71. ad calcem Epistolarii M. Philelphi haec addantur: Novissime in usum Biblioth. Casanat. adquisita fuit ejus operis editio Mediolan. anni 1487. per Uldar. Scinzenzeller, in qua opus non Epistolae sed Epistolarium inscribitur.

Pag. 94. post num. V. adde:

„ Le cose volgari di M. ANGELO POLIZIANO ( cioè le
„ Stanze e la favola d' Orfeo ). in Bologna per
„ Platone de Benedetti 1494. 4°.

Cajet. Vulpius in praecl. edit. Patavin. eorum opuscull. anni 1757. Vid. inter edit. Florentinas, sine anno.

Pag. 96. *Opera Agricolationum*: ad finem artic. adde: Non invenitur haec edit. cum exscriptionibus Ph. Beroaldi, &c. in Biblioth. Port. M. Boni, &c. Vid. par. II. ejus Biblioth. pag. 14.

Pag. 97. num. XI. *Marci Tullii Ciceronis* &c. adde: & haec edit. desideratur in Biblioth. ante laud. Vid. eamdem par. pag. 71. seqq.

Pag. 100. lin. 4. ab ejusd. calce: *ad Gurmenium*. corr. ad Germaniam.

Pag. 104. lin. 13. dele, *sive plagularum*.

Ibid. num. IX. lin. 9. dele, *sic*.

Ad calcem ejusd. num. adde:

„ BELLANTIUS LUCIDUS. Liber de Astrologia, contra
„ Io. Picum Mirand. 1495. Bononiae per Bened. Hectoris fol.

Orlandius par. II. pag. 289. Suspecta admodum mihi est edit. Vid. in hoc Specim. pag. 103. seq. pag. 108. & 369.

Pag. 108. num. I. *S. I. Frontinus*, ad fin. art. adde: Refertur haec edit. in Biblioth. port. part. II. pag. 293.

Pag.

Pag. 112. num. II. *Censorinus* &c. ad fin. art. adde: Refertur edit. in ead. Biblioth., par. II. pag. 258.

Pag. 114. lin. 1. *sive duae priores vol. plagulae*, nota: Hic est illustris locus, ex quo apparet, *plagulae* nomen in hoc Specim. usurpari pro eo, quod folium sive chartam dicunt.

Ibid. post num. V. adde:

„ Pomponius Mela de Situ orbis, Bonon. Bened. Hectoris 1497. *in* 4°.

Ex Biblioth. Port. M. Boni, & focii, par. II. pag. 162.

Pag. 116. num. II. *Val. Flacci* &c. ad fin. art. adde: Omittitur haec edit. in ead. Biblioth. Port. ubi tamen laudatur edit. anni 1474. Vid. par. II. pag. 201. seqq.

Pag. 117. num. IV. *C. Plinii Sec.* &c. *Epistolae*. Ad fin. art. adde: In Biblioth. Port. par. II. pag. 196. citatur editio quaedam Plinii Junioris mihi prorsus ignota his verbis: *a Joanne Jocundo & Phil. Beroaldo*. 4°. *Bononiae*, *Ben. Hectoris* 1498. In nostro exemplo integerrimo & optimo nullibi nominatur Jo. Jocundus.

Pag. 120. ad finem num. I. anni 1499. adde: Desideratur haec praecl. edit. in eadem Biblioth. Port. Vid. par. II. pag. 62. seq.

Pag. 122. ad calcem num. VI. adde: Deest & haec edit. in ead. port. Biblioth. Vid. eamd. part. pag. 71. seq.

Pag. 123. ad calcem anni 1499. adde:

O

„ IO. BAPT. SPAGNOLI Mantuani Carmelitae
„ Opera. *In Epist. quarto loc. praefixa*
„ *legitur annus* 1499. *Char. elegans*. fol.

Haec cl. Denisius pag. 504. ex Biblioth. Gotwic. & Catal. Smith. pag. 39. Sed haec editio, uti constat ex integris exemplis, Bononiensis est & anni 1502. Vid. suppl. ms. Biblioth. Casan. & Biblioth. Smithianae Catal. 1755. pag. 291.

Pag. 124. num. III. ad calcem artic. adde: refertur hac edit. *Apulei*, in Biblioth. port., par. II. pag. 252.

Pag. 126. num. VI. *Plautus*: ad fin. art. adde: omittitur pulcherrima haec edit. in ead. Biblioth. Port. Vid. par. II. pag. 8. seq.

Pag. 128. num. XIII. adde: Articulus hic supplendus est ex Indice Laerii, tom. II. pag. 158. seq.

Pag. 129. num. XIV. *Solinus*: adde: Refertur haec editio in Biblioth. Port. antea pluries jam laud. part. II. pag. 166.

Pag. 132. num. V. *Iustini Histor.* &c. Epist. dedic. editioni praemissa, in qua Beroaldus testatur se Florum H. Coloniensis *fenis impressoris* rogatu correxisse, non levi argumento est, hunc typographum, qui primum Brixiae impresserat, tunc Bononiae eamdem artem exercuisse. Edit. deest in Biblioth. Port. M. Boni &c.

Pag. 135. Cum editionibus Bononiensibus, anni nota carentibus, conjungantur seqq. tres:

„ Descrizione de Magno Torniamento di M. Gio. Bentivoglio.
„ in Bologna, in 4.

*Caret numeris*, (inquit Laerius tom. 1. pag. 92.) *signaturis*, *custodibus*, *titulis*, *& anni*, *loci ac typographi nota*, *sed character pertinere videtur ad Azzogui*-

*guidi*. Vide caetera, quae scribit idem Bibliographus loc. cit. Ante hanc edit., Venetam quamdam describit Laerius, si non rarissimam, certe non obviam, Insularium nempe Aegei maris Barthol. Zamberti, *dalli Sonetti* cognominati, cui folia assignat 56., & perpauca exemplaria ab auctore vulgari potuisse affirmat, propter figurarum quantitatem, & qualitatem, *nam miniatae sunt*: sic enim pag. 3. scribit: *Con le mie proprie man picta o ciascuna e in isto picol volume le agio poste*. Miniatas esse figuras exempli Laeriani, facile credo: ab ipso autem auctore propria manu miniatas, seu coloribus distinctas fuisse figuras cujuslibet exempli, ut supponit Laerius, falsum esse demonstrat exemplum Casanatense, quod nullius miniaturae indicium exhibet; neque manu delineatae sunt, (uti reperiuntur in libro), sed ligneis tabulis, simplicibus, & nudis lineamentis, figuras Insularum, earumque partes praecipuas repraesentantibus, insculptis, impressae; uti in parte aversa foliorum, eorum pressio demonstrat. Verba Poetae non aliud significant, quam se cujusque insulae figuram, calamo, vel rubrica delineasse; quae figurae subinde ab artifice ligno insculptae, libro ipsi aptatae fuere.

„ Istoria del forte e santissimo uomo Giusto Paladino, il quale
„ dopo molte calamità di questo mondo, miracolosamente spirò
„ alla vita beata. Senza data (Bologna per Platone de Benedetti.
„ Sec. XV.

Haec cl. Morellius tom. IV. Ind. Pinell. pag. 287.

Oratione divota recitata ne ladorazione de crucifixo el venerdi sancto del Reverendo maestro *Nicolò de Brazano* de lordine di frati Eremitani de Sancto Augustino predicando in San Iacomo de Bologna Mccccclxxxx. *in* 4°.

Constat ex quatuor foliis, optimo charact. rotundo Ben. Hectoris, ipso anno 1490. verisimillime impressa. Est *in quarta Rima*; exstatque apud clariss. Cajet. Marini.

Pag. 139. post num. II. adde:

„ Juvenalis et Persii Satyrae. fol. Brixiae
„ 1475. Si crede edizione di Eustazio Gallo.

Ex Bibliotheca Port. M. Boni, & socii par. II. pag. 176. Vid. inter editiones Brix. anni nota destitutas.

Pag. 142. *Persius*: ad calcem art. adde: refertur haec edit. in ead. Port. Biblioth. quasi contineat & ipsum Persii textum, par. II. pag. 171.

Pag. 147. ad *Macrobium* adde: Secunda haec Brixiana Macrobii editio desideratur in ead. Bibliotheca Port. Prima tamen refertur. Vide par. ante laud. pag. 307.

Pag. 148. num. VII. *Statii Achilleis cum comment. Jo. Brittannici*, adde: In eadem Bibl. Port. pag. 206. ejusd. part. adduntur & Comment. Jo. Calderini, & citatur Quirinus de Brixiana Literat., qui tamen de Calderino omnino silet, sicuti silet Britannicus ipse.

Pag. 149. num. IX. *Virgilii opera*, adde: Memoratur haec edit. in ead. Biblioth. Portat. eadem par. II. pag. 84. cum notis ann. 1485. & 1486. Sed neque hujus Biblioth. testimonium, neque ea, quae a nobis annotantur in fine articu-

li

li fidem facere possunt reipsa exstare ejusmodi editionem. Tam enim Auctores Biblioth. Port., quam Auctor Catal. Biblioth. Vallier. confundunt interdum interpretum commentaria cum auctoribus ipsis. Illustre suppeditat hujus hallucinationis exemplum Biblioth. Portat. in ipsis Mantuani vatis editionibus, pag. 82. & seq. ubi primo legitur: *L'Autore aveva posto qui l'edizione fol. Romae Uld. Gallus sine anno, la quale non avendo il testo di Virgilio, ma solo i Commenti di Servio, non appartiene a questo luogo, e si è rimesso all'articolo del Grammatico*. Paulo post autem refertur cel. edit. Florentina Comment. Servii anni 1471., & 1472., quasi Poetae contextum contineret: *Cum Commentariis Servii* dicitur, pag. 83., quem contextum Poetae & in hac edit. nullum esse certissimum est. Vid. inter Florent. editt. ad annum 1471. De auctore autem Catal. Biblioth. Vallier., vide quae supra annotavimus ad Comment. Philelphi in Petrarcham.

Pag. 150. ad *Terentium* adde: Et haec edit. Brixiana desideratur in ead. Bibl. Port. Vid. eamdem par. II. a pag. 16.

Pag. 151. lin. 13. *plagulam*, corr. paginam.

Pag. 152. num. XV. ad finem artic. adde: Tractavi, imo etiam descripsi editionem quamdam Brixianam librorum de Imitatione Chr. a cl. Abb. Comolli post excusum folium commodatam, per haec tempora, ni fallor, a Britannico quodam sub nomine *S. Bernardi* Brixiae vulgatam, (quam descriptionem subinde non amplius reperire licuit) quae edit. fortasse eadem est ac isthaec Maettarii.

Pag. ead. & seq. *Tibulli*, *Propertii*, *Catulli opera*, adde: Tres has Brixianas editiones anni 1486. frustra quaesivi in Biblioth. Portat. M. Boni, &c., nisi forte quis existimet eas esse, quae par. II. pag. 37. indicantur his verbis: *Ab Antonio Parthenio Lacisio, Boninus de Boninis* 1485. *Alcuni esemplari hanno* 1486. *Ediz. molto illustrata dal Card. Quirini*. At imprimis eae editiones, separatim impressae fuerunt (etsi eodem anno) uti ex subscriptione uniuscujusque manifesto liquet: singulae a propriis interpretibus illustratae; solaque tertia est cum comment. Parthenii Lacisii, hancque unam illustrat Quirinus; qui & fatetur, vulgaria exempla signata esse anno 1486.

Pag. 154. num. VI. *Persius cum Brittannici* &c. 1486. Ad finem art. adde: Editio deest in eadem Biblioth. Port. M. Boni. Vid. eamdem par. II. pag. 171. Memoratur tamen editio Lucani, ejusd. anni 1486., sed vicissim omittitur editio Juvenalis, cum Comment. Calderini, relata in nostro Specim. pag. 156.

Pag. 160. MCCCCXC. art. I. lin. 14. *qua*, corr. quae; & adde: Prima haec edit. Compend. Philos. Nat. Alb. Magni per B. de Farfengo deest in Biblioth. Port. & sola secunda anni 1493. memoratur. Vid. par. I. pag. 400.

Deest in ead. Biblioth. port. S. Bonaventurae *Scriptum super I. Sentent.* eodem anno ibidem ab eodem de Farfengo impressum, quae edit. in nostro Specim., cum *Alberti Philoph.* conjungitur: duoque sunt, quae me inter legendum in Biblioth. Port. art. editionum S. Doctoris admiratione quodammodo affecerunt. Primum & praecipuum, est annotatio qua clauditur articulus ipse: *Il commento sul Maestro delle Sentenze è la più pregiata opera di S. Bonaventura, in cui ha congiunta alla sodezza della dottrina l'unzione della pietà, ed è lodato ancor dagli eretici*; & tamen in Port. Biblioth. nulla specialis editio praecipui hujus S. D. operis memoratur. Quam omissionem, ut quoad nobis licet, quodammodo suppleamus, absque eo quod domo pedem efferamus, nonnullas S. Doct. Operum Editiones, praeter eas, quae in Specimine jam descriptae sunt, & proprie ad nostrum institutum pertinent, huc afferemus, certe non contemnendas, quibus in Port. Bibliotheca S. D. articulus locupletior aliquanto & utilior reddi potuisset.

S. Bo-

S. BONAVENTURÆ scriptum super Secundum Sententiarum.

*In calce:*

Religiosi p̄ris Bonaventure ordinis minorū veritatis theologice posessoris eximii. sacreq; apostolice sedis cardinalis super secundū sententiarꝝ scriptum finit. Anno salutis nostre MCCCCLXXVII. per magistrum Hermanum lichtenstein Tarvisii feliciter impressum.

*In fol. min., char. Goth, sed nitidissimo.*

*Idem*, per Thomā penketh anglicū . . . . . maxīa cū diligētia emendatū. Anno salut̄ n̄re M.cccc lxxvii. p. Thedoricū de Reynsburch & Reynaldū de Noviomago socios Venetiis feliciter imptessum.

*In fol. charact. Goth. valde claro.*

Bis ergo hoc egregium opus eodem anno in Veneta ditione impressum fuit neutraque ex duabus hisce editt. in Biblioth. Port. comparet. Addam quoque, eadem de causa, editionem omnium aut fere omnium opusculorum S. D. duobus non parvae molis voluminibus in fol. constantem, quae & ipsa a Port. Biblioth. exulat.

Egregium opus subtilitate et devoto exercitio precellens parvorū opusculorū. doctoris seraphici sancti Bonaventure. *Partes duae in fol.*

*Ad calcem I.*

Finiūt tractat9 q̄₃plurimi sancti Bonaventure de uolumine p̄me partis Impressi Argentine. Anno domini M. cccc. xcv.

*Ad calcem II.*

Finiunt tractatus q̄₃plurimi Sancti Bonauenture de uolumine secunde partis. Impressi Argētine Anno dn̄i. M. cccc. xcv. Finiti feria sexta ante festum sancti Thome apostoli.

Alterum, quod me inter legendum artic. operum S. D. in Port. Biblioth. nonnulla admiratione affecit, est erudita quaedam annot. circa edit. Rom. Vitae S. Bonaventurae, his verbis expressa „ De Vita & miraculis S. Bonaventurae ab „ Octaviano Advocato. Acc. de ejus Canoniz. a Sixto IV. facta anno 1482., „ a

„ a Phil. de Lignamine 4. sine anno. *Opera ignota all' Audiffredi* „. Hanc erud. annotationem jam antea legeram in *Indice Laerii*, tom. II. pag. 55., neque quidpiam alienum ab ingenio & instituto ejus bibliographi in ea deprehendere mihi visus sum.

At ejus repetitio (si tamen est repetitio) in Biblioth. Port. Auctorum Classic. ad quos nonnisi secundario pertinet ejus vitae auctor, quidpiam incongruum praeseferre mihi visa est; praesertim quod memorata editione Brixiana anni 1497. *Opusculorum & tractatuum plurimorum S. Bonaventurae*, quae in nostro Specim. describitur pag. 180. seq. & in Biblioth. Port. omittitur, quidpiam Lectori gratius & utilius significari potuisset de auctore ejus orationis, quam simpliciter repetitis verbis Laerii: *Octavianus advocatus*. Conferat L. quae ad calcem laud. pag. Speciminis annotantur.

Sicut autem in Biblioth. Port. omittitur haec edit. Brixiana *Opusculorum*, &c. S. Bonaventurae; ita quoque omittitur, aut corrumpitur titulus edit. Brixianae Opusculorum S. D. anni 1495. En quomodo eiusmodi edit. in Biblioth. Port. enuntiatur, tom. 1. pag. 401. *Pharetra & Stim. Divini amoris & alia opuscula* 8. *Brixiae Bernardinus Misintis* 1495. Si exstat haec editio in Biblioth. Portatili memorata, duas eodem anno opusculorum S. Bonaventurae editiones vulgarit oportet Misinta: Nostra enim editio in primis est in 4. & non in 8. Secundo *Pharetra Divini amoris*, in nostro exemplo integerrimo & optimo nullibi reperitur; primumque opusculum est de *Formatione Novitiorum*.

Inter scripta quoque S. Bonaventurae non infimo loco habetur ejusdem legenda de S. Francisco: cujus Saec. XV. nullam specialem edit. factam fuisse mihi verisimile non videtur. Quum nulla in praesens mihi suppetat editio Lat. novae edit. Port. Biblioth. addenda, contentus ero Italam (1) quamdam valde raram, etsi fortasse interpolatam, huc referre, non minoris pretii quam vitam S. Bonaventurae per Octavianum Advoc. Rom. edit. ab Audiffredi omissam. Ejus titulus charact. rubro impressus sic habet:

> Incomenza la vita del glorioso sera
> phico pare messer san Francesco
> compilata p il Reuerendissimo pa
> tre et doctore eximio meser Bo
> naventura Cardinale de la sanc
> ta matre ecchiesa.
>
> *Ad calcem prima col. ult. fol. versi*,
>
> FINIS
>
> MCCCCLXXVII. a di VI. del mese
> de februario e stata impressa questa
> opa p magistro Antonio zaroto da
> parma in milano.

In fol. min. pag. bipart. charact. semigoth. cl., ut inquit Paitonus.

Inter evolvenda autem in Biblioth. Port. S. Bonaventurae opera, in mentem venit perfunctorie saltem inspicere, quid de paucis S. Thomae operibus inter Bononienses editiones in nostro Specimine relatis in Biblioth. Port. annotatum fuisset, quod ad

(1) Editiones Versionum Operum classicor. in Biblioth. Port. omittuntur; nec immerito.

ad ipsum Specimen vel corrigendum, vel perficiendum conferre posset; sed modico cum fructu. In primis enim secundum Sententiarum S. D. Impressum Bonon. per Bened. Hectoris 1494. & in Specim. descriptum pag. 94. 95. in Biblioth. Port. omnino deesse animadverti. Secundo, loco Tabulae Petri Bergom. super omnia opera D. Thomae, impressae anno 1473. per Balth. Azoguidi, video memoratas *Auctoritates Vet. & N. Testamenti. fol. Bononiae Azoguidus* XI. *Martii* 1473. Quae quidem editio si exstat, duas ex officina Azoguidi eadem ejusdem anni die editiones prodiisse necesse est, quarum altera in nostro specim. desit. Tertio in Port. Biblioth. pag. 408. referri observo S. D. Commentaria in Epist. Pauli edit. Bonon. anni 1481. una tamen omnino sileri eorumdem editorem Petrum Bergom. Ante haec vero citari video S. D. *Continuum*, seu ut alii vocant, *Catenam* in quatuor Evangelia sub novo titulo *Glossae*, & praetermitti egregiam ejus edit. Rom. duobus tomis in fol. anni 1470. Sed haec satis.

Pag. 161. art. IV. *Consilia Raphaelis, &c.* ad finem art. adde: Editio haec refertur a Christ. Th. de Murr in Memorab. Biblioth. publicarum Norembergens. part. I. pag. 192.

Pag. 162. num. VI. *Barth. Cepollae*, adde: Exemplum hujus edit. exstat apud Can. Devoti, & signaturis, custodibus, registro, ac typographi insigni instructum est.

Pag. ead. an. 1491. num. I. *Juvenalis Satyrae*, ad fin. artic. adde: Editio deest in Biblioth. Port. Vid. par. II. pag. 171. seqq.

Pag. 169. n. I. *C. Crispi Sallustii* ad finem art. adde: Refertur haec edit. in Biblioth. Port. par. II. pag. 42. sed presse nimis.

Ibid. n. III. *Opusc. S. Bonav.* Ad fin. art. adde: Refertur & haec edit. (si tamen eadem est) in Biblioth. Port. par. I. pag. 401. Vid. quae annotata sunt supra.

Pag. 172. n. VIII. *Dominicis (de) Dominici* Tract. Adde: Opusculum constat ex uno quaterno, et uno quinterno, solisque signaturis et indice capitulorum (quae sunt n. 22.) ult. fol. verso instructum est. Char. Rom. elegans; capitales florentes. Accessit noviss. Bibl. Casanat.

Ibid. lin. ult. 1399., corr. 399.

Pag. 173. *C. Plinius* ad fin. art. adde: Refertur haec ed. in Biblioth. Port. part. II. pag. 188.

Pag. 174. n. II. *Biblia*. Ad fin. art. adde: Non apparent haec Biblia, certe non contemnenda, in ead. Biblioth. Port. vid. par. I. pag. 252.

Pag. 180. n. IV. *Opuscula &c. S. Bonaventura*. Ad fin. art. adde: Deest haec edit. in Biblioth. Port. vid. par. I. pag. 402.

Pag. 181. n. II. *C. Plinii &c.* Ad fin. art. adde: Deest haec ed. in ead. Biblioth. Port. Vid. par. II. pag. 181. seqq. Hac autem occasione observare liceat pag. 192. ejusd. par., circa Castigationes Plinianas Herm. Barbari legi mendum typograph. quod ad memoriam revocat mendum subscript. *Decoris Puellarum*, nimirum 1482. 83. loco 1492. 1493.

Ibid. n. III. *Moralia S. Gregorii PP.*, ad finem art. adde: Nec haec edit. apparet in ead. Port. Biblioth. Vid. par. I. pag. 352.

Pag. 190. n. IX. *Sermones*. Ad fin. artic. adde: numeri de quibus in edit. descript. fit sermo, numerant tantum folia, non autem paginas.

Ibid. n. X. *Aemilii Probi*, lin. 6. IID. corr. IIC. & adde: Refertur haec edit. in Biblioth. Port. part. II. pag. 52.

Pag. 191. 92. *Solinus*. ad calcem secundi art. adde: Refertur alterutra ex duabus hisce editt. in Biblioth. Port., par. II. pag. 166. nimis autem jejune.

Pag. 192. n. XIV. lin. 4. *par. I.* corr. par. II.

Pag. 196. n. I. *Opus praecl. &c. Mell.* Ad fin. art. adde: Non comparet haec ed. in Biblioth. Port. Vid. par. I. pag. 388. seq.

Pag. 198. n. VI. *Persii Satyrae cum Comment. Britannici*, ad fin. art. adde: Desideratur haec edit. in ead. Biblioth. Port.

Pag. 199. n. II. lin. 6. *Diffis*, corr. diffitis.

Ibid. lin. 14. *Non &c.* adde: quo in numero habendi sunt M. Boni & Socius.

Pag. 200. lin. ult. *ex*, corr. &

Pag. 203. lin. 9. *&c.*, corr. &

Pag. 206. cum editionibus Brixianis incerti temporis conjungantur sequentes duae:

„ T. LUCRETII CARI de Rerum natura libri VI. fol. sine titulo, & sine anni nota. Ha in fine THOMa FERRANDO AUCTORE. Insigne scoperta della prima ed originale edizione di Lucrezio, sinora ignota. Ha 104. fogli e 36. versi ogni pagina intera. Si riconosce esser fatta in Brescia, ed anteriore all'anno 1473. per altre simili dello stesso stampatore, che noi abbiamo la sorte di essere i primi a far conoscere „.

Haec Maurus Boni & Barthol. Gamba, par. II. Biblioth. Port. pag. 28.

„ PROPERTII Opera 4°. Sine ulla nota. Il titolo è MONOBIBLOS PROPERTII. Edizione originale ritrovata in Brescia. Dal rozzo carattere e dalla carta si riconosce affatto simile al Lucrezio a *Phalaridis Epistolae*, 4°. ed all'*Acerba di Cecco d'Ascoli* fol. che hanno la sottoscrizione: BRIXIE THOMA FERRANDO AUTORE. di questo Tommaso Ferrando Letterato Cittadino Bresciano e primo introduttore della stampa in Brescia si hanno ancora *Statuta Brixiae, e Dacialia Brixiae* fol. vol. 2. segnati coll'anno 1473. dalla sottoscrizione de' quali si raccoglie, che dopo quest' anno cessò di stampare &c. „.

Ex eadem Port. Biblioth. M. Boni, &c. pag. 34.

Pag. 208. n. II. *Servii Honorati*, &c. Ad fin. art. adde: Refertur edit. in Biblioth. Port. par. II. pag. 312.

Pag. 213. lin. 7. a calce, *Atqu3*, corr. Atq3

Pag. 214. lin. 8. a calce, *Venetum*, corr. Venetam.

Pag. 223. post n. III. adde:

„ GUARINI Grammatica & opus. Cremonae 1494. 4°

Ex Catal. Car. Baduel, Perusiae 1793 pag. LXIX.

Pag. 228. *Cremonae sine anno*, lin. 4. *Claudiani Carmen de Phoenice*: Adde: in Biblioth. Port. non comparet haec edit. Vid. par. II. pag. 401. seqq.

Pag. 229. n. IV. *Mauri Servii Honorati*, &c. In Biblioth. Port. par. II. pag. 313. citatur haec edit. quasi nulla de ea possit esse dubitatio. Vid. tamen quae a nobis notata sunt cit. loco.

Pag.

Pag. 230. n. II. *Papinii Statii Achilleidos*. Ad fin. art. adde: Deest edit. in ead. Biblioth. Vid. par. II. pag. 208. seq.

Ibid. *Iustiniani Imper. Institut.* Ad art. finem adde: Deest edit. in ead. Biblioth. Vid. par. II. pag. 343.

Pag. 231. n. II. *Iunii Iuvenalis*, &c. Ad fin. art. adde: Refertur haec edit. in Biblioth. Port. par. II. pag. 176. Et hoc idem dic de edit. *Horatii*, descripta in Specim. pag. 232. seq. quae refertur in ead. par. Biblioth. Port. pag. 95.

Pag. 234. editt. Ferrariensibus August. Carnerii anni 1475. addatur:

C. JULII HYGINI Poeticon Astronomicum.

*Ad calcem hi versus leguntur*:

Sidera cum causis cęlo translata sub alto
Scire cupit quisquis perlegat iginium (*sic*):
Hunc Augustinus Bernardi impressit alumnus
Dum pius alcides regna secunda tenet:
Roma suos spectet: venetumq; potentia libros
Hos Augustini nobile vincit opus

M°. CCCC° LXXIIII°.

Editio inter rariores merito numeranda, rotundo charact. impressa, *absque signaturis*, uti notat Laerius in suo Indice, tom. II. pag. 264., qui tamen errat in anno editionis, cum iterato dicens 1474., cum omnino sit 1475. uti demonstrat accurata edit. descriptio cl. Maff. Pinellii, quae legitur in Biblioth. Port. par. II. pag. 124. & evidentius adhuc ostendit manuscripta ejusd. descript. ab Excellentiss. D. Cassani Serrae, ejusdem possessore, ad Can. Alb. Devoti missa, & nobiscum communicata: in qua praeterea legitur & titulus Epist. Auctoris ad quemdam M. Fabium, qui talis est:

HYGINUS. M. FABIO. PLURIMAM.
SALUTEM.

quae Epist. ad Fabium in edit. Ven. anni 1485., quam prae manibus habeo, nullum specialem titulum gerit. Haec tamen caelestibus figuris eleganter delineatis, & ligno affabre insculptis, ornata est, quibus haec Ferrar. caret; in qua tamen opportuna spatia vacua, pro iis capiendis, suis locis relicta sunt.

Pag. 237. n. III. *P. Ovidii* &c. Ad fin. art. adde: Desideratur rariss. haec edit. in Biblioth. Port. Vid. par. II. pag. 138.

Peg. 241. *Senecae Tragoediae*. Confer quae de hac edit. notat cl. Maph. Pinelli in Bibl. Port. par. II. pag. 156.

Pag. 249. post n. V. adde:

„ ANT. TROMBETTAE, ord. Min. Quaestiones Metaphisic.
„ Ferrariae, 1492. fol.

Ex Catal. Biblioth. Nic. de Rossi, pag. 57.

Pag. 251. lin. 7. a calce, 1224. Corr. 224.

Pag. 254. post. Hug. Bencium adde:

„ DE

„ DE LYRA NICOLAI. Postilla super Evangelia quadrag. cum „ quaest. *Ant. Betontini*. 4°. Ferrariae typ. Laurentii de Rubeis „ 1499. *Vid. pag.* 245.

Ex Catal. Car. Baduel, Perusiae 1792. pag. CII.

Pag. 256. n. III. *Benvenuti Grassi*, &c. Ad fin. art. adde: *circa ann.* 1475., uti notat Cl. Morellius, tom. V. pag. 296.

Ibid. adde:

## FIVIZANI.

IUVENALIS Satyrae, a quodam typogr. de Fivizano impressae: de quibus confer, quae annotantur in Biblioth. Port. par. II. pag. 173.

Pag. 260. Ad finem notae (1) adde: desideratur pulchra, & completissima haec editio in Biblioth. Port. Vid. par. II. pag. 83. Ibid. citatur edit. quaedam Florent. Virgilii cum Comment. Servii 1472. qui tamen error deinde emendatur sub artic. *Servii* pag. 313.

Pag. 265. n. IV. lin. 18. *Edit. Ven.* 1482. Adde: Citatur haec edit. in Biblioth. Port. pag. 171. hisce verbis: *Cum Comment. Britannici, a B. Fontio*: qui Britannici Commen. in exemplo Casanat. nulli sunt; ni forte haec edit. alia sit a Casanat.

Pag. 273. n. III. *C. Plinii Secundi*, &c. Ad fin art. adde: Refertur haec edit. in ead. Biblioth. part. II. pag. 280. Pag. autem praec. legitur descriptio antiquioris edit. hujus operis mihi prorsus ignota; nimirum, DE VIRIS ILLUSTRI- „ BUS, in 4. sine anni nota: Porta questo titolo: *Sexti Aurelii Victoris Liber* „ *virorum illustrium, vel ut aliis videtur, Tranquilli Suetonii de praeclaris Ro-* „ *manorum gestis*. In fine dell' opera sta scritto: SIXTUS RUESINGER. Ediz. „ singolare ed unica del Secolo XV. che abbia il vero nome dell' Autore. Dalla „ rozza maniera, &c.

Tria hujus edit. exempla hactenus in manibus nostris versata sunt, quorum nullum, descriptionem, quam tradunt Biblioth. Port. Auctores referre, observare mihi contigit. Quamobrem aut exemplum horum Bibliographorum, in detegendis editionibus hucusque ignotis apprime felicium, est ex alia editione a nemine antea visa, aut in eorum descriptione duo vel tres gravissimi errores occurrunt. Vt ita suspicer, me impellit auctoritas cl. Jac. Morellii, cujus descriptio singulis exemplis a me visis perfecte conformis est. En quomodo loquatur accuratissimus hic Bibliogr. tom. II. Catal. Pinell. n. 2650.

„ SEX. AURELII Victoris De Viris illustribus vrbis Romae. „ Sexti Rufi Libellus de Historia Romana. *Absque loci & anni nota,* „ *per Sixtum Ruesinger, in* 4°.

„ *Exemplar nitidissimum*.

„ Libellus prior titulo prorsus caret, in fine posterioris haec sunt: Sexti Russi: „ Viri Consularis Valentiano Augusto de historia: Ro: Libellus finit. SIXTUS. „ RUESINGER. Hunc typographiam *Neapoli* exercere consuevisse jam constat „.

Pag. 274. Ad calcem n. IV. & V. adde: Refertur edit. in Bibl. Port. par. II. prima pag. 222., secunda pag. 44.

Pag. 276. n. X. *Corn. Celsi*. Ad. fin. art. adde: Refertur edit. in ead. Biblioth. par. ead. pag. 118.

Pag. 279. *Biblia Latina*. Adde: Refertur haec edit. in ead. Biblioth. par. I. pag. 252. Libentius autem memoratam vidissem editionem Psalterii, quae describitur pag. 280. quamque prae manibus habui, quam horum Bibliorum edit. cujus nulla apud cl. Fossium mentio; apud quem tamen desideratur quoque editio nostri Psalterii: quod tamen mirum esse non debet.

Pag. 280. n. VI. *P. Papinii Statii Sylvae*. Ad fin. art. adde: Nil omnino tangitur de hac. edit. in ead. Biblioth. Vid. par. II. pag. 208.

Pag. 282. n. I. *Val. Flacci* &c. Adde: citatur edit. in Biblioth. port. par. II. pag. 202. *sine anno*, sicuti citatur ab Orlandio. Vid. quae de ead. annotantur loco laud.

Pag. 290. n. II. *Christoph. Landini in* Q. HORATII FLACCI &c. de hac edit. (si tamen eadem est) par. II. Biblioth. Port. pag. 95. haec leguntur: *a Christ. Landino, cum Acronis Commentariis. fol. Florentiae, Ant. Miscominus* 1482. de Acronis Comment. nil omnino tetigit cl. Jacob. Morellius, qui edit. refert tom. II. Biblioth. Pinell. pag. 325. Ego quoque frustra alterius Auctoris praeter Landini Comment. in edit. quaesivi. Quamobrem necesse est & hanc edit. Biblioth. Port. hucusque ignotam bibliographis omnibus fuisse.

Pag. 295. n. I. *Giliberti* &c. ad fin. art. adde: Refertur edit. in ead. Port. Biblioth. par. I. pag. 385.

Pag. 297. I. *Martyrolog. Usuardi*. ad fin. art. adde: Refertur edit. in ead. Bibl. par. I. pag. 425.

Pag. 304. n. VII. *P. Virg.* &c. ad fin. art. adde: Non comparet haec edit. in ead. Biblioth. Vid. par. II. pag. 84. 85.

Pag. 308. n. VII. *Homeri* &c. ad fin. art. adde: Haec est prima editio quae refertur in Biblioth. Port., parte I. pag. 1.

Pag. 313. lin. 8. *qua*, corr. quae.

Pag. 321. post n. XII. addantur seqq. duae.

„ JACOBI SOLDI Insigne opus de Epidemia. 4°. Florentiae 1490.

Maettarius, tom. 1. pag. 530. ex Orlandio.

„ La rappresentazione di Abramo quando Iddio gli comandò,
„ che gli facesse sacrifizio in sul monte di Isaac suo figliuolo....
*Ad calcem legitur*:
„ Qui e finita la festa da Bramo, composta per Feo Belcari cipta-
„ dino Fiorentino, A dì Primo Daprile Nel mille quatrocéto No-
„ vanta: infirenza. (1)

*Italicis octostichis opus constat* (inquit Fossius tom. I. Catal. Magliabech. col. 275. seq.) *ac decem foliis absolvitur, cum signatura a* &c.

Pag. 323. lin. 15. *quod ex duobus*, &c. sic corrige: quod duos duernos, sex quaternos, & sex ternos exhibet, qui efficiunt &c.

Pag. 337. cum editt. L. de Morgianis & *Socii* conjungatur sequens.

Libro da compagnia, o, vero
di fraternita di battuti.
*In calce*:
Impressum Florentie per presbiterum Lau
rentiũ de Morgianis. Et Johãnez de Magũ

(1) Formam libelli omisit Fossius.

tia.

tia . XVII. Februarii . MLXXXXIII. (*sic*)
(*in* 4°.)

Charact. semigoth. grandior, valde pulcher, cum solis signaturis, quae pertinent ab *a* usque ad *n ii*. omnesque scapi, ultimo excepto, quaterni sunt. Rubricae sunt sermone Italo, earumque character ruber est, & minor charact. operis. Quatuor figuris ligno insculptis ornatur, quarum prima, quae libri frontem ornat, repraesentat societatem *Vapulantium* processionaliter incedentium; aliae, &c. Exst. apud Can. Devoti.

Pag. 342. n. IX. *Anthologia* &c. Ad fin. art. adde: Edit. refertur in Biblioth. Port. par. I. pag. 83: quod idem dicimus de caeteris edit. Graecis in nostro Specimine descriptis, quae & ipsae opportunis locis referuntur in eadem Biblioth. par. eadem. Cum his autem brevitatis gratia conjungimus edit. Flor. Architect. *Vitruvii* &c. 1496. quae & ipsa refertur in ead. Biblioth. par. II. pag. 106.

Pag. 357. not. (1) col. 2. lin. 2. *instar oculi*, Adde: exhibet; idem versum, aliaque tria, indices totius operis continent.

A signatura *aa* usque ad signat. *aaa* corrigendi sunt numeri paginis adscripti, nempe loco 365. ponendus est 361., loco 366. 362. & sic deinceps usque ad 369.

Pag. 368. lin. 7. *ipsa*. corr. ipso.

Pag. 377. post. n. XXI. adde:

„ Vita del B. Giovanni Colombini, composta per FEO BELCARI
„ & mandata al magnifico uomo Giovanni di Cosimo de Medici.
„ *Accedunt breves aliorum Iesuatorum vitae, ejusdem Fei*. Ad calcem
„ totius vol. FINIS. DEO GRATIAS. AMEN. LODATO SIA
„ JESV CHRISTO. FINIT PER ME NICOLAUM FIORENTIE.
„ (in 4°. cum signaturis a — o).

Fossius tom. I. Catal. Codd. Saec. XV. impress. Biblioth. Magliabech. col. 274.

Pag. 380. n. II. lin. 7. *quas*, corr. quae

Pag. 384. post n. VII. adde:

Quae opera cõntinentur in hoc volumine

Opus preclarissimum Petripauli Vergerii

Justinopolitani de ingenuis moribus

Basilii viri Eruditissimi & Sanctissimi Opus divinum

Leonardi Aretini ex xenophonte traductio de Tyrannide

De liberis educandis Plutarchi opus

Hieronymi Presbiteri (*sic*) de officiis liberorum erga parentes brevis admonitio.

*Ad calcem ult. fol. recti*:

Impressa floren
tie per Fcõ (*sic*)
Dini flo
renti
no

(*In* 4°)

Editio est charact. Rom. eleganti, sine numeris, custodibus, & registro, sed cum signaturis, quae pertinent ab *a* usque ad *l. v.* omnesque scapi, ultimo excepto, quaterni sunt. Accessit noviss. Biblioth. Casanat.

Pag. 392. lin. 5. *usque*, Adde, *ad*.

Ibid. lin. 14. post vocab. *quemquam*, Adde, *ex iis quos consului*.

Ibid. not. (1) col. 2. lin. 1. *eadem*, corr. eodem.

Pag. 398. 399. ad utriusq. marg. loco *Florentiae*, substitue, Fulginei.

Pag. 400. n. II. *Jo. Annii* &c. Ad finem art. adde: Mirum videri debet Maurum Boni, famosissimum nostri temporis bibliographum, cui fortuna, industria comitante, dedit (ut ipse de se aliquoties testatur), praeclarissimas quasdam editiones ante se nemini notas ab oblivionis tenebris vindicare, adeo subinde in suae Tabulae (*Quadro*) Critico-typographicae constructione, circa praesentem Jo. Annii Januensem editionem, quae luculentissime describitur in duobus a nobis laudatis fontibus, & utcumque etiam in antiquioribus quibusdam bibliographiae libris indicatur, omni non bibliographiae modo, sed & sanae critices lumine destitui potuisse, ut non solum illam penitus se ignorasse apertissime demonstret, sed, quod fidem omnem superat, praeter Nic. Auximatis Supplementum, nullum alium librum in urbe Genua impressum fuisse, asserere non dubitarit.

„ E' *notabile* (inquit pag. 63.) che non si trova altro libro impresso in Genova
„ nel Secolo XV. e che il Moravo ivi non si fermò; ma portò i suoi torchj a
„ Napoli, dove nel 1475. e segg. diede molte belle edizioni. Ora qual fu il
„ motivo di questa subita partenza? Sembra incredibile, che in una Città, in cui
„ fioriva il commercio, non siasi protetta dal Pubblico la nuova Arte. Ma un
„ Documento scoperto dal P. Laire ne dà la spiegazione: *Vid. Index Librorum*
„ *Saec. XV. Tom. I. pag.* 326. Esiste, dic'egli, (1) nell'Archivio di una delle princi-
„ pali Famiglie Patrizie di Genova, un Memoriale diretto al Senato dal corpo
„ dei Copisti della Città, segnato l'anno 1474. in cui si supplica, che siano
„ cacciati da tutto lo Stato della Repubblica gli Stampatori nuovamente venutivi,
„ perchè essi non abbiano a perire dalla fame „.

Literatus Genuensis, quem suppresso nomine citat Laerius, longe magis favisset causae Mauri Boni, si Laerio narrasset, se scire in archivis domus patritiae Genuensis exstare non supplicem tantum libellum Genuensium amanuensium, sed & rescriptum favore eorumdem. Melius etiam eidem favisset, si narrasset, se scire cum supplicem libellum tum rescriptum originale exstare non in archivis privatae domus, sed in archivis Senatus, quomodo in archivis Senatus Veneti exstant monumenta favore Joannis Spirensis. Quis est deinde hic literatus Genuensis, cum quo locutus est Laerius? Quae est haec patricia domus, in cujus archivis exstat hic supplex libellus? Aërea ejusmodi monumenta, circumstantiis omnibus, quae eorum sinceritatem demonstrant, destituta, nil omnino probant: a cyclicis enim scriptoribus, inanis gloriae captandae gratia, facile confingi possunt. Legere velit M. Boni quae de Genuensi editione hujus opusculi Jo. Annii memoriae prodidere doctissimi PP. Quetif & Echard, & cl. Mer-



(1) Non id dicit Laerius, sed a Literato Januensi id sibi narratum fuisse scribit.

Mercier, locis in nostro Specimine laudatis, & intelliget, nil inconsideratius se scribere potuisse, quam unum tantum librum in urbe Genua Saec. XV. impressum fuisse, & quam longe a sanioris critices regulis recesserit, suum hunc errorem inanibus L. verbis stabilire tentando.

Quid quod non ita pridem alius litterato orbi patefactus est libellus, & ipse verisimillime in urbe Genua excusus, non quidem post Supplementum Pisanellae, ut libellus Annii, sed ante ipsum, sive anno 1473. Accurata ejus descriptio legitur *nelle Notitie Letterarie*, quae Mediolani a Cajetano Motta vulgantur, vol. XV. n. 4. pag. 13. & seq. Anonymus, & doctus ejus descriptionis Author hunc ipsi praeposuit titulum: *Lettera di N.N. ad un suo Amico intorno ad un picciol libretto, che si può con molta ragione credere stampato in Genova nel* 1473. „ Non ci ha „ (sic idem scriptor non longe ab initio) data alcuna, nè registro, nè chiamata ... „ Il carattere è tondo, ma poco elegantemente ordinato, e l' ortografia v' è total- „ mente negletta. Egli è poi dettato parte in volgare, parte in latino, e sembra „ quasi fatto a guisa d' Almanacco. Il volgare è rozzo oltremodo, e assaissimo „ si accosta al Genovese. Anzi pressochè tutta l' operetta pare scritta in Geno- „ va, e ad uso de' Genovesi. Incomincia come segue: *La razone de la Pascate* „ *de la Luna: e delle Feste. MCCCCLXXIIII. la pasca sera a di X. aprile*, e così „ va parlando delle altre Pasque sino all' anno MCCCCC. Poi continua: „ *MCCCCsettantaquattro lo meise di Genuario di trentuno. La luna sara a li* „ *XVIII. e a ore VIII.* &c. „ Refert deinde idem scriptor in sua Epist. totum primum paragraphum tertiae paginae libelli, qui Latinus est, & potissimum versatur in exponendis laudibus Jacobi de Braccellis olim Cancell. Genuensis. Verum quum ad hanc diem, qua haec scribimus, ejusinodi descriptionem ad manus M. Boni aliorumque litteratorum, Venetorum praesertim, pervenisse non dubitem, ab aliis excerptis ex eadem recitandis, abstinere satius duco, ne actum agere videar.

Pag. 401. lin. 7. a calce: *impresse*, corr. impressae.

Pag. 407. lin. 44. *factum*, corr. factis.

# MANTISSA

## EXHIBENS TRES EDITIUNCULAS VALDE RARAS AD HOC PRIMUM VOLUMEN PERTINENTES NOVISSIME DETECTAS

## A CL. P. AMORETTI

## IN BIBLIOTH. CORSINIANA.

### I.

Fabula Tancredi ex BOCCATIO in
latinũ verſa a philippo. beroaldo
(*in* 4°.) *sine loci & anni nota*.

Praecedit Beroaldi Epigramma 18. versuum ad Annibalem Bentivolum, quo opusculum ipsi dicat, cujusque haec est inscriptio:

Ad Magnificũ Anibalẽ benti-
volũ philippi beroaldi carmen

Eodem carminis genere, Elegiaci scilicet, constat ipsum opusculum, quod sex occupat folia, non integra tamen; desinit enim sexto recto his verbis:

Di-

norati esse pervetusta exemplaria demonstrarent. Quoniã uero ple- FLOREN-
rosq; iuvat ma- TIA.
nu propria suoq; more græca interponere: eaq; ĩ antiquis codicibus
ppauca sunt:
& accentus quidẽ difficillime imprimendo notari possunt: relinquen-
dum ad id spa-
tia duxit. Sed cum apud homines perfectum nihil sit: satis uideri
cuiq; debebit: si
hi libri (quod uehementer optamus) præ aliis emendati reperientur.

ABSOLVTVM OPVS NONIS OCTOBRIBVS
MCCCCLXXII. FLORENTIAE.

Ejusmodi subscriptio terminat ultimum folium rectum, totumque adeo volumen. Ad calcem Aeneidos charactere majusculo sic legitur:

Seruii Honorati Mauri in aeneidis
libros explanatio finit.

Et interposito spatio:

Eiusdem ad aquilinum de natura syl
labarum libellus incipit.
*Qui libellus quinque tantum occupat paginas.*

Diu dubitavi, num in hac praeclara editione cum Servii Commentariis conjunctus fuisset & Virgilii contextus, propter gravissimorum Bibliographorum auctoritatem, qui editionem hisce fere verbis enuntiant: *Virgilii opera* (*Bucol. Georg. Aen.*) *cum Comment. Servii*, &c., uti habent Orlandius ac Maettarius; & *Virgile avec le Commentaire de Servius*, uti legitur in Diario Eruditorum anni 1762. *Juin* p. 1134., & *dans le Supplement à l'Histoire de l'Imprimerie de Prosp. Marchand*, pag. 50. & 215., aliisque in libris (1). Cl. Maettarius, qui pag. 320. novae editionis suorum Annalium librum hunc inter eos ponit, quos post primam editionem videre sibi contigit, aut perfunctorie nimis volumen observavit, aut, quod verisimilius puto, Orlandium bona fide sequutus est, ejusque erratum alterum, nimirum, quod *in principio post Praefationem ad Lectorem* legatur prima subscriptio, *Florentiae VII. Idus Novembres MCCCCLXXI. Bernardus*, &c. in suum opus derivavit; cum ejusmodi subscriptio, non *in principio post praefationem*, (quae nulla est) sed ad calcem primae partis voluminis, sive Commentarii in Bucolica occurrat. Dubium omne tandem sustulerunt duo editionis exempla, quae mihi videre contigit; tum accurata ejusdem notitia ab Ang. M. Bandinio tradita in *Specimine Literaturae Florentinae Saec. XV.* tom. II. pag. 190. & seq. Hic enim cl. vir in primis editionem non titulo *operum Virgilii*, uti plurimi Biblio-

 gra-

(1) En quid de editione scribat Mannius pag. 8. *del primo Divolgamento de' libri in Firenze: E quello che fu viepiù universal benefizio, nella varietà delle lezioni, con che andava per le mani Virgilio, non avendosi noi il Laurenziano, se ne vide da loro stabilire dottamente una lezione buona, e mettere sotto il torchio il gran Poeta il dì 7. di Novembre dell'anno stesso* 1471. Quis, hisce auditis, non sibi persuadeat magni Poetae opera reipsa hoc anno 1471. Florentiae praelo supposita fuisse?

FLORENTIAE. graphi, sed *Commentarii Servii in Virgilium* designat; deinde expresse notat, primam subscriptionem legi, *post Bucolicum carmen*; secundam, *post Georgica*; tertiam, in fine *Aeneidos*; & unamquamque ex ipsis integre scrupuloseque in medium profert. De errore porro quorumdam Bibliographorum, qui sicuti praesentem Servii editionem referunt, quasi & Poetae textum contineret, ita & eodem modo loquuntur de praeclara editione Romana per Udal. Han, quaedam jam annotavi in Catalogo Rom. Editionum Saec. XV. pag. 70. ad quorum complementum dico, non Romanam solum, & praesentem Florentinam, sed & duas Venetas, & Ferrariensem (si tamen ea unquam exstitit) hujus ipsius anni, omni Poetae textu carere (1).

Ex alterutra ex duabus prioribus subscriptionibus & fortasse ex utraque liquet typographiam ante annum 1472. Florentiae, non aliunde advectam, sed ab hominibus ejusdem urbis excogitatam, jam viguisse; & idcirco, (quod notat Bandinius) minus recte a Maettario initium imprimendi Florentiae alligatum fuisse anno 1472. Porro cum cl. Annalista non semel, sed ter quaterve artis inventorem *Bernardinum* vocet, uti & duobus in locis vocatur ab Orlandio, in suspicionem adducor, editionis descriptionem ab ipso adductam, non ex ipso libro erutam, sed vel ex Orlandio, vel aliquo alio minus accurato scriptore fuisse descriptam.

Dicebam, *fortasse ex utraque* ex duabus prioribus subscriptionibus liquere ante annum 1472. typographiam Florentiae incepisse: utraque enim subscriptio annum 1471. demonstrat: non una tamen ratio suadet in secunda errorem inesse, & loco 1471. legendum esse 1472. Neque enim verisimile est typographos a Georgicis, quae sunt secunda operis pars, imprimendi initium facere voluisse, & in imprimendis Bucolicis, quae sunt minima voluminis pars, plus temporis impendisse, quam in excudenda Aeneide, quae longe major est. Deinde Bucolica vocantur *Volumen primum*; Georgica & Aeneis simpliciter designantur, & neque *primi*, neque *secundi* voluminis titulo notantur. A die VII. Iduum Novembrium 1471. ad diem V. Iduum Januarii anni 1472. congruum & sufficiens tempus effluxit ad impressionem Georgicorum; & a V. Iduum Januarii usque ad nonas Octobres, sufficiens temporis spatium pro impressione Aeneidorum, & tractatuli ad Aquilinum, & hisce temporum intervallis has duas voluminis partes excusas fuisse longe credibilissimum est. Exst. in Angelica, & apud Can. Devoti.

Editionis character Romanus est, & pulcherrimus. Numeris, custodibus, & registro caret. Bucolicorum folia impressa 20., Georgic. 35., Aeneidos 130.

## IV.

„ Il Philocolo (di Messer GIO. BOCCACCI). Nel fine leggesi:
„ *Magister Iovannes Petri de Magontia scripsit hoc opus Florentiae die*
„ XII. *Novembris* MCCCCLXXII. *in foglio*.

*Ex Catalogo Libror. Italicor. Latinor. &c. per triginta annorum spatium Liburni collect.* ibid. edito 1756. pag. 92. seq. Ad quam editionem haec notat eruditus ejus Catal. Auctor (2). *Questa non è solamente la prima edizione di quest' opera, ma probabilmente uno de' primi libri stampati in Firenze, dove comunemente credeasi avesse l' uso della stampa avuto il suo principio nel 1476. Si giudica talmente raro, che forse senza impostura questo è l' unico esemplare, che di questa edizione presentemente ritrovisi.*

O

(1) Antiquior edit. Comment. Servii, quae Poetae textum conjunctum habeat, quam hactenus mihi videre licuerit, Veneta est, anni 1484. per Thomam de Alexandria.

(2) Bonaventura Giovenazzi, patria Placentinus.

„ Un bell'esemplare di questa rarissima Edizione Principe di IV. Tragedie d'Euripide si osserva nella Corsiniana. Il dritto del primo foglio è bianco, a tergo principia il foglio coll'Alfabeto Greco in caratteri majuscoli, nella linea seguente vi sono i sei Dittonghi Greci, pure in lettere majuscole, e li quattro Jota ascritti: ΑΙ. ΗΙ. ΩΙ. ΥΙ. segue: FLORENTIAE.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΜΗΔΕΙΑΣ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

„ e questo argomento occupa tutto il foglio e la metà del seguente: appresso son notati i Personaggi della Tragedia, che comincia a tergo del foglio:

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΜΗΔΕΙΑ

„ e segue il testo, e poi le altre Tragedie che sono III. cioè

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ, ΑΛΚΗΣΤΙΣ, e ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ;

„ non vi sono Scolj, ed a ciascuna tragedia precedono l'argomento ed i nomi de' Personaggi della medesima. L'ultimo foglio a tergo termina con:

ΤΕΛΟΣ ΕΥΡΙ<br>ΠΙΔΟΥ<br>ΑΝ<br>ΔΡΟΜΑ<br>Χ<br>Η<br>Σ

„ Il libro è in 4°. Non ha data veruna, nè numeri, nè registro, nè richiami; vi sono le segnature, e precisamente in queste lettere: Α Β Γ Δ Ε f Η Θ Ι Κ Κ Λ Ν, sono tutti quaderni salvo N. (1), che è foglio unico col suo corrispondente. Il tutto espresso in bene intesi caratteri Greci majuscoli; ma i titoli degli argomenti, delle Tragedie, ed il fine delle medesime sono di un carattere pur majuscolo, ma più grande; e dove si richiedono si vedono sovrapposti gli Spiriti e gli Accenti, come osservò anche il Maittaire.

II.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΚΥ<br>ΡΗΝΑΙΟΥ ΥΜΝΟΙ.

„ Segue l'Inno sopra Giove, pur in carattere majuscolo, ma più piccolo, e così gli altri cinque appresso: a tergo dell'ultimo foglio v'è un'Epigramma del Lascaris in Greco sopra Callimaco; sono tre quaderni colle segnature Α, Β, Γ. Vengono appresso gli Scolj con nuova segnatura Α

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ ΤΩΝ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΥΜΝΩΝ.<br>ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΟΣ.

(1) Loco N. Fossius scribit M., quae signatura in edit. deest.

„ e

FLOREN- „ e sono in carattere minuscolo, ed occupano il terno della segnatura A, e il
TIAE. „ duerno B, l'ultimo foglio a tergo è bianco: non v'è data di sorta alcuna
„ nè dopo gl'Inni, nè dopo questi Scolj, ed è in 4°. picc. Il carattere degli
„ Scolj pare quello, col quale sono stampati gli Scolj dell'Apollonio Rodio,
„ come il majuscolo degl'Inni quello del testo dello stesso Apollonio. Essendosi
„ confrontate con qualche diligenza le quattro celebri edizioni stampate in let-
„ tere majuscole, cioè l'*Antologia*, l'*Apollonio*, l'*Euripide*, e il *Callimaco*,
„ (non ho avuto anche la sorte di vedere il Museo) ho trovato assomigliarsi
„ perfettamente i caratteri; e soltanto quelli dell'Antologia sono più nitidi, for-
„ se perchè ivi la prima volta, cioè nel 1494., furono adoprati; laonde pen-
„ so non esservi che apporre a quanto scrive il Maittaire colla solita sua cir-
„ conspezione, che queste famose edizioni procurate da Giovanni Lascaris,
„ riconoscano lo stesso luogo e stampatore, e siano venute alla luce non
„ molto tempo dopo l'una dall'altra: *A vero tamen longissime non forsan
„ aberro, si ibidem* (Firenze) *& ab eadem officina* (di Lorenzo di Francesco
„ d'Alopa Veneziano) *censeam omnes exiisse* . . . . . . . . . *Omnes certe non
„ longo temporis spatio inter se distare conjicio* . . . . . *Dubitandi non locus est,
„ quin omnium Editionibus præfuerit Lascaris primus hoc charactere utendi hor-
„ tator* „. (Annal. Typ. Edit. II. T. I. P. I. pag. 105.) Tornando alla descrit-
„ ta edizione di Callimaco, è ediz. Principe, di rarità estrema, e sta nella Cor-
„ siniana, per cui da un nostro Cavaliere, del pari amantissimo che ricchissimo
„ di Prime Edizioni, fu offerto un cambio d'altri libri di un valore eccedente;
„ ma non era museo da cui si potesse trarre gioja tanto rara e preziosa.

## III.

„ GNOMÆ Monostichoi, quas græcum alphabetum & argumen-
„ ta earumdem præcedunt. = MVSÆI Poema de *Hero & Lean-
„ dro iisd. typis in* 4°.

Haec Fossius tom. I. col. 130. sui Catal. Magliabech., quae etsi instituto nostro sufficere possent, non inutile tamen, existimamus ea, quae antea de utroque opusculo scripserat cl. Maettarius, in nova suorum Annalium edit., hic ante oculos Lect. sistere. Et primo, pag. 101., ubi de libris Graecis, capitalibus literis, Florentiae excusis agit, haec habet: GNOMAE *Monostichoi ex diversis Poetis secundum ordinem Alphabeticum: & Poematium* MVSAEI. Pag. autem 70. ipsum MVSAEI poematium Gr. & Lat. ab Aldo Venetiis impressum, primum fuisse suorum in typographia laborum specimen, scripserat his verbis: „ Quod ALDVS
„ primum emisit suorum in Typographia laborum specimen, fuit Poemation
„ MVSAEI, de Herone, & Leandro Graece & Latine in 4°. Huic quidem an-
„ nus non adjicitur, sed dubitare, quin Aristoteli (cujus volumen primum an-
„ no 1495. excusum est) praeiverit, non patitur Aldi Epistola „ quam integram ibidem affert clariss. Annalista. Graecum hujus Poematii textum, qui inter illustriora Jo. Baptistae de Vicecomitibus monumenta computabatur, propriis ego oculis vidi superioribus annis, eodemque prorsus charactere ac Aristotelem anni 1495. impressum fuisse animadverti. Dubitant vero eruditi, cuinam ex duabus editionibus principatus adscribendus sit: *Duae sunt antiquiss. Musaei editiones* (inquit Comes Rewischi pag. 41. sui Catal.) *sine nota anni. Altera Aldina gr. lat. Venetiis 4°. altera literis quadratis sine loci & typographi nomine. Disputatur quaenam harum sit prima*.

IV.

Discite nunc iuvenes: qui iam cepistis amare:
Quot gemitus prestet. quot mala sevuus(*sic*) amor.

FINIS.

Omni subscriptione caret; solisque signaturis a. i a ii. a. 3 instruitur. (1)

II.

PHILIPI (*sic*) BEROALDI bononiēsis nuptie (*sic*) bentivoloꝝ (*in* 4°) *sine loco & anno*.

Recitatus titulus occurrit primo folio verso circa medium; eodemque recto incipit Epistola dedicatoria Auctoris ad Maecenatem hoc titulo:

Ad Magnificū et ornatissimū viruꝫ Bartholomeū (*sic*)
chalcū Ducalē secretarium Philipi (*sic*) Beroaldi bñ epl'a.

Post ejusmodi Epistolam, & ante allatum titulum, leguntur hi versus:

Quot celelebrata fuit genialis pōpa diebus
Per totidem scripta ē hec (*sic*) mihi pompa dies.

Ad opusculi calcem leguntur headecasyllabi, quibus auctor ipsum ad suum Maecenatem mittit. Numeris & custodibus caret; solisque signaturis *a*. *a* 3. *a* v. signatur, omissa signatura tertii & quarti folii; ejusque folia decem omnino sunt.

Hujus ac praecedentis opusculi character idem est, semigoth. figurae cum nonnullis abbreviaturis; & uti videtur cl. P. Amoretti, qui utrumque in Corsin. diligenter perpendit, prodiit utrumque ex officina Hugonis de Rugeriis, qui ab anno 1473. usque ad annum 1497. Bononiae typographiam exercuit: & ratione habita Auctoris horum duorum opusculorum, materiei circa quam versantur, personarum quibus inscripta sunt, & defectus specialis alicujus editionis Saec. XV., plane non haeret cl. Bibliographus in assignando utrique eodem loco, nempe Bononia; & secundo, probabiliter anno 1487. quo celebrata fuit pompa, quam describit Beroaldus, nuptiarum Annibalis Bentivoli cum Lucretia Estensi; primo autem, forsitan antiquiori tempori. Duarum harum editionum apud Bibliographos nullum vestigium invenitur, nequidem apud cl. Fantutium in Notitiis Scriptorum Bononiensium.

III.

ANGELI POLITIANI Sylva: cui Titulus Rusticus:
in poetae hesiodi: Virgiliiqꝫ georcicon
enarratione pronuntiata.
*Ad calcem*:
Florentiae: XI. Nonas novēbres. M. cccclxxxiii.

*b b b* 2 Cen-

(1) Hoc Beroaldi Opusculum, juxta Mazzuchellium, cum aliis ejusdem Scriptoris opusculis primo impressum fuit Bononiae anno 1492. Quidquid sit de hac edit. anni 1492. quae ex Fantutio refertur in nostro Specimine, (tacito tamen hujus Fabulae nomine) certum est illud, cum duabus aliis mythicis historiis ab eodem Beroaldo ex ipso Boccaccio prosa latina versis, impressum fuisse Bononiae anno 1491. inter *Orationes & quamplures Appendiculas versuum*, ibidem impressas, a Bened. Hectoris &c. in Specimine relatas pag. 73.

Censet cl. P. Amoretti, (cui editionis notitia debetur) dubitandum non esse, quin recitata subscriptio designet annum ipsius editionis, quae fortasse omnium prima est, eaque, ad quam refertur declaratio Antonii Mischomini, quae legitur in editione anni 1491. *Iterum impressit Antonius Miscominus*; & eo magis, quod considerato hujus edit. charactere, statim apparet ad ipsum Miscomini pertinere. Numeris, custodibus, & registro caret; & 12. implet folia.

Hujus exemplaris non ita pridem a Corsiniana adquisiti pretium augent emendationes quaedam propria ipsius Politiani manu factae, quae demonstrant viros vere doctos, proprios foetus, etiam postea quam in publicam eos lucem miserunt, corrigere & expolire non erubescere.

Folio 8. verso, a linea 10. hi leguntur versus:

Convigilantq; hilares, & primæ tempora noctis
Decerpunt: molli curas abigente lyæo
Inq; uicem libantq; merũ, narrantq; fabellas,
Mutuaq; interse ludunt: tum tibia folle

Sed tertium carmen *Inque vicem* &c., obliteratum fuit, & atramento densiori curatum, vocabulum *fabellas* omnino celare. Reipsa in nova editione ante memorata non ultra occurrit ejusmodi carmen. Fol. 10. verso a lin. 15. legitur:

. . . . . . . . . . . . qdq; intermēstrua phoebe
Vel cum pura meat, vel cum decrescere rursum

Epithetum *pura* deletum fuit, ejusque loco ad marginem scriptum, *plena*; uti in recentiori edit. legitur.

Fol. 12. verso linea 17. in carmine:

Qui si certa magis indulserit otia nobis

mutatum fuit *indulserit* in *permiserit*, quod scriptum fuit ad marginem, & reperitur in nova editione.

Observavit porro laud. P. Amoretti, in conferendis characteribus mss. Politiani, quibus Corsiniana abundat, sub subscriptione Silvae, *Nutricia*, edit. Florentinae 1491. legi:

„ Absoluta est in Fesulano. VIII. Idus Octobris 1486.
*Mano propria del Poliziano conosciuta*
*bene da me Gio. Bottari*.

quibus verbis ab ipso Auctore monemur de die, quo finita fuit haec Silva.

IN.

# INDEX I.

## AUCTORES, VEL TITULOS LIBRORUM, IN HOC VOLUMINE DESCRIPTOS, COMPLECTENS. *

## A

Abucare. Vid. Mugamel.
Acciaioli Donati Expositio super L. Ethic. Arist. Florentiae 1478. fol. pag. 275.
Accursii Boni Animadv. in Caesaris Comm. Ferrariae 1474. 4. p. 233.
Achillini Alexandri de orbibus L. IV. Bononiae 1498. fol. p. 116. - Quodlibeta de Intelligentiis. Bononiae 1494. fol. p. 95. - De distribut. ac proport. motuum. Bononiae 1494. fol. p. 95.
Achillini Gio. Filoteo Epistole. (Bononiae 1500.) 4. p. 129.
*Additiones* in Jo. Capreolum. Cremonae 1497. 4. p. 227.
Aeliani. Vid. Auctores rei militaris.
Aemilii (Probi) de Vita Excell. Imperator. Brixiae 1498. fol. p. 190.
Aesopi Fabulae. Brixiae 1489. 4. p. 160. - In vitam traductio, & in eius fabulas Allegoriae Francisci del Tuppo. Aquilae 1493. fol. p. 7. - Le Fabule trad. da Facio Caffarello. Cusenciae sine an. 4. p. 219.
Alberti Jo. Michaelis de omnibus Ingeniis augende memorie. Bononiae 1491. 4. p. 77.
Alberti Leonis Baptistae de Re Aedificatoria. Florentiae 1485. fol. p. 295. - It. Florentiae 1496. 4. p. 353.
Alberti Magni Philosophia. Brixiae 1490. 4. p. 160. - It. Brixiae 1493. 4. p. 166. - Liber Secretorum. (Bononiae) 1478. 4. p. 39. - It. Bononiae 1482. 4. p. 52. - De le virtù de herbe & prede. Bologna 1494. 4. p. 99.
Albo Josephi Arbor plantata (O) p. 9.
Alburnotii Card. Aegidii Episc. Sabinen. Vid. Constitutiones Marchiae Anconit.
de Alegris Francisci Carmina quaedam (Sonetti) Bononiae 1495. 4. p. 107.
Alexandri Aphrodisei de Anima interpr. H. Donato. Brixiae 1495. 4. p. 169.
Alexandri Imolensis. Vid. Tartagni Alexandri.
Alfragani Rudimenta Astronomica. Ferrariae 1493. fol. p. 249.
Aligherii Dantis (D. Comedia). (Aesii) 1472. 4. p. 3. - It. (Fulginei) 1472. fol. p. 397. - Et col comm. di C. Landino. Firenze 1481. fol. p. 287. - It. Bressa 1487. fol. p. 157. - Convivio. Firenze 1490. 4. p. 318.
*Almanacco*. Vid. La Razone, &c.
Alphonsi Toletani Archiep. Quest. super lib. (Arist.) de anima. Florentiae 1477. fol. p. 266.
de Amicis Joannis Singularia Juris. Bononiae 1491. fol. p. 80.
de Anania Joannis Consilia. Bononiae 1481. fol. p. 46. - Super V. Decretalium. Bononiae 1479. fol. p. 40. - It. Bononiae 1497. fol. p. 115. Vid. Repertorium super lectura, &c.
de Ancarano Petri Repet. Cap. Canonum Statuta, &c. Bononiae 1474. fol. p. 30. - Et p. 33. - It. Bononiae 1493. fol. p. 91. - Repet. Cap. Postulasti, &c. Bononiae 1474. fol. p. 30.
Andreae Antonii Exposit. in artem veterem Arist. Bononiae 1481. fol. p. 48. - Tria principia secundum Scotum - Francisci de Mayronis exposit. in L. Phisyc. Arist. &c. Ferrariae 1490. 4. p. 246.
Andreae Joannis Repet. super C. de Test. Bononiae sine an. fol. p. 133. - Summa de Sponsalibus, &c. Brixiae 1492. 4. p. 164.



* *Orthographia, & menda, perinde ac in opere leguntur, in hos indices sunt relata.*

Annii Io. De futuris Christianorum triumphis in Turchos, &c. Genuae 1480. 4. p. 400.
S. Anselmi Meditat. Exst. cum D. Augustini, & alior.
*Anthologia*, Graece l. c. impr. Florentiae 1494. 4. p. 342.
S. Antonini Archiep. Florent. La Somma. Bologna 1472. 4. p. 18. - It. Tratt. Defecerunt, che insegna al Confess. &c. Firenze 1496. 4. p. 346. - It. Summula Confessionis, & decis. in foro conscientiae: Angeli de Perigliis tract. de Societatibus. Brixiae 1500. 8. p. 197. - Confessionale volgare: Omnis mortalium cura. Florentiae 1472. 4. p. 261. - It. Confess. o sia Specchio di conscientia. Bononiae 1472. p. 16. It. Confess. o sia medicina dell' Anima. Bononiae 1472. 4. p. 17. - It. Bononiae 1475. 4. p. 31. - It. Florentiae 1477. 8. p. 264. - It. (Florentiae) 1479. 8. p. 278. - It. Florentiae 1488. 4. p. 308. - It. Firenze sine an. 4. p. 375. - It. Bononiae sine an. p. 130. - Del modo di Confessare: Curam illius habe. Firenze 1481. 4. p. 285. - It. Firenze 1493. 4. p. 337. - Interrogatorio. Florentiae 1479. 8. p. 278. II.
Antonio da Siena. Vid. Bettini.
Apollonii Rhodii Argonauticon, Graece l. c. impr. Florentiae 1496. 4. p. 352.
Appiani Constantii Soliloquiorum liber. Cremonae 1496. 4. p. 224.
Apuleii (L.) Asinus Aureus cum comm. Ph. Beroaldi. Bononiae 1500. fol. p. 124.
Aquilani Joannis & Danielis Vincentini Sermones aurei quadragesimales. Brixiae 1497. 8. p. 178.
Aquinatis D. Thomae Comm. in Epist. D. Pauli. Bononiae 1481. fol. p. 48. - In II. Sentent. Bononiae 1494. fol. p. 94. - Secundum scriptum super II. Sentent. Bononiae 1494. p. 95.
Arati Phaenomena. Exst. cum Manilii.
Aretini Francisci super L. II. Decretal. Bononiae 1481. p. 48.
Aretini Leonardi de Bello Italico. Fulginei 1470. fol. p. 396. - Hist. Fiorentina trad. da D. Acciajoli. Firenze 1492. fol. p. 328.
de Arientis. Vid. Sabadino.
Aristidis, & Dionis Orat. de Concordia. Exst. cum Cleomedis. & alior.
Ariosti Alexandri Tract. de Usuris. Bononiae 1486. 4. p. 58.
Aristotelis de Moribus interpr. Jo. Argyropylo. Florencie sine an. 4. p. 379. - Propositiones universales. Bononiae 1488. 4. p. 63. - Repertorium dictorum Aristotelis, Averoys, aliorumq. Philosoph. Bononiae 1491. 4. p. 78.
de Arsochis Francisci Bucolica. Exst. cum Pulci Bernardo.
R. Ascèr II. Ordo Arbàh turim. Ferrariae 1476. fol. p. 238.
Auctores rei militaris. Frontinus, Vegetius, Aelianus, Modestus ex recogn. Ph. Beroaldi. Bononiae 1496. fol. p. 108.
Auctores de re rustica. *Columellae*, Varronis, Catonis, nec non Palladii Agricolationum opera cum comm. Ph. Beroaldi. Bononiae 1494. fol. p. 96.
Averoys Repertorium dictorum. Exst. cum Aristotelis.
S. Augustini Logica. Florentiae 1479. 8. p. 279. Meditationes, Soliloquia, & Manuale: S. Bernardi Abb. Meditat. Epist. de perfect. vitae, & Sermo de Passione Domini: S. Petri Damiani Sermo. S. Anselmi Meditat. Carmina N. Laudensis, Pii II. & Maphei Vegii: item tract. S. Vincentii de vita spirituali. Brixiae 1498. 8. p. 188. - Sermones ad heremitas. Brixiae 1486. 8. p. 154. - Sermoni. Firenze 1493. 4. p. 334. - It. (Florentiae) 1493. 4. p. 336. - Sermone della morte. (Florentiae) sine an. 4. p. 375. - Soliloquii. Firenze MLXXXXI. (1491.) 4. p. 324. - Soliloquii volgari. Firenze (O) p. 289.
Avicennae Fen tertia... quarta... & quinta. Bononiae 1482. fol. p. 50.
de Auximo Nicolai. Spiritualis Quadri-

ga. Aesii 1475. 4. p. 3. - Vid. Supplem. Pisanellae.

B

Baldi de Perusio Consiliorum Partes IV. Brixiae 1490. fol. p. 162. - Consil. tertia pars. (Brixiae) fol. 1491. p. 163. - Consil. quinta pars. Brixiae 1491. fol. p. 163. - Super Feudis. Bononiae 1495. fol. p. 107. - Lectura super 11. Par. ff. veteris. Aesii 1475. fol. p. 2.

de Bandellis Vincentii de Singulari puritate conceptionis D. N. Jesu Christi. Bononiae 1481. 4. p. 45.

de Bangio Jacobi Tract. de Censuris. Aquilae 1482. p. 5. - Septenario. Aquila 1482 4. p. 402.

Barbari Hermolai Castigationes in Plinium. Cremonae 1495. fol. p. 223. Item emendat. in P. Melam.

Barbatiae Andreae Lectura dicta Johannina. Bononiae 1475. fol. p. 33. - Lectura. Bononiae 1488. p. 63. - Lectura super tit. de Testamentis. Bononiae 1490. fol. p. 75. - Lectura super tit. de Judiciis. Bononiae 1496. fol. p. 111. - Opera. Bononiae 1472. fol. p. 19. - De Praetensionibus. Bononiae 1497. fol. p. 115. - Repet. Leg. C. de Fidei commissis. Bononiae 1492. fol. p. 83. - Repet. de fide instrum. Bononiae 1474. fol. p. 30. In tit. de Litis contest. Bononiae 1497. fol. p. 115. - In tit. de Verb. Oblig. Bononiae 1497. fol. p. 115. - In tit. de Probat. Bononiae 1497. fol. p. 115.

Bareletae, vel de Bareleta Gabrielis Quadragesimale. Brixiae 1497. 4. p. 181. - It. Brixiae 1498. 4. p. 190.

Bariani Nicolai de Monte Impietatis. Cremonae 1496. p. 225. - Causa Vitaliana de praecedentia, &c. Cremonae 1500. 4. p. 227.

Barzizii Christophori Grammat. Institut. Brixiae 1492. 4. p. 164. - De fine Orationis, &c. Brixiae 1492. p. 164.

S. Basilii Magni de Institutis Juvenum. Vid. Vergerii, & alior. - De Liberal. Studiis. Vid. Censorini, & alior.

Baudoin. Vid. Livre.

de Baveriis Baverii Consilia. Bononiae 1489. fol. p. 69.

de Bazaleriis Tiberii Quaestio de Praedic. reali. Bononiae 1496. 4. p. 110.

Beccadelli Thomae Libellus ad Hannib. Bentivolum. Bononiae 1499. p. 122.

Belcari Feo La Rappresent. di Abramo, Firenza 1490. p. 423. - Vita del B. Giovanni Colombini. (Florentiae) sine an. 4. p. 424.

Bellantii Lucii de Astrologiae veritate, &c. Florentiae 1498. fol. p. 369. 1°. - Bononiae 1495. fol. p. 413.

Bencii Ugonis Senensis Consilia medica. Bononiae 1482. fol. p. 50. - Exposit. in primam Fen I. Canonis Avicenne. Ferrariae 1491. fol. p. 246. - Super Aphorism. Hippocr. & comm. Galeni. Ferrariae 1493. fol. p. 250. - It. Ferrariae 1499. fol. p. 254.

Benigni Georgii Propheticae solutiones. Florentiae 1497. 4. p. 356. - De natura celestium spirituum. Florentiae 1499. fol. p. 370. 1°.

Benivieni Domenico Dialogo. (Florentiae) sine an. 4. p. 374. - Scala della Vita Spirituale. (Florentiae) sine an. 4. p. 378.

Benivieni Hieronimo Bucolica. Exst. cum Pulci Bernardo. - Commento sopra a più sue Canzoni, &c. Firenze 1500. fol. p. 372. 1°.

Bergomensis Jacobi Philippi de Claris Mulieribus. Ferrariae 1497. fol. p. 251. - Supplem. Chronicarum. Brixiae 1484. fol. p. 145. It. Brixiae 1485. fol. p. 147. - Et (O) p. 156. - Vita Virg. Mariae. (O) p. 250.

de Bergomo Petri Tabula super opera D. Thomae. Bononiae 1473. fol. p. 21.

Berlinghieri Francesco Geographia. Firenze sine an. fol. p. 385.

S. Bernardi Abb. Clareval. Sermones super Cantic. Cantic. Brixiae 1500. 4. p. 196. - De Imitatione Christi. Brixiae p. 416. - Meditat. & Epist. de perfect. vitae, & Sermo de Passione Dom. Exst. cum D. Augustini, & alior. - Opuscula. Brixiae 1494. 8.

p. 170. - Sermoni volgari. Firenze 1495. 4. p. 343.
Beroaldi Philippi Annotat. in Comm. Servii. Bononiae 1482. 4. p. 51. - It. Florentiae 1489. 4. p. 313. - Annotationes centum: Notationes contra Servium: Plinianae castigationes: Angeli Politiani Miscellan. Centuria I. Domitii Calderini observat. Politiani Panepistemon: Ejusdem Lamia: Beroaldi Appendix annot. Jo. Pii Annotamenta. Brixiae 1496. fol. p. 176. - Annotat. in Cicer. Philipp. Bononiae 1500. p. 124. - Annotat. in varios Auctores. Bononiae 1488. fol. p. 62. - Comm. Quaest. Tuscul. Cicer. Bononiae 1496. fol. p. 110. - Epistola cum duabus Historiis ex Boccaccio conversis. Bononiae 1492. 8. p. 83. - Heptalogos, sive septem Sapientum sententiae. Bononiae 1494. 8. p. 97. It. Bononiae 1498. 4. p. 117. Nuptiae Bentivolorum. (Bononiae 1487.) 4. p. 427. - Declamatio Ebriosi, &c. Bononiae 1499. 4. p. 121. - Declamatio Philosophi, Medici, &c. & de optimo Statu & Principe. Bononiae 1497. 4. p. 113. - Oratio Proverbiorum. Bononiae 1499. 4. p. 121. - It. Bononiae 1500. 4. p. 126. - Orationes, & Carmina. Bononiae 1491. 4. p. 78. - It. Brixiae 1497. 4. p. 181. - It. Bononiae 1500. 4. p. 125. - Opusculum de felicitate. Bononiae 1495. 4. p. 100. - It. Bononiae 1495. 4. p. 105. It. Bononiae 1499. 4. p. 120. - Pythagorae Symbola. Bononiae 1498. 4. p. 118. - It. Bononiae 1500. 4. p. 123. - Et (O) p. 114.
Betontini Antonii Quaest. Exst. cum de Lyra Nicolai.
Bettini Antonio Monte Sancto di Dio. Florentiae 1477. 4. p. 266. - It. Firenze 1491. fol. p. 322.
Biblia Hebraica. Brixiae 1494. 4. p. 167.
Biblia Latina. Florentiae 1480. fol. p. 279. - It. Brixiae 1496. 4. p. 174.
Blanchelli Menghi Tract. de primo & ultimo instanti. Ferrariae 1492. fol. p. 246.
Blondi Flavii Romae Triumphantis L. x. Brixiae 1482. fol. p. 142.
Boccacci Giovanni Il Decamerone. Florentiae 1470. p. 257. - It. Bononiae 1476. fol. p. 33. - Epistola a Pino de Rossi. Firenze 1487. 4. p. 303. - Il Filostrato. Bologna 1498. 4. p. 119. - Laberinto d' Amore, o Corbaccio. Firenze 1487. 4. p. 303. - Novella (Tancretus) in lat. transl. per L. Aretinum. Florentiae 1487. 4. p. 306. - Et per Ph. Beroaldum. (Bononiae) sine an. 4. p. 426. - Historiae duae a Ph. Beroaldo in lat. conversae. Bononiae 1492. 8. p. 83. - Il Philocolo. Florentiae 1472. fol. p. 260. - Theseida con Comento. Ferrara 1475. fol. p. 233.
Bolognini Bartholomaei Epitoma metrica in Ovidii Metamorph. Bononiae 1492. 4. p. 82.
Bolognini, vel de Bologninis Ludovici Comm. in Privileg. pro Universitate Bononiensi. Bononiae 1491. fol. p. 79. - Consiliorum P. I. Bononiae 1499. fol. p. 122. - Interpr. in Jus Civile. Bononiae 1494. fol. p. 94. - Interpretationes. Bononiae 1495. fol. p. 103. - Interpretat. Novae. Bononiae 497. fol. p. 112. Repertorium ad IV. vol. Consilior. Alex. Tartagni. Bononiae 1484. fol. p. 54. - Repetitio in §. Cato, &c. Bononiae 1490. fol. p. 74. - Repet. ad L. Qui viam. Bononiae 1492. fol. p. 84. - Repet. Rubricae ff. de rebus creditis. Bononiae 1473. p. 22. - Syllogianthon, sive Collectio florum in Jus Canon. Bononiae 1486. 4. p. 59. - It. Bononiae 1496. fol. p. 111. - Tabula in utrumque Jus. Bononiae 1495. fol. p. 107. - Textus in §. Cato. Bononiae 1480. fol. p. 44. - Tract. de indulgentiis. Bononiae 1489. fol. p. 69.
S. Bonaventurae Opuscula. Brixiae 1495. 4. p. 169. - Opuscula, & Tractatus. Brixiae 1497. 4. p. 180. - Super I. Sentent. Brixiae 1490. 4. p. 160.
de Boncompagnis Cataldini de Translatione Concilii Basileae ad civit. Fer-

rariae, &c. Exst. cum de Mattesellanis Matthaei.
Bondelmonte Hippol. Vid. Historietta.
Bonihominis Alphonsi. Vid. By. Samuel Epist.
de Boninsegni Jacopo Fiorino Bucolica. Exst. cum Pulci Bernardo.
Bonnevie. Vid. Livre.
Borro Gasparino Trionfi, Sonetti, e Rime. Brescia 1498. 4. p. 190.
Bossi Matthaei de veris ac salut. animi gaudiis. Florentiae 1491. 4. p. 326. - It. Florentiae 1492. 4. p. 332. - De instituendo sapientia animo. Bononiae 1495. 4. p. 101. - Recuperationes Fesulanae. Florentiae 1492. p. 332. - It. Bononiae 1493. fol. p. 85. - It. Bononiae 1493. 4. p. 88. - Et (O) p. 84. - Sermo in J. C. Passione. Bononiae 1495. 4. p. 102. - It. Bononiae 1495. 4. p. 106.
da Brazano Nicolò Oratione divota, &c. (Bononiae 1490.) 4. p. 415.
*Breviarium* Rom. cum Proprio O. S. Aug. Brixiae 1497. p. 185.
S. Brigida Profezie. Firenze (1478.) p. 275.
Britannici Gregorii Sermones. Brixiae 1495. 8. p. 171.
Britannici Joannis Comm. in Persii Satyras. Brixiae 1481. fol. p. 141. - Grammaticae Regulae. Brixiae 1493. 4. p. 166.
de Brixia Bonaventurae Regula musicae planae. (Brixiae) 1500. 4. p. 197.
Brixiani Vid. Theophili.
de Brucella Joannis Tract. de modo bene moriendi. Brixiae 1488. 8. p. 159. - It. Brixiae 1498. 8. p. 189.
Buccardi Pyladae Annotat. in Alex. Gramm. nugas. Brixiae 1500. p. 197. - Genealogia Deorum (Brixiae) sine an. 4. p. 202. - Grammat. Instit. Regula, &c. Brixiae 1498. p. 192. - It. Brixiae p. 204. - Breve Vocabularium. Brixiae 1498. p. 193.
Burchiello Li Sonetti. Firenze (1490.) 4. p. 320. - It. p. 394.
Burtii Nicolai Bononia illustrata. Bononiae 1493. 4. p. 94. - Elogium Bononiae. Bononiae 1498. 4. p. 119. - Epitoma Musarum, &c. Bononiae 1494. 4. p. 94. - It. Bononiae 1498. 4. p. 119. - Fax Maroniana. (O) p. 72. - Et Bononiae 1490. p. 76. - Musices Opusculum. Bononiae 1487. 4. p. 59. - Encomium Musicae. Bononiae 1489. 4. p. 72.
de Butrio Antonii Repet. Cap. Vestra, &c. Bononiae 1474. fol. p. 30.

## C

Calandri Philippi de Arithmetica. Firenze 1491. 8. p. 322.
Calderini Domitii Comm. in Persii Sat. Brixiae 1496. fol. p. 178. - Elucubrat. in Cat. Tib. & Prop. (O) p. 156. - Emendat. in Statium. (O) p. 139. - Observationes quaepiam. Exst. cum Phil. Beroaldi, & alior.
Campani Jo. Antonii Oratio. Calli 1476. 4. p. 207.
*il Can Cerbero*. Firenze 1483. p. 294.
Canis Jo. Jacobi Lib. de Tabellionibus. Bononiae 1482. 4. p. 51.
Capranica Domenico Card. Vesc. di Fermo. Vid. di Fermo Card.
Capreoli Heliae Chronica de rebus Brixianorum. (O) p. 205. - De confirmatione Christ. Fidei. Brixiae 1497. 4. p. 183.
Capreoli Joannis In Summ. D. Thomae. Cremonae 1497. 4. p. 226. - Addit. in Jo. Capreolum. Vid. Additiones.
Caracciolo Roberto Quaresimale. Firenze 1480. fol. p. 281. - It. Firenze 1491. fol. p. 323.
da Cascia Simone. Exposizione sopra Evangeli. Firenze 1496. fol. p. 353. - Et Predica di Fra Giordano.
de Castro Pauli Super I. ff. Veteris. Bononiae 1483. fol. p. 53. - Lectura super II. P. Infortiati. Ferrariae (1480.) p. 239.
Casserii Julii Hist. Anatomica. (O) p. 254.
S. Catharine de Senis Dialogus. Brixiae

1496. 8. p. 175. - Epistole. Bologna 1492. 4. p. 82. - Legenda. Firenze 1477. 4. p. 263. - Vita. Firenze 1471. p. 257.
Catonis (M.) Vid. Auctores de re rustica.
Catulli (Val.) Carmina cum comm. A. P. Lacisii. Brixiae 1486. fol. p. 153.
Cavalca Domenico La Disciplina degli Spirituali. (Florentiae) sine an. 4. p. 377. - Tratt. della S. Fede. Bologna 1489. p. 72. - Fructi della lingua. Firenze 1493. fol. p. 337. - It. Firenze sine an. 4. p. 376. - Libro di Patientia. Firenze 1490. 4. p. 317. - Il Pungilingua. Firenze (1480.) p. 281. - It. Firenze 1490. fol. p. 321. - It. Bologna 1493. 4. p. 90. - It. Firenze 1494. 4. p. 341. - Tract. contro il peccato della lingua. Firenze sine an. 4. p. 377. - Et (O) p. 261. - Specchio di Croce (sine Auct. nom.) Firenze 1490. 4. p. 315. - It. (sine Auct. nom.) Firenze 1490. 4. p. 317. - It. (sine Auct. nom.) Firenze 1493. 4. p. 335. - It. Firenze sine an. 4. 375.
Cebetis Tabula. Vid. Censorini.
Cecchi Domenico Provedigioni e Leggi della Rep. Fiorentina. (Florentiae) 1496. 8. p. 356. - Riforma di Firenze (Fiorenza) 1496. 4. p. 356.
Celsi (Cornel.) De Medicina L. VIII. ex recogn. B. Fontii, Florentiae 1478. 4. p. 276.
Celsi Maph. Vid. Maphei.
Censorini de Die Natali: Tabula Cebetis: Dialogus Luciani: Enchiridion Epicteti: Basilii (De liberal. Studiis): Plutarchi de invidia & Odio. Bononiae 1497. fol. p. 112.
Cepollae Bartholomaei Consilia Criminalia. Brixiae 1490. fol. p. 162.
de Cerchis Raphaelis Petri el Birraccino. Florentiae 1497. 4. p. 357.
Cermisoni Antonii Consilia contra egritud. Brixiae 1476. fol. p. 140.
Campharo, vel Champhora Jacobo de immortalitate animae in modum dialogi vulgariter. Cusantiae 1478. 4. p. 219. - It. Brixia 1498. 8. p. 185.
Ciceronis (M. Tull.) Epistole. (In civitate Austriae) p. 212. - Epist. ad Famil. Fulginei sine an. fol. p. 397. - De Finibus bonorum, &c. Bononiae 1499. fol. p. 122. - De Natura Deorum, &c. Bononiae 1494. fol. p. 97. - Orationes corr. Ph. Beroaldo. Bononiae 1499. fol. p. 120. - La Rhetorica nuova. Bologna 1490 4. p. 76. - La Rethorica nuova trasl. da Galeoto. (Bononiae) sine an. p. 134.
Cinzoi (Cinozi) Hieronimo Epist. all' Ab. Generale diualembrosa. Florentiae 1497. 4. p. 359. - Et Epist. a tucti i fideli, &c.
Cioni Filippo Epistola in nelle Conclusioni public. contro il P. F. H. da Ferrara. Firenze 1497. 4. p. 366.
Cioni Hieronimo Epistola in favore del Savonarola. (Florentiae) sine an. 4 p. 375.
de Clavasio Angeli Summa. Clavassii 1486. 4. p. 213.
Clomedis (Cleomedis) De contemplatione orbium excelsorum: Aristidis, & Dionis de concordia orationes: Plutarchi praecepta connubialia: eiusdemq. de virtutibus morum. Brixiae 1497. 4. p. 181.
Codri Antonii. Vid. Urcei.
Collenucii Pandulfi Pliniana defensio. Ferrariae sine an. 4. p. 254.
Colombini B. Giovanni Vita. Vid. Belcari.
Columellae (L. Jun. Mod.) Vid. Auctores de re rustica.
de Comitibus Justi La Bella Mano. Bononiae 1472. 4. p. 14.
*il Computo* della Luna. Firenze 1483. p. 294.
*Concordantiae* Bibliorum & Canonum. Bononiae 1479. p. 40. - It. Bononiae 1486. fol. p. 57.
de S. Concordio Barth. Summa Magistrutia & Pisanella appell. Florentiae 1482. p. 292.
*la Confessione* Generale. Firenze 1479. p. 278.
*de Confirmatione*, &c. Vid. Capreoli Heliae.

*Constitutiones* Marchiae Anconitanae editae per Egidium Ep. Sabin. Aesii 1473. fol. p. 1.
*Costumi*, Cambi, Monete, &c. Firenze sine an. 8. p. 385.
de Crema Francisci Singularia dicta. Bononiae 1492. fol. p. 83.
Cremonensis Gerardi Theorica Planetarum. Bononiae 1480. 4. p. 44.
Crescentio Pietro il libro della Agricoltura. Florentiae 1478. fol. p. 276.
Curtio (Q.) Historia trad. da P. Candido. Florentiae 1478. fol. p. 272.

D

Dacciesole Jacopo Libro di Giuocho da Scacchi. Firenze 1493. fol. p. 333.
Dantis Aligherii Vid. Aligherii.
Dati Augustini Elegantiolae. Ferrariae 1471. 4. p. 228. - Et Ferrariae 1475. 4. p. 237.
*Descrizione* de Magno Torniamento di M. Gio. Bentivoglio. Bologna sine an. 4. p. 414.
*Dialogus* de contemptu mundi. Acced. Epist. Ianuensium excusat. ad Barchinonenses. Cremonae 1492. 4. p. 222.
*Dialogus* de contemptu Mundi, &c. Brixiae sine an. 4. p. 201.
Diodori Siculi Histor. a Poggio traduct. Bononiae 1472. p. 18.
Diogenis (Cynici), Bruti & Yppocratis Epistolae interpr. F. Aretino. Florentiae (O) p. 301. Et Florentiae 1487. 4. p. 302. - It. Florentiae 1487. 4. p. 302.
Diogenis (Laertii) Philosoph. Vitae, &c. ex vers. A. Camaldulensis. Brixiae 1485. fol. p. 150. - It. & a B. Brognolo recogn. Bononiae 1495. fol. p. 106. - Vite de Philosophi. Firenze 1488. 4. p. 306. - It. Florentiae 1489. 4. p. 314. - It. Bologna 1494. p. 99.
Dionis (Chysost. Prusen.) (Oratio) ad Ilienses interpr. F. Philelpho. Cremonae 1492. 4. p. 222. - De Regno interpr. F. Card. de Picolhomineis. Bononiae 1493. 4. p. 84.
Dionysii (Areopag.) Opera interpr. M. Ficino. Florentiae (1496.) 4. p. 355.
Dionysii (Halicarn.) Praecepta de Oratione nuptiali, &c. Cremonae sine an. p. 228.
*Discorso* della grandezza di Dio, opera in Rime ottave, &c. Cusentiae 1478. 4. p. 219.
*Disputatio* facta in domo M. L. de Medicis. Florentiae 1489. 4. p. 311.
de Dominicis Dominici de Reformat. Rom. Curiae. Brixiae 1495. 4. p. 172.
Donati (Aelii) Grammatica. Florentiae 1476. p. 262.
Duciensis Juliani Oratio. Bononiae M. CCCC. XXXXII. (1492.) 4. p. 83. - Oratio Lugubris. (Bononiae) sine an. 4. p. 133.
Duns Joannis Scoti Quaest. super I. Sentent. (Bononiae) 1478. fol. p. 39.
Durantis Guilielmi Speculum Juris. Bononiae 1474. fol. p. 27.
Dyoscorides latine P. Paduanensis correxit. Colle 1478. fol. p. 216.

E

*Editto* del Consiglio generale Fiorentino (Florentiae) 1495. 4. p. 346.
Egidii Episc. Sabinen. Vid. Constitutiones Marchiae Anconit.
Egidii Romani. Vid. de Roma.
de Emporio Michaelis Opusculum predicabile. Florentiae 1490. 4. p. 318.
S. Ephrem Sermones interpr. A. Camaldulen. Florentiae 1481. fol. p. 285. - It. Brixiae 1490. 4. p. 161.
Epicteti Enchirid. Vid. Censorini, & alior.
*Epistola* Ianuensium excusat. ad Barchinonenses. Vid. Dialogus de contemptu mundi.
de Esculo Saladini Aromatariorum Compendium. Bononiae 1488. fol. p. 63. - It. Ferrariae 1488. fol. p. 244.
*Evangelistari* & Epistolari; Salteri per i Fanciulli, e altre cose per i Cerretani, &c. (Florentiae 1480.) p. 280.

Euripidis Tragoediae IV. Graece l. c. impr. (Florentiae) sine an. 4. p. 388.
*Examina* di Fra H. Savonarola. Vid. Savonarola.

F

de Fanciulli Bernardino Epistola. (Florentiae) 1497. 4. p. 359.
Federici Stephani de Interpret. Juris. Brixiae 1496. fol. p. 178.
Federico Vesc. di Fuligno. Vid. Frezzi.
Fenestellae de Rom. Magistrat. &c. Florentiae (1480.) p. 281.
Feretti Nicolai de elegantia linguae latinae, &c. Forlivii 1495. 4. p. 396.
di Fermo Card. (D. Capranica) Arte di ben morire. Firenze 1477. 4. p. 264. - It. (Florentiae) 1487. 4. p. 305. - It. (Florentiae) 1488. 4. p. 307. - It. Bologna 1491. 4. p. 77. - It. (Florentiae) sine an. p. 375.
Ferrariensis Ioannis de Vita Coelesti, &c. Florentiae 1494. p. 343. - Quadragesimale, ibid.
Festi (Pompei) de Verborum significatione. Brixiae 1483. fol. p. 144.
Ficini Marsilii de Christiana Religione. (Florentiae) sine an. 4. p. 370. 2°. - della Cristiana Religione (Florentiae) sine an. 4. p. 370. 2°. - Comm. in quaedam Platonis opera. Florentiae 1496. fol. p. 354. - Comm. in lib. Dionysii Areopag. p. 332. - Consilio contro la Pestilenza. Florentiae 1481. 8 p. 282. - Epistolae. Florentiae 1494. 4. p. 343. - De Sole & Lumine. Florentiae 1493. 4. p. 333. - Theologia Platonica. Florentiae 1482. fol. p. 290. - Liber de Vita. Florentiae 1489. fol. p. 312. - It. Florentiae 1499. fol. p. 372. 1°.
*Fiore de Italia*. Bologna 1490. 4. p. 75.
*Fior di Virtù*. Firenze 1483. p. 294. - It. Firenze 1489. 4. p. 314. - It. Brescia 1495. 4. p. 173. - It. Bressa 1499. 4. p. 193.
*Fioretti* mirabili & exempli .... di Mess. S. Francesco. Firenze 1489. p. 314. - It. Firenze 1497. 4. p. 367.
de Flandria Stephani Logica. Bononiae 1495. 4. p. 104. - Quaest. de Subiecto, &c. Bononiae 1497. 8. p. 115.
de Florentia Taddaei, & Benedicti de Nursia de Regimine Sanitatis. Bononiae 1477. 4. p. 36.
*Flores* Legum. Bononiae 1494. 4. p. 99.
Flori (L. Ann.) Ext. cum Iustini.
Fontii Bartholomaei Explanat. in Persium. Florentiae 1477. 4. p. 265. - Orationes, &c. (Florentiae) sine an. 4. p. 382.
Foresi Bastiano Libro chiamato ambizione. (Florentiae) sine an. 4. p. 387.
de Forlivio Jacobi super Generat. Embrionis, &c. Bononiae 1485. fol. p. 56.
*Formularium* Instrumentorum. Bononiae 1499. 4. p. 123.
*Formularium* Florentinor. contractuum. Florentiae 1483. 4. p. 295. - It. Florentiae 1488. fol. p. 310. - It. Florentiae sine an. fol. p. 384. - It. (Florentiae) sine an. fol. p. 385.
S. Francesco. Vid. Fioretti.
Franco Matteo, e Luigi Pulci Sonetti. Firenze sine an. 8. p. 394.
*Fraternita* di battuti. Vid. Libro da compagnia.
(Frezzi) Federico Vesc. di Fuligno Quatriregio. Bononiae 1494. fol. p. 98.
Frontini (Sex. Iul.) de re militari. Bononiae 1486. fol. p. 58. - It. Bononiae 1495. fol. p. 101. - It. Bononiae 1495. fol. p. 104. - Vid. Auctores rei militaris. - De Aquaeductibus. Ext. cum Vitruvii.
Fulgosi Raphaelis comm. super II. P. ff. veteris. Brixiae 1499. fol. p. 193. - Vid. de Raimundis Raphaelis.

G

Gafori Frachini Musice utriusq. cantus practica. Brixiae 1497. fol. p. 180.
Galeotti Martii Refutatio Georgii Merulae. Bononiae 1476. 4. p. 35.
Gammaro. Vid. Sclaricino.
de Garbo Dini Chirurgia, & de ponderibus. Ferrariae 1485. fol. p. 241.
Gellii (Aul.) Noct. Attic. Brixiae 1485. fol. p. 145. - It. Brixiae sine an. fol. p. 203.

de S. Georgio Benvenuti Oratio ad Maximil. Regem . Ferrariae 1493. 4. p. 250.
Geraldi Odonis Exposit. super Ethic. Arist. Brixiae 1482. fol. p. 142.
Germanici Prognosticon. Exst. cum Manilii.
Gersone Giovanni della Imitazione di Christo Jesu. Firenze 1491. 4. p. 326. - It. Firenze 1493 4. p. 335. - It. Firenze 1494. 4. p. 339. - It. Florentiae sine an. 4. p. 377. - Latine sine Auct. nomine . Brixiae 1485. p. 152. - It. Florentiae 1497. 8. p. 357.
Gersonidis. Vid. R. Levi.
Giliberti Sermones super Cantica Cantic. Florentiae 1485. fol. p. 295.
Ven. Fra Giordano Sermone. (Florentiae) 4. p. 261. - Vid. da Cascia Simone.
S. Giovanni da Capistrano Vita. Vid. Teofilo.
Giuliano. Vid. il Lamento.
S. Giusto Paladino Istoria. Bologna sine an. p. 415.
Glicini Bernardini in Triumph. Petrarchae expositio (Italice). Bononiae 1475. fol. p. 32.
*Gnomae* Monostichoi, & Musaei Poema de Hero & Leandro, Graece l. c. impr. (Florentiae) sine an. 4. p. 390.
de Gordonio Bernardi Tract. de urinis & de pulsibus. Ferrariae 1487. fol. p. 243.
Grassi Benevenuti de oculis eorumq. egritudinibus, &c. Ferrariae sine an. 4. p. 256.
Gratiani Decretorum Summarium. Bononiae 1486. fol. p. 59.
S. Gregorii Papae Moralia. Brixiae 1498. 4. p. 186. - I Morali volgarizzati. Firenze 1486. fol. p. 299. - El Dialogo. Gajeta 1488. fol. p. 206.
de S. Gregorio Joannis Antonii Rubricae Tract. Appellationum. Comi 1474. fol. p. 217.
Guarino vel Guerino Gio. Battista Regole Grammat. Firenze 1477. p. 266. - It. Florentiae 1482. p. 293. - Grammatica & opus. Cremonae 1494. 4. p. 420. - Oratio funebris in Eleanoram Aragoniam. (Ferrariae) 1493. 4. p. 249. - Praef. in Plutarchum. Brixiae 1485. 4. p. 151.
Guerino. Vid. Vita.
Guidonis, Bruni, & alior. Chirurgia. Bergomi 1498. fol. p. 11.

H

Herculani Joannis Exposit. in IV. canon. Avicennae Fen primam. Ferrariae 1489. fol. p. 244.
Herodiani Historiae interpr. A. Politiano. Bononiae 1493. fol. p. 87. - It. Bononiae 1493. 4. p. 89.
Hesiodi Theogonia ex vers. B. Mombritii. Ferrariae 1494. 4. p. 230.
S. Hieronymi de Offic. Liberor. erga Parentes. Exst. cum Vergerii, & alior. - Exst. cum Plutarchi. - Regula data ad Eustochio. Bologna 1498. 4. p. 118. - Il Devoto Transito. Firenze 1490. 4. p. 315. - It. Firenze 1492. 4. p. 332. - Vita & Epistole. Ferrara 1497. fol. p. 252.
Hippocratis Prognostica. Exst. cum Joannis Damasc. - Sententiae cum comm. Galeni interpr. L. Laurentiano. Florentiae 1494. 4. p. 340.
*Historietta* amorosa fra Lionora di Bardi, e Hippolito Bondelmonte. (Florentiae) 1471. 4. p. 257.
Homeri Opera, Graece. Florentiae 1488. fol. p. 308. - Ilias interpr. L. Vallen. Brixiae 1474. fol. p. 138. - It. (Brixiae) 1497. fol. p. 184. - It. (Brixiae) sine an. p. 202. - Odyssea interpr. R. Volaterrano. Brixiae 1497. fol. p. 185.
de Honestis Georgii Christoph. super Antidotario Mesuae, &c. Ferrariae 1488. fol. p. 243. - It. Bononiae 1488. fol. p. 64.
Horatii (Q. Fl.) Carmina. Ferrariae 1474. 8. p. 232. - Cum comm. Ch. Landini. Florentiae 1482. fol. p. 290.
Hygini (C. Jul.) Poeticon Astronomicum. Ferrariae 1475. p. 421.

I

de Janduno Jo. Quaest. in Aristot. L. Physic. Florentiae 1485. p. 298.
R. Immanuelis Mecabberod, Hebraice. Brixiae 1492. 4. p. 165.
de Imola Joannis Repet. C. cum contingat de Jureiurando. Bononiae 1493. fol. p. 91. - Repet. C. fin. extrav. de Praescript. Bononiae 1493. fol. p. 91.
Imolensis Alexandri. Vid. Tartagni.
Imolensis Ludovici Oratio. Bononiae 1494. 4. p. 100.
de Insulis Michaelis Francisci Quodlibetum de veritate Rosarii. Bononiae 1500. 8. p. 128.
S. Iohannis Chrysostomi Sermones interpr. Ch. Persona. Bononiae 1475. 4. p. 32. - Sermoni. Firenze 1479. p. 278.
Johannis Damasceni Amphorismi, & Rasis lib. de secretis cum Hippocratis prognosticis. Bononiae (1489.) 4. p. 67.
Josepho Ebreo Guerra de Giudei, &c. Firenze 1493. fol. p. 336.
S. Isidero Menore La Cronica. In Cividal de Friuli 1480. 4. p. 212. It. Aquila 1482. 4. p. 402.
*Istruzione* pel Sacerdote intorno alla Confess. Firenze 1487. 4. p. 303.
Juvenalis (J. D.) Satyrae. Brixiae 1491. fol. p. 162. It. sine an. impress. a q. typ. de Fivizano p. 422. - Cum comm. D. Calderini. Brixiae 1486. fol. p. 156. - Cum comm. Jo. Britannici. (Brixiae) sine an. p. 202.
Juvenalis & A. Persii Satyrae. Brixiae 1473. fol. p. 137. - It. Ferrariae 1474. 4. p. 231. - It. Brixiae 1475. fol. p. 415. - It. Brixiae sine an. fol. p. 199.
Justini Historiar. L. XLIV. (Bononiae) sine an. p. 132.
Justini, & Flori (Bononiae 1480.) p. 44.
Justiniani Imp. Institutiones. Ferrariae 1473. fol. p. 230.

K

Kallimachi Hymni, Graece l. c. impr. (Florentiae) sine an. 4. p. 389.

L

*Labores* Herculis. Ferrariae 1475. fol. p. 233.
Lactantii (C. C. Firm.) Opera. Bononiae 1488. fol. p. 65.
Laeti. Vid. Pomponii.
*il Lamento* di Giuliano. Firenze 1478. p. 276.
*i Lamenti* di Otranto, & altre orazioni in onore della B. Vergine. (Florentiae) 1480. p. 280.
*il Lamento* di Pisa. Florentiae 1481. p. 282.
Landino Christoforo Formulario de Epistole. Gayeta 1487. 4. p. 206. - It. Bologna. 1490. 4. p. 72. - Quaestiones Camaldulenses. (Florentiae) sine an. fol. p. 388.
Landulfi Cartusiensis Meditat. Vitae Christi, & Super Evangeliis. Brixiae 1495. 4. p. 171.
*Laude* Spirituali fatte da più Persone, e racc. da Jacopo di Luigi de Morsi. Firenze 1485. 4. p. 298.
*Laude* vechie & nuove. (Florentiae) sine an. 4. p. 391.
Laudensis N. Carmina. Exst. cum D. Augustini, & alior.
Laudivii (Zachiae) Epist. Magni Turci. Brixiae sine an. 4. p. 199.
Lazero & Marta. Vid. Libro di.
*Leggendario*, e Vita & Miracoli de S. Maurelio. Ferrariae 1489. 4. p. 244.
S. Leone Papa Sermoni trad. da Ph. Corsini. Firenze 1485. p. 296.
Leoniceni Nicolai Errores Plinii & alior. Doctor. &c. Ferrariae 1492. 4. p. 248.
Leoniceni Omniboni Grammatica. Ferrariae 1474. 4. p. 231.
R. Levi Gersonidis Comm. in Job, Rabbin. typ. (Ferrariae) 1477. 4. p. 239.
*Libro* da Compagnia. Florentiae MLXXXXIII. (1493.) 4. p. 423.
*Libro* di Lazero & Marta, &c. (Florentiae) sine an. 4. p. 383.
*Libro* di Novelle, e di ben parlare. Firenze 1482. p. 292.
*il Libro* delle Sorti. Firenze 1483. p. 294.

*Libro* di tucti Echostumi, Cambi. Monete, &c. Firenze 1481. 4. p. 286.
Libri da Compagnia. Firenze 1477. p. 266.
de Lignano D. I. Tract. de Amicitia. Bononiae 1492. fol. p. 83.
Lilii Zachariae Orbis Breviarium. Florentiae 1493. 4. p. 334. - Opuscula varia. Florentiae 1496. 4. p. 348.
*le Livre* de Baudoin Comte de Flandres. Chambery 1484. fol. p. 209.
*le Livre* de Bonnevie appellé Mandevie. Chambery 1485. 4. p. 209.
*le Livre* du Roy Modus & de la Reine Racio. Chambery 1486. fol. p. 209.
Lucani (M.Ann.) Pharsalia cum comm. O. Leoniceni. Brixiae 1486. fol. p. 154.
Luciani Opera, Graece. Florentiae 1496. fol. p. 350. - Dialogus. Vid. Censorini.
*Lucidario* Dialogo tra Maestro e Scolaro. Bologna 1482. 4. p. 51. - It. Firenze 1490. 4. p. 321. - It. (Florentiae) sine an. 4. p. 379.
Lucretii (T. C.) de rerum natura. (Brixiae) sine an. fol. p. 420.
*Lunare*, ovv. Tacuino. Firenze 1491. 4. p. 327.
de Lyra Nicolai Postilla super Evangelia. Ferrariae 1490. 4. p. 245. - It. cum Quaest. Antonii Betontini. Ferrariae 1499. 4. p. 422.

M

*Machazor* Italicum. Casale Majori 1486. 4. p. 210.
Macrobii (Aur. Theod.) Opera. Brixiae 1483. fol. p. 143. - It. Brixiae 1485. fol. p. 147.
Maimonidis. Vid. R. Mosis.
Malvitii Troyli Tract. de Canonizat. SS. Bononiae 1487. fol. p. 59.
*Mamotrectus*. Florentiae 1478. p. 275.
de Mandavilla Johanne Tratt. delle più maravegliose cose, &c. Bologna 1488. 4. p. 64. - Viaggio 1497. 4. p. 115.
Manfredi vel de Manfredis Hieronymi Centiloquium de Medicis & Infirmis. Bononiae 1483. 4. p. 53. - It. Bononiae 1488. 4. p. 65. - It. Bononiae 1489. 4. p. 72. - Liber de Homine. (Vulgo appell. il Libro del Perchè.) Bononiae 1474. fol. p. 30. - It. Bononiae 1497. fol. p. 114. Et (O) p. 19. - Tract. de Pestilentia (Italice). Bononiae 1478. 4. p. 40. - It. Bononiae (1480.) 4. p. 44. - Pronosticon. Bononiae 1479. 4. p. 41.
Manilii (M.) Astronomicon, Arati Phaenomena, & Germanici Prognosticon. Bononiae 1474. fol. p. 28.
Mantuani (Spagnoli) Baptistae Carmen de Fortuna. Bononiae sine an. 4. p. 133. - Carmen in Robertum Sanseverinatem: Somnium romanum: Carmina varia. Bononiae 1489. 4. p. 68. - Oratio in funere Ferrandi Regis. Brixiae 1496. 4. p. 176. - Parthenice: Bononiae 1488. 4. p. 62. - Et (O) p. 49. - De Patientia L. III. Brixiae 1497. 4. p. 182. . Carmen contra Poetas, &c. Et de suorum temporum Calamitatibus. Bononiae 1489. 4. p. 66. - Secunda Parthenice. Bononiae 1489. 4. p. 66. - Opera (O) p. 414.
Maphei Celsi Veronensis Suasoria, & alia. Bononiae 1494. 4. p. 92.
Marcelli (Non.) de propriet. Serm. Brixiae 1483. fol. p. 144.
Margucte piccolo. (Florentiae) sine an. p. 395.
Martialis (M. Val.) Epigrammata. Ferrariae MLXXI. (1471.) 4. p. 228.
Martii, Vid. Galeotti.
Marulli Michaelis Tarchaniotae Hymni & Epigramm. Florentiae 1497. 4. p. 358. - It. (Florentiae) sine an. 4. p. 391.
Massae Baptistae de Fructibus vescendis, &c. (Ferrariae) sine an. 4. p. 255.
Mataselani vel de Mattesellanis Matthaei Tract. super electione verioris opinionis, &c. Bononiae 1493. fol. p. 92. - Singularia dicta. (Bononiae) sine an. p. 132. - De Successione ab intestato: Petri de Ubaldis de Beneficiorum permutatione: Cataldini de Boncompagnis de Translat. Concilii Basileae ad civit. Ferrariae, &c. Bononiae 1489. fol. p. 70.

S. Maurelio. Vid. Leggendario.
Maximi Pacifici de componendo hexametro, &c. Florentiae 1485. 4. p. 298. - Hecatelegium, sive Elegiae, &c. Florentiae 1489. 4. p. 313.
de Mayronis Francisci Exposit. super L. Physic. Arist. &c. Ferrariae 1490. 4. p. 246. cum Antonii Andreae - Et (O) p. 242. - Passus super praedicamenta Arist. Bononiae 1479. 4. p. 41.
del Mazza Clemente Vita di S. Zanobi. Fiorenza 1487. 4. p. 305. - It. Firenze 1496. 4. p. 353.
Meghilloth, seu Ruth, Ecclesiast. &c. cum comm. Hebr. (Bononiae 1482.) p. 52.
Melae (Pomp.) de Situ Orbis. Bononiae 1497. 4. p. 414.
Merlino Vita e Profetie. Florentia 1495. 4. p. 345.
Mesue della consolatione delle medicine. Firenze sine an. fol. p. 381.
Miniatore Bartolomeo Formolario de Epistole. Bologna 1485. 4. p. 57.
i *Miracoli* di nostra Donna. Firenze 1483. p. 294.
Modesti. Vid. Auctores rei militaris.
dal Monte Marco Comandamenti di Dio. Firenze 1494. 4. p. 339.
de Monte-Rocher Guidonis Manipulus Curatorum. Bononiae 1480. 4. p. 41.
Monte S. di Dio. Vid. Bettini.
Morandi Benedicti de laudibus urbis Bononiae. Bononiae 1481. 4. p. 45.
de Morsi Jacopo. Vid. Laude Spirituali.
R. Mosis Maimonidis Logica. Cremonae 1500. 4. p. 228.
R. Moyses Aphorismi. Bononiae 1489. 4. p. 67. - De regimine sanitatis. Florentiae sine an. 4. p. 382.
Mugamel Abucare medici Opera. Brixiae 1488. fol. p. 155.
Mugellani Dini Lectura super tit. de Actionibus. Bononiae 1485. fol. p. 57.
Mundini Anothomia. Bononiae 1482. fol. p. 49.
Musaei de Hero & Leandro. Vid. Gnomae

N

Nesii Johannis Oraculum de novo saeculo. Florentiae 1497. 4. p. 356.
de Nigro Andalonis Opus Astrolabii. Ferrariae 1475. fol. p. 235.
Nogaroli Leonardi de Mundi aeternitate. Bononiae 1481. fol. p. 48.
Nonii. Vid. Marcelli.
de Nursia Benedicti, & Taddaei de Florentia de Regimine Sanitatis. Bononiae 1477. 4. p. 36.

O

Occham Guillielmi Summulae in L. Physic. Arist. Bononiae 1494. fol. p. 98. - Exposit. super Artem Veterem. Bononiae 1496. fol. p. 110. - Summa Logicae. Bononiae 1498. fol. p. 116.
Odonis. Vid. Geraldi.
*Officium*. Ferrariae 1492. 4. p. 248.
Offredi Apolinaris de primo & ultimo instanti. In oppido Collensi 1478. 4. p. 215.
Oppiani Opus interpr. L. Lippio. In Colle Oppido Municipio Florentino 1478. 4. p. 215.
*Orationi*, e Brevi Pontificii. Firenze 1482. p. 293. Exst. cum Guerino.
*Orationi* in onore della B. Vergine. Vid. I Lamenti di Otranto.
Orbelli vel de Orbellis Nicolai de Scientia Mathematica. Bononiae 1473. p. 20. - Compendium Philosophiae. Bononiae 1485. 4. p. 56.
Orphaei Argonautica & Hymni: Procli Hymni, Graece. Florentiae 1500. p. 372. 1°.
Otranto. Vid. I Lamenti.
Ovidii (P. Nas.) de Arte Amandi in terza rima. Florentiae 1488. 4. p. 310. - Et (O) p. 203. - Le Epistole volgariz. da Domenico da Monticello. Brescia 1489. 4. p. 160. - Epistole in rima. Bressa 1491. 4. p. 163. - Epist. Heroid. interpr. edita ab Hubertino Clerico Crescentinati. In loco

Casalis S. Evaxii 1481. p. 209. - Metamorphoses, Ferrariae 1476. fol. p. 237. - Opera ex recognit. F. Puteolani. Bononiae 1471. fol. p. 14. & add. p. 405. - It. Bononiae 1480. fol. p. 41.

P

Paielli Gulielmi Laudatio in funere Barth. Colei. (O) p. 9.

Palladii. Vid. Auctores de re rustica.

Panziera Ugo Trattato belliss. e divoto. Firenze 1492. 4. p. 331. - Tractati singulari. Firenze 1492. 4. p. 330. - It. Florentiae 1492. 4. p. 332.

Papiensis Augustini Scrutinium tripartitum. Florentiae 1500. p. 369. 20.

Paraldi Gulielmi Summa de virtutibus & viciis. Brixiae 1494. 4. p. 167.

Parmensis Bernardi Casus. Bononiae 1487. fol. p. 60. - Et (O) p. 37.

de Passageriis Rolandini Flos Testamenti. (Brixiae) 1477. 4. p. 141.

Passavanti Jacopo Specchio di vera Penitenza. Firenze 1495. 4. p. 345.

Passerini Aloysii de quibusdam ebriis mercatoribus. Brixiae 1495. 4. p. 172.

*Magistri* Pauli Sermones praedicabiles. Bononiae 1494. 4. p. 97.

*Pentateuchus* Hebraice, & alii S. Libri. Brixiae 1494. 8. p. 167. - It. cum comm. Salom. Jarchi. Bononiae 1482. fol. p. 52.

de Perigliis Angeli Tract. de Societatibus. Exst. cum S. Antonini Summula.

Perotti Nicolai Rudimenta Grammatices. (Bononiae) 1478. fol. p. 39. - It. Florentiae 1486. 4. p. 301. - Et (O) p. 139. Regole Sipontine. Firenze 1483. p. 294.

Persii (A. Fl.) Satyrae cum notis I. Britannici Brixiae 1486. fol. p. 154. - It. Brixiae 1500. fol. p. 198. - Vid. Juvenalis.

de Perusio Angeli Lectura super I. P. Digesti Novi. Cremonae 1471. fol. p. 220.

de Perusio. Vid. Baldi.

da Pescia Domenico Epistola. Florentiae 1497. 4. p. 359.

Petrarchae Francisci de Remediis utriusque Fortunae. Cremonae 1492. fol. p. 223. - Sonetti e Canzone cum F. Philelphi Enarrationibus. (Italice) Bononiae 1476. fol. p. 34. - Triompho della Fama comm. da J. di Poggio. Firenze 1485. 4. p. 297. - Vite de Pontefici e Imp. Florentiae 1478. fol. p. 272.

Petri Episc. Brixiensis Repertorium Juris. Bononiae 1465. (sic) fol. p. 407.

S. Petri Damiani Sermo. Exst. cum D. Augustini, & alior.

de S. Petro Fioriani Tres Disputationes. Bononiae 1492. fol. p. 84.

Petroboni Hieronymi Carmina. Bononiae 1494. 4. p. 94.

Phalaridis Epistolae interpr. L. (F.) Aretino. Florentiae 1480. p. 281. - It. Brixiae sine an. 4. p. 199. - It. Florentiae sine an. 4. p. 383. - Trad. da B. Phontio. Firenze 1488. 4. p. 306. - It. Florentiae 1489. 4. p. 310. - It. Firenze 1491. 4. p. 327.

Philelphi Francisci Epistolae. Brixiae 1485. fol. p. 149. - Odae. Brixiae 1497. 4. p. 179. - Orationes, & nonnulla opera. Brixiae 1488. 4. p. 158.

Philelfi Marii Epistole. Felsinae. 1489. p. 71.

Philothei Monachi de vita D. Bernardi Carmen. Brixiae 1494. p. 170.

Piccolomini, vel de Piccolomineis Aeneae Sylvii, postea Papae Pii II. Carmina. Exst. cum D. Augustini, & alior. - Historia di due Amanti trad. Bologna 1492. 4. p. 84. - It. Bononiae 1496. 4. p. 111. - It. trad. da A. Donati. (Florentiae) sine an. 4. p. 384.

Pici Joannis Carthusiani comm. in Cantic. Cantic. Ferrariae 1492. 8. p. 248.

Pici Joannis Francisci Mirandulani Disput. adv. Astrologiam. Bononiae fol. 1495. p. 103. - Defensio H. Savonarolae. Florentiae 1497. 4. p. 357. - De morte Christi, & propria cogitanda, & alia. Bononiae 1497. 4. p. 113. - Opuscula varia. Bononiae 1496. fol. p. 108.

Pico Blasii de quattuor partibus Orationis. Aquilae 1494. 4. p. 8.
Pii Joannis Bapt. Annotamenta. Exst. cum Ph. Beroaldi, & alior. - Elegiae. Bononiae 1500. p. 127.
Pii II. P. Vid. Piccolomini.
*Pisanella*. Vid. de S. Concordio.
de Placentia. Vid. de S. Gregorio.
Platearii. Exst. cum Serapionis.
Platyne Joannis Bapt. de honesta Voluptate. In Civitate Austrie 1480. 4. p. 211. - It. Bononiae 1494. 4. p. 99. - It. Bononiae 1498. p. 119. - It. Bononiae 1499. 4. p. 123.
Platonis Opera ex vers. M. Ficini. Florentiae 1483. p. 293. - Hipparcus & alia interpr. M. Ficino. Florentiae sine an. fol. p. 380.
Plauti (M. Ac.) Comoediae ex recogn. Ph. Beroaldi. Bononiae 1500. fol. p. 126.
Plinii (C. Sec.) Historia Naturalis. Brixiae 1496. fol. p. 173. - It. cum castig. H. Barbari. Brixiae 1498. fol. p. 186.
Plinii (C. Sec. Iunioris) Epistolae corrig. Ph. Beroaldo. Bononiae 1498. 4. p. 117. - L. Illustr. virorum. Florentiae 1478. 4. p. 273.
Plotini Opera interpr. M. Ficino. Florentiae 1492. fol. p. 329. - Et (O) p. 292.
Plutarchi de Contentionibus Cl. Viror. interpr. Guarino. Brixiae 1485. 4. p. 146. - De invidia & odio. Exst. cum Censorini, & alior. - De Liberis educandis. Exst. cum Vergerii, & alior. It. Et D. Hieronymi de officiis liberor. erga parentes. Brixiae 1485. 4. p. 151. - Opuscula interpr. A. Ranucino. Brixiae 1488. 4. p. 159. - Parallela. Exst. cum Polybii. - Praecepta connubialia, & de virtutibus morum. Exst. cum Cleomedis. - Vitae Ill. Viror., &c. interpr. Guarino. Brixiae 1488. fol. p. 159. - It. castig. per Pyladen. Brixiae 1499. fol. p. 193. - Le Vite trad. per B. A. Jaconello. Aquila 1482. fol. p. 4. - De virtutibus Mulierum interpr. A. Ranutino. Brixiae 1485. 4. p. 146.
di Poggio Jacopo Comento sopra il Triompho della fama del Petrarca. Firenze 1485. 4. p. 297. - Sigillum Auris (Italice). Bononiae 1500. 4. p. 127.
di Poggio, vel Poggii Jo. Francisci Facetiarum L. IV. Ferrariae 1471. 8. p. 229. - Hist. Fiorentina tradotta da Jacopo di lui figlio. Firenze 1492. fol. p. 328. - It. Florentiae 1497. fol. p. 366.
Politiani Angeli Ambra. Florentiae 1485. 4. p. 297. - It. Bononiae 1492. p. 81. - Conjuratio Pactiana (Florentiae) 1478. 4. p. 277. - It. (Florentiae) sine an. p. 383. - Le cose volgari. Bologna 1494. p. 413. - Lamia. Florentiae 1492. 4. p. 331. - It. Exst. cum Vitruvii. It. Exst. cum Ph. Beroaldi, & alior. - Manto. Florentiae 1482. 4. p. 291. - It. Florentiae 1491. 4. p. 325. - It. Bononiae 1492. 4. p. 80. - Miscell. Centuria I. Florentiae 1489. fol. p. 311. - It. Florentiae 1499. fol. p. 372. 1o. - It. Exst. cum Ph. Beroaldi, & alior. - Nutritia. Florentiae 1491. 4. p. 325. - It. Bononiae 1491. 4. p. 77. - Opera. Florentiae 1482. p. 291. - It. Brixiae 1486. fol. p. 156. - It. Florentiae 1497. fol. p. 366. - It. Florentiae 1499. fol. p. 371. 1o. - Panepistemon. Florentiae 1491. 4. p. 325. - It. Exst. cum Vitruvii. It. Exst. cum Ph. Beroaldi, & alior. - Rusticus. Florentiae 1491. 4. p. 324. - It. Bononiae 1492. 4. p. 81. - It. (Florentiae 1483.) 4. p. 427. - Stanze (Florentiae) sine an. 4. p. 392.
Polybii Historia interpr. N. Perotto. Brixiae 1488. fol. p. 159. - De bello Punico interpr. L. Aretino: Plutarchi Paralelia interpr. Guarino. Brixiae 1498. fol. p. 191.
Pomponii (Iulii Sabini) Laeti Interpretatio in Aeneide Virgilii. Brixiae X. M. CCCC. XCXXX. (1487.) fol. p. 157. - Comm. in Culicem, Bucol. & Georg. Brixiae 1487. fol. p. 157. - De Romanorum Magistr. &c. (Bononiae) sine an. 4. p. 132.
Pomponii. Vid. Melae.

Pontani Joannis Joviani de Aspiratione. Brixiae 1497. 4. p. 183.
Pontani Ludovici. Exst. cum de Tudeschis.
Portii (Latr.). Exst. cum Sallustii.
de Prierio Silvestro Trialogo chiam. Phil-Amore. Bologna 1500. 4. p. 127. - Vita di S. Maria Madd. Bologna 1500. 4. p. 127.
Propertii (Sex. Aur.) Elegiae cum comm. D. Calderini. Brixiae 1486. fol. p. 152. - It. cum comm. Ph. Beroaldi. Bononiae 1487. fol. p. 60. - It. Bononiae 1490. fol. p. 75. - It. Monobiblos (Brixiae) sine an. 4. p. 420.
*Psalterium* Hebraicum. Brixiae 1494. 24. p. 167. - It. (Brixiae) sine an. 12. p. 203.
*Psalterium*. Florentiae (1480.) 8. p. 280.
*Psalmorum* Liber. Florentiae 1480. fol. p. 280.
Pseustis & Alethia de religione litigantes. Brixiae 1492. 4. p. 165. Hujus eglogae auctor est Theodulus quidam Episc. natione Italus.
Ptolemaei (Cl.) Cosmographaie. Bononiae 1462. (1491.) fol. p. 12.
Pucci Antonio Le Bellezze di Firenze. Firenze 1482. p. 293.
Pulci Bernardo La Bucolica di Virgilio trad. con le Bucoliche di tre altri autori; Francisci de Arsochis, Hieronimo Benivieni, e Jacopo Fiorino de Boninsegni. Florentiae 1481. 4. p. 283. It. Firenze 1494. 4. p. 338. - Et (O) p. 295. - La Passione, Risurrez. e Scesa al Limbo di N. S. G. C. e la Vendetta di Tito. Bologna 1489. 4. p. 411. La Passione di G. C. Firenze 1490. 4. p. 320. - It. Fiorenza sine an. p. 378. - La Vendetta fatta da Tito. Firenze 1491. 4. p. 327. - It. Firenze 1492. 4. p. 332.
Pulci vel de Pulci Luca Pistole. Florentiae 1481. 4. p. 282. - It. Firenze 1488. 4. p 308. - It. (Florentiae) sine an. p. 383. - Poemetto sopra la Giostra, &c. coll' Epistole. Firenze 1481. p. 289.
Pulci Luigi La Confessione. (Firenze) sine an. 4. p. 377. - Il Driadeo. Florentiae 1479. 4. p. 279. - It. Florentiae 1481. 4. p. 283. - It. Firenze 1487. 4. p. 302. - It. Firenze 1489. 4. p. 311. - Il Morgante. Firenze 1481. p. 282. - Morgante e Margutte (Florentiae) sine an. 4. p. 395. - e Matteo Franco Sonetti. Firenze sine an. 8. p. 394.
de Puola Bartolomeo Perdonanze de tera Sancta, &c. (Aesii) sine an. p. 401.

## Q

de Querguien Oliverii Repertorium Vol. V. Consiliorum Alex. Tartagni. Bononiae 1490. fol. p. 74.

## R

de Raimundis Raphaelis, & Raphaelis Fulgosi Consilia. Brixiae 1490. fol. p. 161.
*la Rapresentatione* di Abramo, &c. Firenze sine an. 4. p. 392.
*la Razone* de le Pascate dela Luna, &c. (Genuae) 1473. p. 426.
*Receptario* novo. Firenze 1498. fol. p. 368.
*Repertorium* dictorum, &c. Vid. Aristotelis.
*Repertorium* super Lectura Jo. de Anania super V. Decretalium. Bononiae 1480. fol. p. 42.
Rhasis Aubetur Medici Libri. Brixiae 1483. fol. p. 144. - Lib. de Secretis. Exst. cum Joannis Damasc. - Opera. Brixiae 1486. p. 156.
Ricchi Jacobi Obiect. super Logicam P. Veneti. Florentiae 1477. 4. p. 266.
de Roma Egidii Quodlibeta. Bononiae 1481. fol. p. 47. - Theoremata de Corpore Christi. Bononiae 1481. fol. p. 47.
de Rosate Alberti Opus Statutorum. Comi 1477. fol. p. 218.
Roy Modus. Vid. Livre.
de Rosenhaym Petri Memoriale divinorum eloquiorum. Bononiae 1489. 4. p. 70.
Rubei Philippi Mar. In Lib. IV. ff. de Verb. ob. Bononiae 1490. fol. p. 75.

*Rubricae* Juris Civ. & Can. Bononiae 1486. 4. p. 58.

S

Sabadino Giovanni Porretane ovv. LXX. Novelle. Bologna 1483. fol. p. 53.
de Sacrobosco Joannis Spera Mundi. Ferrariae 1472. 4. p. 230.
Saladini. Vid. de Esculo.
*le Sale* di Malagigi. Firenze 1483. p. 294.
Sallustii (C. Crispi) Coniuratio Catilinae cum comm. L. Vallensis. Brixiae 1495. fol. p. 169. - It. & Portii Latronis Declamatio. (Brixiae) sine an. fol. p. 203. - De Coniur. Catilinae, & Bello Jugurt. Florentiae 1478. p. 274. - Opera. Brixiae 1475. fol. p. 139.
*i Salmi* Penitenziali lat. e volg. colle Litanie, &c. trad. in verso sciolto. Florentiae 1479. 16. p. 278.
*Salteri* per i Fanciulli, &c. Vid. Evangelistari.
de Salviatis Georgii Benigni Dialectica nova. Florentiae 1488. 4. p. 308.
R. Samuel Epistola transl. per A. Bonihominis. Bononiae 1496. 4. p. 110.
Sandei Felini Super Prooemio Decretalium. Ferrariae 1487. p. 243. - It. Ferrariae 1492. p. 249. - Repet. C. I. & II. De Sponsalibus. Bononiae 1498. p. 119.
Saxi Pamphili Brixia illustrata. Brixiae 1498. p. 193. - Capitolo de predestinatione. Brixiae sine an. 4. p. 200. - Carmina. Exst. cum Theophili Brixiani. - Opera. (Brixiae) sine an. 4. p. 200. - Sonetti e capituli. Brixiae 1500. 4. p. 198. - Versi in laude dela lyra. Brixiae sine an. 4. p. 200.
*il Savio* Romano. Firenze 1483. p. 294.
Savonarola Hieronimo dell' Amore di I. C. (Florentiae 1490.) 4. p. 320. - It. (Florentiae) sine an. 4. p. 371. 2°. - Apologia de' Frati di S. Marco. (Firenze 1497.) 4. p. 365. - Apologia per le parole del Salmo VII. Domine Deus mi in te speravi. Florentiae 1497. fol. p. 360. - Contra gli Astrologi. (Florentiae) sine an. 4. p. 381. - Compendium logice. Florentiae 1497. 4. p. 359. - Compendium Revelationum. Florentiae 1495. 4. p. 344. - Compendio di Revelatione. Firenze 1495. 4. p. 344. - Dialogo della Verità Prophetica (Florentiae) sine an. 4. p. 372. 2°. - Sopra e dieci comandamenti. Firenze 1495. p. 344. - Epistolae Apologeticae. Florentiae 1497. 4. p. 360. - Epistola ad un suo Amico. Firenze 1497. 4. p. 365. - Epistola alla Cont. della Mirandola. (Florentiae) sine an. 4. p. 373. - Epistola a certe persone divote. Firenze 1497. 4. p. 365. - Epistola a tutti li eletti, &c. Firenze 1497. p. 365. - Epistola ad N. adv. Sentent. Excom. &c. Florentiae 1497. 4. p. 365. - Lettera alle Suore di Annalena. Firenze 1497. 4. p. 365. - Examina di lui fatta da Comessarii, &c. (Firenze) 1498. 4. p. 370. 1°. - Exposit. sopra la oratione della Vergine. (Florentiae) sine an. p. 372. 2°. - Exposit. del Pater noster. Firenze 1494. 4. p. 341. - Exposit. sopra el ps. In te Dom. speravi. (Florentiae) sine an. p. 373. - Exposit. sopra el ps. L. Miserere. (Florentiae) 1498. 4. p. 369. 1°. Exposit. sopra el ps. Qui regis Israel. Firenze 1496. 4. p. 354. - Exposit. sopra el ps. Verba mea. (Florentiae) sine an. 4. p. 373. - Tract. dell' Humiltà. Firenze 1492. 4. p. 330. - Lamentatio Sponsae Christi. Florentiae 1497. 4. p. 356. - Tract. dell' Orazione. Firenze 1492. 4. p. 331. - It. (Florentiae) sine an. 4. p. 371. - Tract. in defensione della Oratione mentale. (Florentiae) sine an. 4. p. 372. 2°. - Oratio, quam morti addictus ad S. Christi Corpus habuit, Italice. Florentiae 1498. 4. p. 369. 1°. - Prediche. Firenze 1496. fol. p. 349. - Prediche Quadrages. Firenze 1497. 4. p. 360. - Prediche. (Florentiae) sine an. fol. p. 373. - Predica dell' arte del ben morire. (Flo-

rentiae) sine an. p. 375. - Prediche sopra l'Exodo, el Salmo I. Firenze 1498. p. 369. 1°. - Prediche sopra Ruth & Michea. Firenze 1497. 4. p. 360. - Predica nel Sab. dopo la II. Dom. di Quares. (Florentiae) 1497. 4. p. 360. - Regole per vivere cristianamente. Firenze 1498. 4. p. 369. 1°. - Della Semplicità della Vita Christ. Firenze 1496. 4. p. 347. - Triumphus Crucis. Florentiae 1497. 4. p. 365. - It. (Florentiae) sine an. fol. p. 371. 2°. - Il Trionfo della Croce. Firenze 1497. 4. p. 365. - De Veritate Prophetica. Florentiae 1497. fol. p. 360. - De Vitae Spirit. perfectione a S. Bonaventura, &c. Florentiae 1497. 4. p. 360. - Della Vita Viduale. (Florentiae) sine an. 4. p. 378.

Savonarolae Michaelis de balneis & termis. Ferrariae 1485. fol. p. 242. - It. Bononiae 1493. fol. p. 92. - De Pulsibus, Urinis, &c. Bononiae 1487. fol. p. 60.

Sclaricino Gammaro Tomaso. Silvano, Sonetti. Bologna 1491. 4. p. 80.

Scoti Joannis. Vid. Duns.

Scoti Michaelis super Auctorem Spherae. Bononiae 1495. p. 105.

Senecae (L. Ann.) Tragoediae. Ferrariae 1484. fol. p. 241.

Senensis Ugonis. Vid. Bencii.

Serapionis & Platearii Pratica Medica. Ferrariae 1488. fol. p. 244.

Servii (M. Honor.) Comm. in Virgilii opera. Florentiae 1471. 1472. fol. p. 258. 259. - It. Ferrariae 1471. fol. p. 229. - De ultimis Syllabis & Centimetrum. Callii 1476. 4. p. 208.

Silvatici Matthei Liber Pandectarum Medicinae. Bononiae 1474. fol. p. 23.

Soldi Jacobi Opus de Peste. Bononiae 1478. 4. p. 38. - De Epidemia. Florentiae 1490. 4. p. 423.

Solini (C. Iulii) De mirabilibus Mundi. Brixiae 1480. p. 141. - It. Brixiae 1498. fol. p. 191. - It. Brixiae 1498. fol. p. 192. - It. Bononiae 1500. p. 129.

*Sonetti* dell' Agnus Deo. Firenze 1479. p. 278.

Sonti Oliverii de distinctionum pluralitate. Bononiae 1484. 4. p. 56.

Spagnoli. Vid. Mantuani.

Spirito Lorenzo Sorte. Brixa 1484. fol. p. 145.

da Spoleti Cherubino Regola della vita Spirituale, &c. (Florentiae) 1477. 8. p. 271. - It. Florentiae 1481. 4. p. 292. - It. Florentiae 1487. 4. p. 305. - It. Florentiae 1490. 4. p. 320. - It. Firenze 1494. 4. p. 340. - Vitae matrimonialis Regula. Bononiae 1489. 4. p. 411.

Statii (Papinii) Achilleidos L. II. Ferrariae 1472. 4. p. 230. - Sylvar. L. I. ex emendat. D. Calderini. Brixiae 1476. 4. p. 139. - Sylvae. Florentiae 1480. p. 280.

*Statuta* Civit. Asculanae. Ascolo 1496. fol. p. 403.

*Statuta* Communit. Bergomi. Brixiae 1491. p. 162.

*Statuta* Communis Brixiae. Brixiae 1473. p. 136.

*Statuta* Causarum, &c. (Bononiae) 1475. p. 33. - Civilia & Criminalia. Bononiae 1491. 4. p. 79. - It. Bononiae 1492. 4. p. 81. - It. Bononiae 1500. fol. p. 127. - It. (Bononiae) sine an. fol. p. 131.

*Statuta* Civit. Ferrariae. Ferrariae 1476. fol. p. 237.

*Statuta* Communis Genuae. Bononiae 1498. p. 119.

*Statuta* Communit. Regii. Ferrariae 1480. fol. p. 240.

Svetonii (C. Tranq.) De Grammat. & Rhetor. Florentiae 1478. 4. p. 274. - De Vita XII. Caes. Bononiae 1488. fol. p. 61. - It. cum comm. Ph. Beroaldi. Bononiae 1493. fol. p. 89.

Sulpitii Joannis Verulani de arte grammatica opusculum. Aquilae 1483. 4. p. 6.

*Summarium*. Vid. Gratiani.

*Summula* de Pacifica conscientia. Bressa 1497. 4. p. 184.

*Supplementum* Pisanellae. Januae 1470. fol. p. 399.

T

Tartagni Alexandri Imolensis Comm. in II. P. ff. veteris: ejusdem Apostillae ad Barth. super II. P. ff. veteris. Bononiae 1473. fol. p. 21. - Apostillae ad Barth. super I. P. ff. novi. Ferrariae 1480. fol. p. 239. Apostillae ad Barth. super II. P. ff. novi. Bononiae 1478. fol. p. 40. - It. Bononiae 1480. fol. p. 43. - It. Ferrariae 1481. fol. p. 240. - Consilia. Bononiae 1476. fol. p. 35. - Consil. volumen novissimum. Bononiae 1480. p. 43. - Consil. volumen IV. Bononiae 1481. fol. p. 46. - Et (O) p. 74. - Volumen V. Bononiae 1490. fol. p. 73. - Lib. Consiliorum. Bononiae 1483. fol. p. 53. - Lectura super II. Infortiati. Bononiae 1480. fol. p. 42. - Lectura super tit. de verborum obligat. Bononiae 1477. fol. p. 37. - It. Ferrariae 1481. fol. p. 240. - Lectura super I. P. ff. novi. (Bononiae) sine an. fol. p. 133. - Repertor. Vol. V. Consil. Vid. Querguien. - Scriptum super I. P. ff. veteris. Bononiae 1477. fol. p. 36.

*Tavola* della Salute. Florentiae 1494. 4. p. 340.

Teofilo Vita di S. Giovanni da Capistrano. Como 1479. 4. p. 218.

Terentii (P. Af.) Comoediae Vi. cum comm. Ae. Donati. Brixiae 1485. fol. p. 149.

*Terzine* Italiane. Firenze sine an. p. 394.

Thebaldeo Opere. (Brixiae) sine an. p. 204. - It. Firenze sine an. p. 394.

Theophili Monachi Brixiani Carmina. Brixiae 1496. 4. p. 177. - It. & Pamphili Saxi carmina. Brixiae 1499. 4. p. 195.

Tiberti Antiochi de Chyromantia. Bononiae 1494. 4. p. 99.

Tibulli (Albii) Elegiae cum comm. B. (Cillenii.) Brixiae 1486. fol. p. 152.

da Todi Jacopone Laude. Firenze 1490. 4. p. 319.

(Traiectani Jacobi) Tract. de modo visit. & corrig. subditos, &c. Brixiae 1500. 8. p. 197.

Tranensis Petri de ingenuis Puerorum moribus. Ferrariae 1496. 4. p. 250.

Trombettae Antonii Quaest. Metaphysic. Ferrariae 1492. fol. p. 421.

Trotti Alberti de vero & perfecto Clerico. Ferrariae 1475. 4. p. 236. - De Visitatione. Ferrariae 1476. p. 237.

Trusiani Comm. in Lib. Gal. Bononiae 1489. fol. p. 70.

de Tuciis Joannis Francisci Inventio Astronomiae. Bononiae 1499. 4. p. 122.

de Turrecremata Ioannis Card. Quest. super Evang. Brixiae 1498. 4. p. 187.

de Tudeschis Nicolai Consilia & Allegationes Juris. Ferrariae 1474. fol. p. 233. - It. Ferrariae 1475. fol. p. 235.

a Turri Ludovici de Conceptione B. M. V. Brixiae 1486. 4. p. 154.

del Tuppo Francesco In vitam Aesopi traductio, & in eius fabulas Allegoriae. Aquilae 1493. fol. p. 7.

V

Valerii (C. Flac.) Argonauticon. Bononiae 1474. fol. p. 29. - It. Florentiae 1481. p. 282. - It. Bononiae 1498. fol. p. 116.

Valerii (P. Max.) Factorum ac Dictorum, &c. Bononiae 1476. fol. p. 34.

Vallensis Laurentii de Elegantia Ling. Lat. Brixiae 1475. fol. p. 139.

de Varagine Jacobi Sermones Quadrages. Brixiae 1483. 8. p. 144. - Sermones de tempore. Brixiae 1491. 4. p. 162.

Varronis (M. Teren.) De Lingua Latina. Brixiae 1483. fol. p. 144. - Vid. Auctores de re rustica.

de Ubaldis Angeli Lectura super Tit. Interdictis. Brixiae 1498. fol. p. 189. - Repet. L. si Vacantia, &c. Brixiae 1491. fol. p. 163.

de Ubaldis. Vid. Baldi de Perusio.

de Ubaldinis Petri de Beneficiorum permut. Exst. cum de Mattesellanis.

Vegetii (Flavii) Rei Militaris. Bononiae 1495. fol. p. 103. - Vid. Auctores rei militaris.

Vegii Mafei Dialogus veritatis, & philalites. Brixiae 1496. 4. p. 177. - De morte Astianactis. Callii 1475. 4. p. 207. - Carmina, Exst. cum D. Augustini, & alior.

Venturini Francisci Rudimenta Grammatices. Florentiae 1482. fol. p. 289.

Vergerii Petri Pauli De ingenuis moribus: Plutarchi de liberis educandis; Hieronymi de offic. liberorum erga parentes: Magni Basilii de institutis Juvenum. Brixiae 1485. 4. p. 148. - It. Brixiae 1485. 4. p. 150. - It. Brixiae 1495. p. 172. - It. Florentiae sine an. 4. p. 380. - It. Florentiae sine an. 4. p. 424.

Verini Michaelis Disticha Moralia, Florentiae 1487. 4. p. 305.

Ugonis Senensis, Vid. Bencii.

*Uffizio* della B. V. Firenze (1478.) p. 275.

*Ufficio* de' Morti. Firenze 1482. p. 293. Exst. cum Pucci.

*Viazo* da Venesia al S. hierusalem, &c. Bologna 1500. fol. p. 129.

S. Vincentii (Ferrerii) Tract. de vita spirituali. Exst. cum D. Augustini, & alior.

Vincentini Danielis. Exst. cum Aquilani Joan.

Virgilii (P. Mar.) Opera. Brixiae 1473. fol. p. 138. - It. cum comm. Servii. Brixiae 1485. fol. p. 149. - It. cum comm. Servii & Landini, Florentiae 1487. fol. p. 304. - Aeneidorum Lib. Italice. Bononiae 1491. 4. p. 80. - Bucolica trad. Vid. Pulci Bernardo.

Visdomini Antonii Mariae Miscella. Bononiae 1492. 4. p. 80. - De ocio & Sibyllis. Bononiae 1500. 4. p. 128.

*Vita* di Cavalieri Guerino. Bononiae 1475. fol. p. 32.

*Vita* del N. Sig. miser Yesu Christo, e della sua gloriosa Madre, Bologna 1474. fol. p. 28.

*Vita* di S. Maurelio. Vid. Leggendario.

*Vite* di SS. Padri. Ferrariae 1474. 4. p. 232. - It. Firenze (1478.) p. 275. - Vitae & Exortationes SS. Patrum. In Casellarum oppido 1475. 4. p. 210.

Vitruvii (L. Poll.) de Architectura: Frontini de Aquaeductibus: Politiani Panepistemon, & Lamia, Florentiae 1496. fol. p. 353.

*Vocabularius* italico teutonicus, Bolonia 1479. 4. p. 41.

Urcei Codri Antonii Silva. Bononiae 1493. 4. p. 85.

Usvardi Martyrologium, Florentiae 1486. 4. p. 299.

X

Xenophontis de Tyrannide traductio L. Aretini. Exst. cum P. P. Vergerii, & alior. Florentiae sine an. 4. p. 424.

Z

de Zabarellis Francisci Repet. super C. Perpendimus de Exc. Bononiae sine an. fol. p. 133.

Zambecharii Francisci Epist. de amore Philocrysi & Chryseae. Bononiae 1497. 4. p. 114.

de Zanitinis Hieronymi Contrarietates inter Jus civile & Canon. Bononiae 1490. fol. p. 74.

S. Zanobi vita. Vid. del Mazza.

Zenobii Epitome Proverbiorum Tarrhaei & Dydimi, Graece. Florentiae 1497. 4. p. 358.

Zerbi Gabrielis Quaest. Metaphysic. L. XII. Bononiae 1482. p. 51.

# INDEX II.

PEREGRINAS NONNULLAS EDITIONES SISTENS, QUAS SI PERCURRET LECT. NOTABILIA INVENIET; ET ILLAE QUAE HOC SIGNO (O) NOTANTUR, SPURIAE, VEL INTERPOLATAE, VEL IN ANNI NOTA DESIGNANDA MENDOSAE SUNT.

## A

Albonis Jos. Ikkarim, Hebraice. Soncini 1486. - It. Venetiis, & Tessalonicae 1521. - It. Arimini 1522. pag. 9.
Alighieri Dante Comedia. Mantuae 1472. p. 4.
de Ancarano Petri Consilia. Romae per Adam Rot. 1474. p. 19.
Annii Jo. De futuris Christianorum triumphis in Turchos, &c. Gentiae, aut Genzano (O) p. 400.
S. Antonini Summula Confessionis. (Venetiis) per Barth. Cremonensem 1473. p. 221.
*Arbor* Plantata. Vid. R. Gedaliae.
Aristotelis Problemata. Mantuae per Jo. Wurster, & Jo. Baumeister sine an. p. 26.
*Auctores* de re rustica. Venetiis per Nic. Jenson 1472. - It. Regii 1482. p. 96.

## B

Baldi de Perusio Opera. Parmae per Stephanum Corallum 1473. p. 19.
Barbari Hermolai Castigationum Plinianarum. Cremonae 1485. (O) p. 222. & 224.
Bergomensis Jac. Philippi Supplementum Chronicarum. Venetiis 1483. Edit. Latina 1475. (O) & Itala 1481. (O) p. 147.
S. Bernardi Opuscula. Venetiis 1495. p. 171.
*Biblioteca* Portatile degli Autori Classici, &c. Venezia 1793. p. 406. 407. 425.
Blanchelli Menghi de omni genere febrium. Venetiis 1536. p. 247.
Boccacci Gio. Il Filostrato. Praeter edit. Bononiensem hujus Poematis tres aliae indicantur p. 119.
.... Amazonide. Venezia 1528. n. (1.). p. 234.
S. Bonaventurae super II. Sentent. Tarvisii per Hermannum de Lichtenstein 1470. p. 417. - It. Venetiis per Theodoricum de Reynsburch & Reynaldum de Noviomago 1477. p. 417. - Egregium opus .... parvorum opusculorum. Argentinae 1495. p. 417. - Vita del Seraphico pare messer S. Francesco. Milano per Antonio Zaroto 1477. p. 418.

## C

Champhora Jacobo dell' immort. dell' Anima. Vicenza per Zuanlunardo longo 1477. p. 10. - It. Romae p. 219.
Ciceronis (M. T.) Opera cura Oliveti. Genevae. 1746. p. 399.
..... Epistolae ad Familiares. Romae 1469. p. 399.
de Clavasio Angeli Summa. Venetiis per Nic. de Frankfordia 1487. - It. Venetiis per Paganinum de Paganinis 1499. p. 214.
*Consilia* Theologorum de Monte Pietatis, &c. Romae 1486. p. 226.

## D

*Decor* Puellarum. (Venetiis) per Nic. Jenson 1461. (O) p. 407. 408. & seqq.
Diodori Siculi Historiar. Venetiis per Andr. Jac. Katharensem 1476. p. 19.
Diogenis Laertii Philosophor. Vitae, &c. Venetiis per Nic. Jenson 1475. p. 107.
.... Vite de Filosofi, &c. Venetia 1480. p. 307.

E

Esopo vita per F. del Tuppo. Venetiis 1492. & 1493. p. 7.
Eusebii Caesariensis de Praeparat. Evang. Venetiis per Nic. Jenson 1470. p. 407.

F

Falaride Le Epistole 1471. sine l. & t. p. 311.
Ficino Marsilio della Christiana Religione. Pisa 1484. p. 371. 2°.
*li Fioreti* de miser santo Francesco. Perusia per Steffano arns de Hamborch 1481. p. 367.

G

R. Gedaliae Arbor plantata. Hebr. Venetiis apud Bragadinos 1518. p. 9.

H

Heinecken, Baron de, Idée d'une Collection complette d'Estampes, &c. p. 12.
S. Hieronimo la Vita e la fine. Venetia per Bart. Cremonese 1473. p. 316.
Hygini (C. Iul.) Poeticon Astronomicum. Venetiis 1485. p. 421.

I

Ikkarisa. Vid. Albonis Ios.
Joannis (de Deo) Cartusiensis de humilitate interiori, &c. Venetiis ex off. Nic. Jenson 1400. (O) p. 410.
.... De immen. charitate Dei. Venetiis ex off. Nic. Jenson 1580. (O) p. 410.
Iuvenalis (I. D.) Satyrae cum comm. L. Britannici 1501. p. 202.

L

Laire Franc. Xaverii Index librorum ab inventa typographia, &c. Senonis 1791. pag. 267. & seqq.
de Litio Roberti Opus Quadragesimale de Poenitentia. (Venetiis) per Barth. Cremonensem 1472. p. 221.
Lucani (M. And.) Pharsalia. Venetiis 1492. p. 155.

M

Macrobii (Aur. Theod.) Opera. Venetiis per Nic. Jenson 1472. p. 143.
Manilii (M.) Astronomicon. Nurembergae 1474. - It. Neapoli 1475. A. L. Bonincontrio Bononiae 1484. (O) p. 406.
Mantuani Bapt. Opera. Bononiae 1502. p. 414.
(Mercier Abbé de S. Leger) Lettres de M. l' Abbé de S. L.... de Soissons à M. le Baron. de H.... sur différentes éditions rares, lettre premiere. a Paris 1783. p. 267.
(de Monte) Petri Repertorium utriusque juris. Bononiae 1465. (O) p. 407. & n. (1.)

O

Oppiani Opus, Graece & Lat. Colle 1471. (O) p. 216.
Ovidio De arte amandi. Brescia per de Misintis 1559. Ibid. septem editiones h. l. indicantur. p. 203.

P

Paielli Gulielmi Oratio funebris. Vicentiae 1477. p. 9.
Persii (A.) Satyrae cum comm. B. Fontii. Venetiis 1482. p. 265.
Petrarchae Franc. Triumphi cum comm. Philelfi. Parmae per Andream Portiliam 1473. p. 22. & 406. - Et cum enarrat. Glycini. Venetiis 1478. p. 34.
Philelfi Francisci Epistolae. Venetiis per Fratres de Gregoriis 1502. pag. 149. - Dialogo dell' immortalità dell' anima (O) p. 219. n. (1.)
Philelfi Marii Epistolae. Mediolani 1484. p. 71. Basileae per Jo. de Amerbach 1486. p. 71. - Mediolani per Uldar. Scinzenzeller 1487. p. 413.
Philostrati Icones, &c. Graece. Florentiae per Philipp. Junta 1517. p. 351.

Pici Jo. Carthusiani Comm. in Cantic. Cantic. Parisiis Badius 1524. p. 248.

.... Paraphrasis in VII. Ps. Poenit. Parisiis 1524. p. 249.

de Platea Francisci Opus Restitutionum (Venetiis) per Barth. Cremonensem 1472. p. 220. - It. Paduae per Leonardum Basileensem 1473. p. 221.

Platonis Opera ex vers. M. Ficini. Venetiis 1491. p. 294.

Plinii (C. Sec.) Natur. Histor. Venetiis per Nic. Jenson 1472. p. 408. - It. Venetiis per Bernardinum Benalium 1498. p. 186.

Plutarcho Le Vite trad. da B. A. Iaconello. Venetia per G. de Rusconi 1518. - Trad. dal Domenici. Venezia per G. Giolito 1569. - 1566. - 1567. - 1568. p. 5.

Polentonis Sicci Catinia. Tridenti 1482. p. 11.

Politiani Angeli Opera. Venetiis ap. Aldum 1498. p. 371. 1°.

.... Stanze, Bologna per Pla one de Benedetti 1504. - It. Bologna per Caligula de Bazalerii. Et Venetia per Nic. Zopino e Comp. 1524. p. 393.

Pulci Luigi Morgante Maggiore. Firenze 1574. - It. Firenze (Neapoli) 1732. p. 395.

R

Repertorium. Vid. de Monte Petri.

Romani Jacobi Congratulatio. Sine l. per Florentium de Argentina 1472. p. 136.

S

Sasso Pamphilo Opere. Brescia 1502. p. 201.

Servii (M. Honor.) Comm. in Virgilium. Venetiis per Valdarfer 1471. p. 229.

Silvatici Matthaei Opus Pandectarum Medicinae. Neapoli 1474. - Mediolani (O) p. 25. - Mantuae (O) p. 26.

Solini (Iul.) de Mirabilibus Mundi, Bononiae 1509. p. 129.

Stagi Andrea Amazonida. Venetia 1503. p. 234.

Svetonii (C.) de Vita XII. Caes. Venetiis per Nic. Jenson 1471. p. 408.

Sulpitii Jo. Grammatica, Romae 1481. p. 6. - Editio Perusina (1475.) p. 7.

T

Tartagni Alex. Consilia. Francofurti 1610. p. 54. Consilior. Vol. I. Venetiis 1477. p. 55.

Thebaldeo Opere, Mantova 1498. - It. Venetia per Bern. de Misintis 1559. p. 204.

Tiberini Jo. Matthiae Carmina. Tridenti per Leonardum Longum 1482. p. 11.

V

Vegetii (Fl.) De re militari, Romae 1487. p. 108.

Victoris (Sex. Aur.) De Viris illustr. &c. sine an. & l. per Sixtum Ruesinger. p. 422.

# INDEX III.

EXHIBENS TYPOGRAPHORUM NOMINA, QUI IN ITALIAE URBIBUS ET LOCIS, IN HOC VOLUMINE MEMORATIS, LIBROS IMPRESSERUNT SAECULO XV.

## A

Abrahamus ben Chaiim. Ferrariae p. 238. & seq.
Adam de Rotuuil. Aquila p. 4. & add. p. 402.
Ambroxius de Orcho, & Dionysius de Paravisino. Comi p. 218.
Andreas Fritag. Gayeta. p. 206.
Andreas Gallus, vel Gallicus, vel Belfortis Gallicus. Ferrariae p. 228. & seqq.
Andrea Ghir da Pistoia. Vid. Antonio Tubini.
Andreas de Grassis. Vid. Laurentius de Rubeis.
Andreas Portilia. Bononiae p. 21.
Angelus Britannicus. Brixiae p. 159. & seqq.
Angelus Britannicus, & Bernardinus Misinta. Brixiae p. 195.
Angelus & Jacobus de Britannicis Fratres. Brixiae p. 144. & seqq.
Angelus & Jacobus Britannici. Vid. Bernardinus de Misintis.
Antonio di Francesco Veneziano. Vid. Francescho Bonacorsi.
Antonio Tubini, Lorenzo di Francesco Veneziano, e Andrea Ghir da Pistoia. Firenze p. 372. 1°.
Antonius Bartholomei Miscomini. Florentiae p. 283. & seqq. & add. 428.
Antonius Francisci Venetus. Florentiae p. 302. & seqq.
Antonius Neyret. Chambery p. 209.
Augustinus Cannerius, vel Carnerius. Ferrariae p. 231. & seqq. & add. 421.

## B

Bacilierius de Bacilieriis, vel Bacilerius de Bacileriis. Bononiae p. 53. & seqq.
B. di Francesco. Firenze p. 303.
Baldesar de Fossato. Comi p. 218.
Balthazar Azoguidus, vel de Azzoguidis. Bononiae p. 19. & seqq.
Baltassar de Hiruberia. Bononiae p. 47. & seqq.
Baptista Cavali. Genuae p. 400.
Baptista de Farfengo. Brixiae p. 160. & seqq.
Bartolomeo di Francesco de libri. Firenze p. 353. & seqq.
Bartolomeo p. Fiorentino. Firenze p. 328. & seqq.
Bartolomeo Miscomini. Firenze p. 308.
Bartholomaeus Trajecti. Vid. Joannes Walbeck.
Bartholomaeus Vercellensis. Brixiae p. 142.
Basalerus de Basaleris, vel Bazalerius de Bazaleriis. Bononiae p. 88. & seqq.
Bazalerius de Bazaleriis. Vid. Benedictus de Hectoreis.
Benedictus quondam Ethoris, vel Hectoris, Hectoreus, vel de Hectoreis. Bononiae p. 44. & seqq. & add. p. 413. 414. 415.
Benedictus Hectoris, & Plato de Benedictis. Bononiae p. 60. & seqq.
Benedictus de Hectoreis, & Bazalerius de Bazaleriis. Bononiae p. 79.
Benedictus Hectoris. Vid. Vgo Rugerius.
Bernardinus de Bergomo. Vid. Robertus de Fano.
Bernardinus de Misintis, & Caesar Parmensis Brixiae p. 194. & seqq. - Cremonae p. 222. & seqq.
Bernardinus de Misintis, & Angelus & Jacobus Britannici Fratres. Brixiae p. 169. & seqq.
Bernardinus de Misintis, vel Misinta. Brixiae p. 169. & seqq.

Bernardinus Misinta. Vid. Angelus Britannicus.
Bernardo e Domenico Cennini. Firenze p. 257. & seqq.
Bernardus Nerlius. Florentiae p. 309.
Boninus de Boninis, Brixiae p. 141. & seqq.
Boninus de Boninis, & Miniatus Delsera. Brixiae p. 144.
Bonus Gallus. In oppido Collensi p. 215. & seq.

C

Caesar Parmensis. Vid. Bernardinus de Misintis.
Caligula Bazalerius, vel de Bazaleriis. Bononiae p. 105. & seqq.
*Fratelli* de Campii. Bologna p. 76.
Carolus a Darleriis, Cremonae p. 224. & seq.

D

Danesius Hectoris. Bononiae p. 99.
Dionysius de Paravisino. Vid. Ambroxius de Orcho.
Dionysius de Paravesino, & Stephanus de Merlinis de Leucho. Cremonae p. 220.
Dominicus Fuscus (D.). Bononiae p. 44.
Dominicus de Lapis, vel Lapius. Bononiae p. 12. & seqq.
Domenico da Pistoia, e Piero da Pisa. Firenze p. 263.
Domenico di Silvestro de' Cini. Bologna. p. 51.
Doninus Bertochus. Vid. Vgo Rugerius.

E

Emilianus de Orfinis, & Johannes Numeister. Fulginei p. 396. & seqq.
Evangelista Mei. Vid. Johanni Numeister.
Eustacius Gallus. Brixiae p. 139. & seq. & add. p. 415.

F

Federicus de Comitibus Veronensis. Aesii p. 1. & seqq.
Filippo de Misinta. Brescia p. 173.
Francesco Bonaccorsi, vel de Bonaccursiis. Firenze p. 297. & seqq.
Franceschо Bonacorsi, e Antonio di Francesco Venetiano. Firenze p. 306. & seqq.
Francesco di Dino di Jacopo. Firenze p. 285. & seqq. & add. 425.
Francesco de Ragazonibus. Bologna p. 98.
Franciscus (dictus Plato) de Benedictis. Vid. Tricentinus de Serpa.

G

Gabriel Tarvisinus, & Paulus eius Filius. Brixiae p. 142.
Gerardus de Flandria. In Civitate Austrie p. 212.
Gerardus de Harlem. Florentiae p. 369. 1°.
Gerson Soncinas. Brixiae p. 167. & seqq.
Giovanni, vel Janni di Piero da Maganza. Vid. Lorenzo Morgiani.
Gulielmus de Canepanova de Campanilibus de S. Salvatore. In loco Casalis S. Evaxii. p. 210.

H

Hector Faelli, vel Faeli. Bononiae p. 81. & seqq.
Henricus de Colonia, vel Coloniensis. Bononiae p. 37. & seqq. - Brixiae p. 140. & seqq.
Henricus Coloniensis, & Statius Gallicus. Brixiae p. 138.
Henricus de Harlem. Bononiae p. 56.
Henricus Harlem, & Johannes Vvalbeck. Bononiae p. 60. & seqq.
Henricus de Harlem, & Matheus Crescentinus. Bononiae p. 56.
Henricus de Harlem, Vid. Johannes de Nordlingen.

Hercules di Nani . Bologna p. 84. & seqq.
Hieronymus de Benedictis . Bononiae p. 112.
Hieronymus de Benedictis . Vid. Joannes Jacobus.
Hieronymus Medessanus . Forlivii p. 396.
Hieronimus de Pullis, & Johannes de Mazochis . Bononiae p. 83.

I

Iacobinus de Suigo de S. Germano . Clavassii . p. 213.
Jacobus Britannicus . Brixiae p. 149. & seqq.
Jacobus de Britannicis . Vid. Angelus de Britannicis .
Jacobus Caroli, & Petrus Honofrii de Bonaccursiis . Florentiae p. 310.
Jacobus de Ragazonibus . Bononiae p. 106.
*Apud S.* Jacobum de Ripoli . Florentiae p. 262. & seqq.
Jacopo di Karlo di Giovanni . Firenze p. 305.
Joannes Antonius Platonides Benedictorum, vel Zoan Antonio de Benedetti . Bononiae p. 123. & seqq.
Joannes Britannicus . Brixiae p. 181.
Johannes Fabri . Vid. Pantaiio .
Johannes Jacobus de Fontanesis, vel Zohanne Jacomo di Fontanesi . Boniae p. 82. & seqq.
Joannes Jacobus, & Hieronymus de Benedictis . Bononiae p. 84.
Johannes de Mazochis . Vid. Hieronimus de Pullis .
Johannes de Medemblich . Colle p. 217.
Johannes de Noerdlingen . Bononiae p. 41. & seqq.
Johannes de Noerdlingen, & Henricus de Harlem. Bononiae p. 50. & seqq.
Johannes Numeister . Vid. Emilianus de Orfinis .
Johanni Numeister, & Evangelista Mei . (Fulginei.) p. 397.
Jovannes Petri de Magontia, vel da Maganza . Florentiae p. 260. & seq.
Johannes Picardus . Ferrariae p. 235.
Johannes Schriber de Annuntiata . Bononiae p. 38.
Joanni de Theramo . Ascolo p. 403.
Johannes de Tornaco . Vid. Petrus de Aranceyo .
Johannes Vurster de Kampidona . Bononiae p. 23.
Joannes Vualbeck . Bononiae p. 91.
Johannes Vvalbeck . Vid. Henricus Harlem .
Joannes Walbeck, & Bartholomaeus Trajecti . Bononiae p. 57.
d. Ipolito . Firenze p. 278.
Justinianus de Ruberia . Bononiae p. 105. & seqq.
m. Justo . Gajeta p. 206.

L

Laurentius de Rubeis de Valentia . Ferrariae p. 245. & seqq. & add. 422.
Laurentius de Rubeis, & Andreas de Grassis . Ferrariae p. 247. & seqq.
Laurentius Venetus, vel Francisci de Alopa . Florentiae p. 293. & seqq.
Lorenzo di Francesco . Vid. Antonio Tubini .
Lorenzo Morgiani vel de Morgianis . Firenze p. 347. & seqq.
Lorenzo Morgiani, e Giovanni di Piero di Maganza . Firenze p. 321. & seqq. & add. 423.
Leonardus de Arigis de Gesoriaco (D.) Florentiae p. 371. 10.

M

M. B. cl. florentino . Firenze p. 303.
M. Franco . Firenze p. 392.
Matheus Crescentinus . Vid. Henricus de Harlem .
Mathias Morauus, &
Michael de Monacho . Januae p. 400.
Miniatus Delsera . Vid. Boninus de Boninis .

N

Nicholaus Alamanus, vel Laurentii, vel della Magna . Florentiae p. 266. & seqq. & add. 424.

O

Octavianus Salomonius de Manfredonia. Cusantiae p. 219. & seqq.

P

Pantalio (Medicus), &. Johannes Fabri. In oppido Casellarum p. 211.
Petrus de Aranceyo, & Johannes de Tornaco. Ferrariae p. 235. & seq.
Petrus de Heydelberga. Bononiae p. 54.
Petrus Honofrii de Bonaccursis. Vid. Jacobus Caroli.
Petrus Villa. Brixiae p. 137. & seq.
Philippus de Junta. Florentiae p. 358. & seq.
Piero da Pisa. Vid. Domenico da Pistoia.
Plato de Benedictis. Bononiae p. 64. & seqq. & add. p. 413. 415.
Plato de Benedictis. Vid. Benedictus Hectoris.
Plato de Benedictis. Vid. Tricentinus de Serpa.

R

Robertus de Fano, & Bernardinus de Bergomo. Callii p. 207. & seqq.

S

Scipio Malpiglius, (Bononiae) p. 14.
Severinus Ferrariensis. Ferrariae p. 236.
Societas Colubris. Florentiae p. 358. & seqq.
Soncinates. Casale Majori p. 210.
Statius Gallicus. Vid. Henricus Coloniensis.
Stephanus de Merlinis. Vid. Dionysius de Paravesino.

T

Thomas Ferrandus. Brixiae p. 136. & seqq. & add. 420.
Tricentinus de Serpa, (D.) & Franciscus (dictus Plato) de Benedictis. Bononiae p. 73.

V

Vgo (Forte, Henricus) de Colonia. Bononiae p. 40.
Vgo Rugerius, vel de Rugeriis. Bononiae p. 22. & seqq. & add. p. 411. 427.
Vgo Rugerius, & Benedictus Hectoris. Bononiae p. 70.
Vgo Rugerius, & Doninus Bertochus. Bononiae p. 28. & seqq.
Vincentius, & Fratres de Benedictis. Bononiae p. 119. & seqq.

Z

Zampoli (Giov. Paolo) Zaffone. Bononiae p. 35.
Zentilis cartarius de Racaglis. Bononiae p. 115.

# TYPOGRAPHORUM AGNOMINA.


A

Alamanus. Vid. Nicholaus.
de Alopa. Vid. Laurentius Venetus.
de Aranccyo. Vid. Petrus.
de Arigis. Vid. Leonardus.
Azoguidus, vel de Azzoguidis. Vid. Balthazar.

B

de Bacilieriis. Vid. Bacilierius.
de Basaleris vel Bazaleriis. Vid. Basalerus. Vid. Caligula.
Belfortis. Vid. Andreas Gallus.
de Benedictis, vel Benedictorum. Vid. Franciscus. Vid. Hieronymus. Vid. Joannes Antonius. Vid. Johannes Jacobus. Vid. Plato. Vid. Vincentius.
de Bergomo. Vid. Bernardinus.
Bertochus. Vid. Doninus.
Bonacoorsi, vel Bonaccursius, vel de Bonaccursiis. Vid. Francesco. Vid. Petrus Honofrii.
de Boninis. Vid. Boninus.
Britannicus, vel de Britannicis. Vid. Angelus. Vid. Angelus & Jacobus. Vid. Jacobus.

C

ben Chaiim. Vid. Abrahamus.
de Canepa nova de Campanilibus. Vid. Gulielmus.
Cannerius, vel Carnerius. Vid. Augustinus.
Caroli, vel di Karlo. Vid. Jacobus, & Jacopo.
Cavali. Vid. Baptista.
Cennini. Vid. Bernardo e Domenico.
de' Cini. Vid. Domenico.
de Comitibus. Vid. Federicus.
Compagnia del Drago. Vid. Societas Colubris.
de Colonia, vel Coloniensis. Vid. Henricus. Vid. Vgo.
Crescentinus. Vid. Matheus.

D

da Darleriis. Vid. Carolus.
Deisera. Vid. Miniatus.
di Dino. Vid. Francesco.

F

Fabri. Vid. Johannes.
Faelli, vel Faeli. Vid. Hector.
de Fano. Vid. Robertus.
de Farfengo. Vid. Baptista.
Ferrandus. Vid. Thomas.
Ferrariensis. Vid. Severinus.
Fiorentino. Vid. Bartolomeo.
de Flandria. Vid. Gerardus.
de Fontanesis. Vid. Joannes Jacobus.
de Fossato. Vid. Baldesar.
di Franccsco, vel Francisci. Vid. Antonio, & Antonius Venetus. Vid. B. di Francesco. Vid. Lorenzo & Laurentius Venetus.
di Francesco de' Libri. Vid. Bartolomeo.
Francisci de Alopa. Vid. Laurentius Venetus.
Franco. Vid. M. Franco.
Fritag. Vid. Andreas.
Fuscus. Vid. Dominicus.

G

Gallicus, vel Gallus. Vid. Andreas. Vid. Eustacius, & Statius.
Gallus. Vid. Bonus,
Ghir da Pistoia. Vid. Andrea.
di Giovanni. Vid. Jacopo di Karlo.
de Grassis. Vid. Andreas.

H

de Harlem. Vid. Gerardus. Vid. Henricus.
Hectoris, vel quondam Ethoris, vel Hectoreus, vel de Hectoreis. Vid. Benedictus. Vid. Danesius.
de Heydelberga. Vid. Petrus.
de Hiruberia. Vid. Baltassar.

I

de Junta. Vid. Philippus.

L

de Lapis, vel Lapius. Vid. Dominicus.
Laurentii. Vid. Nicholaus.
de Libri. Vid. Bartolomeo.

M

della Magna. Vid. Nicholaus.
de Magontia, vel da Maganza. Vid. Jovannes Petri, & Giovanni, vel Janni di Piero.
Malpiglius. Vid. Scipio.
de Mazochis, Vid. Johannes.
de Medemblich. Vid. Johannes.
Medessanus. Vid. Hieronymus.
Mei. Vid. Evangelista.
de Merlinis. Vid. Stephanus.
Miscomini. Vid. Antonius. Vid. Bartolomeo.
de Misinta, vel de Misintis. Vid. Bernardinus. Vid. Filippo.
de Monacho. Vid. Michael.
Morauus. Vid. Mathias.
Morgiani, vel de Morgianis. Vid. Lorenzo.

N

di Nani. Vid. Hercules.
Nerlius. Vid. Bernardus.
Neyret. Vid. Antonius.
de Noerdlingen, vel Nordlingen. Vid. Johannes.
Numeister. Vid. Johannes.

O

de Orcho. Vid. Ambroxius.
de Ornnis. Vid. Emilianus.

P

Parmensis. Vid. Caesar.
de Paravisino, vel Paravesino. Vid. Dionysius.
Picardus. Vid. Johannes.
da Pisa. Vid. Piero.
da Pistoia. Vid. Domenico.
Portilia. Vid. Andreas.
de Pullis. Vid. Hieronimus.

R

de Racaglis. Vid. Zentilis.
de Ragazonibus. Vid. Francesco. Vid. Jacobus.
de Ripoli. Vid. *apud* S. Jacobum.
de Rotuuil. Vid. Adam.
de Rubeis. Vid. Laurentius.
de Ruberia. Vid. Justinianus.
Rugerius, vel de Rugeriis. Vid. Vgo.

S

Salomonius. Vid. Octavianus.
Schriber de Annuntiata. Vid. Johannes.
de Serpa. Vid. Tricentinus.
di Silvestro de' Cini. Vid. Domenico.
Soncinas. Vid. Gerson.
de Suigo. Vid. Jacobinus.

T

Tarvisinus. Vid. Gabriel.
da Theramo. Vid. Joanni.
de Tornaco. Vid. Johannes.
Trajecti. Vid. Bartholomaeus.
Tubini. Vid. Antonio.

V

Vualbeck. Vid. Johannes.
Venetus. Vid. Laurentius Francisci.
Vercellensis. Vid. Bartholomaeus.
Veronensis. Vid. Federicus.
Villa. Vid. Petrus.
Vurster de Kampidona. Vid. Johannes.

Z

Zaffone. Vid. Zampoll.

FINIS.